This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

257733. d. 4

R. Palaeogr. 8°. 98

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

RECUEIL GÉNÉRAL

DES

FORMULES

USITÉES DANS L'EMPIRE DES FRANCS

DU Vᵉ AU Xᵉ SIÈCLE

PAR

EUGÈNE DE ROZIÈRE

DEUXIÈME PARTIE

BIBLIOTHECA BODLEIANA

Le troisième volume, contenant l'Introduction, les Additions et corrections et les Tables, paraîtra dans le cours de l'année 1862.

PARIS

AUGUSTE DURAND, LIBRAIRE

RUE DES GRÈS, 7

1861

Digitized by Google

Digitized by Google

RECUEIL GÉNÉRAL

DES FORMULES

USITÉES DANS L'EMPIRE DES FRANCS

DU Vᵉ AU Xᵉ SIÈCLE

Digitized by Google

PARIS — TYPOGRAPHIE DE HENRI PLON
IMPRIMEUR DE L'EMPEREUR
RUE GARANCIÈRE, 8.

Digitized by Google

RECUEIL GÉNÉRAL

DES

FORMULES

USITÉES DANS L'EMPIRE DES FRANCS

DU Vᴱ AU Xᴱ SIÈCLE

PAR

EUGÈNE DE ROZIÈRE

DEUXIÈME PARTIE

PARIS
AUGUSTE DURAND, LIBRAIRE
RUE DES GRÈS, 7.

1859

Digitized by Google

BIBLIOTHECA · BODLEIANA

Digitized by Google

FORMULÆ

AD JUDICIORUM ORDINEM SPECTANTES.

CCCCXVII.

INDICULUM AD REGEM.

Viro gloriosissimo, a Deo decorato, illo gratia Dei regi Francorum et Langobardorum Romanorumque *a*), ille peccator vocatus abba una cum congregatione sancti Petri et sancti Leudegarii *b*), oratorum vestrorum, salutem vobis obtamus in Domino perennem. Subplicamus clementia vestra ut non dedignetis audire necessitatem nos- Suggestiones.

CCCCXVII. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, n° 22.

a) Les termes de cette suscription désignent évidemment Charlemagne, le seul prince qui ait porté les titres réunis de *roi des Francs et des Lombards*. La date du document qui a servi de modèle à notre formule doit être placée entre les années 774 et 800. Cf. *supra*, p. 57, note *a*.

b) Il s'agit ici, comme dans la formule suivante, de l'abbaye de Murbach, au diocèse de Bâle. Fondée au commencement du huitième siècle, sous l'invocation de la sainte Vierge, de saint Pierre, saint Paul et saint Michel, elle joignit bientôt le nom de saint Léger à ceux de ces saints patrons, parce que le comte Eberhard, son premier bienfaiteur, était proche parent de l'illustre évêque d'Autun. Cf. Mabillon, *Annales Benedictini*, t. II, p. 76; Schœpflin, *Alsatia illustrata*, t. I, p. 737; Grandidier, *Histoire de l'église de Strasbourg*, t. I, p. 251 et suiv.

Digitized by Google

Suggestiones. tram. Innotisscimus celsitudine vestra de hoc quod nobis nisum habetis ad Dei servitium et mercede vestra providentia habere, unde et nos infra pago de iustitias nostris consequi minime possimus, vobis celare non ausi sumus. Nam ante hos annos, cum aliqua turbatio fuit inter Alamannos et Alsacenses, multi de illa mancipia, qui iuræ sancti illius debentur, de parte illa et de proprio servitio evaserit, et modo se aliqui ingenuas esse dicunt, et aliquas nobis contendunt illi comis, et alii homines per alios comitatos dicunt se ipsos in vestro beneficio habere. Unde subplicamus vobis ut illi aut cui vobis placet iubeatis commendare ut nostram iustitiam consequi valeamus. Nam et ille episcopus infra valle Recianorum uno locello de suo proprio in sua elemosinam ad monasterium nostrum delicavit; unde modo ille episcopus unam basilicam et unam castelonæm montanico seu et alia conpendia nobis violenter abstulit, et exinde iussionem vestram subplicamus.

CCCCXVIII.

AD REGEM.

Domno gloriosissimo adque excellentissimo Karolo regi, Amico pecator vocatus abba *a*), una cum fratribus in cenobio Morbacheinse degentibus, in Christo Ihesu optat salutem. De cetero autem suggerimus celsitudine vestre eo quod comis vester, nomine ille, nos de rebus aliquis expoliavit adque devestivit, videlicet unde nos, Domino

CCCCXVIII. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, n° 23.

a) L'abbé Amichon gouverna le monastère de Murbach de 774 à 787. Cf. Mabillon, *Annales Benedictini*, t. II, pag. 200, 230; Grandidier, *Histoire de l'église de Strasbourg*, t. I, p. 258, note *f*.

Digitized by Google

protegente, per avio vestro atque genitori vestro et per vos per vestram pietatem usque in præsens tempus vestiti esse videbamur. Qua ex re subpliciter exoramus sublimitatem vestram ut exinde taliter pietas vestra iubeat agere, quatenus optima potestas vestra, Domino inspirante, secundum iustitiam ineffabili modo agere consuevit. Suggestiones.

CCCCXIX.

SI CUM REGE LICENTIAM LOQUI NON ABUERIS, QUALES SERMONES IN MANU EIUS MITTAS SECUNDUM TUAM RACIONEM.

Piissimo ac serenissimo domino meo Carolo excellentissimo a[u]gusto. Auribus vestris servos vester ille perducere conpellit necessitas quantum passus sum malicia in contradictum vel sine iudicio. Venerunt itaque dicentes quod ex iussione vestra missi vestri fuissent, et per mala ingenia atque forcia mihi res proprietatis meæ tulerunt, quæ legitime atque iuræ hereditario mihi obvenerunt, et Ioseph episcopo *a*) mihi tradere conpulerunt, et æc omnia per mala ingenia atque contrarietate. Ego alium defensorem præsentaliter manifestare non potui, nisi vestræ regalis clementiæ cartam mundburalem ostendi, et mihi nihil profuit; sed, ut dixi, per ingenia mala adque volontate pessima eicientes me de ipsa hereditate, et ego ancilla vestra cœleravi ad vesti[gi]a pietatis vestræ properare, ut

CCCCXIX. Exstat h. f. in cod. Lugd. Bat. B; nondum vulgata mihi videtur.

a) Il s'agit probablement ici de Joseph, évêque du Mans de 785 à 794, ou de Joseph, archevêque de Tours de 792 à 815; on sait, en effet, qu'en Occident les métropolitains ont rarement pris le titre d'*archevêque* avant le milieu du neuvième siècle. Cf. Mabillon, *De re diplomat.*, lib. II, cap. II, § 13.

Digitized by Google

Suggestiones. misericordia vestra me exinde dignasset adiuvare, quia antea nec in ratione exinde fui, nec interpellata responsum dedi. Vestra pietas hoc emendare conpellat, qualiter elimosina atque mercis seu mundeburdum vester semper adcrescat. Domine mi rex, cognitum sit regali clemenciæ vestræ quia ipsa hereditate vobis tradere volebam, quando mihi hæc malignitas adcrevit in contra rationis ordine, sicut pietas vestra potest cognoscere, si fuerit missus qui veraciter hoc faciat investigare. Peto namquæ pietati vestræ ut exinde revestita fuissem, et per misericordia vestra talem missum habuissem, qui mihi exinde in locum protectionis vestræ defensare et munburire fecisset, qualiter pietati vestræ interveniente exinde recuperata fuissem. Post Deum et sanctis spei meæ continet plenitudo regalis, et si de ipsa causa revestire me facit misericordia vestra, si quis postea per legem et iusticiam hoc superet. Hæc mihi maxima pars dolori advenit, quando nec ad vestrum opus fuerit revocatas, nec mihi ancillæ vestræ legitime dimissas.

CCCCXX.

INDICULUM [1]).

Inclito atque præcellentissimo domno illo glorioso rege, ego ancilla vestra ulti[mi]ssima, se[r]vicissima omnium ancillarum vestrarum. Cognoscat, domni, gratia vestra omnis [2]) vassi vestri, nomine ille, multas inquietudinis et contra rationis ordines servientes sanctæ illius, qui in vestra mercede in regimini ordinastis, habere hos faciant, et nulla iustitia apud ipso illo consequere posso. Propterea, domni,

CCCCXX. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. inter Baluz. maj. nº 8. — [1]) Baluzius rubricam sic inscripsit : *Supplicatio ad regem*. — [2]) Corrig. *hominis*.

Digitized by Google

supplico, et si ante vestra presentia fuisse[m], genua flexa ad terra prostrata ad pedes vestros suggerere mihi ancilla vestra oportebat, ut in vestra mercede et amore Deo vel illos sanctos, cuius famulas sunt, nobis exinde defensare iuberitis, ut contra malicia contra servientes ipsius sanctorum vel me ancilla vestra facere non debuissent. Domini, nostrum est ad suggerendum, vestrum est ad ordinandum que exinde iustitiam recipere debeamus. Pietas vestra est nobis. Suggestiones.

CCCCXXI.

[*Sine rubrica.*]

Clementissimo ac serenissimo regi illi, plurimo augusticę dignitatis stemate comptissimo, ille sancte illius ecclesie humilis antestis cunctorumque famulorum Dei famulus, præsentis ac future beatitudinis salutem in Christo Ihesu cernuus. Elegantissime vestrę perspicue sublimitatis atque excellentissime noverit claritudo sophyę quod mei cuiusdam parasiti, illius videlicet, filius, illo nomine, puellam quendam, vocabulo scilicet illam, legaliter suscepit in sponsam. Cuius itaque res aliquantulas, regni vestri sitas in dicione, quidam auferre nituntur iniuste. Quocirca vestre augustissime serenitatis subpliciter flagito clementiam, ut ob amorem beati Christi sancti illius, cuius vestre saluti iugiter imploro suffragium, in prædictis rebus adquirendis præfato illi vestrum ferre dignemini presidium. Universorum igitur Dominus, cuius omnes regnant protegente nomine regis, vestrum continuo regnum iuvamine sublimare vestrisque planctis cunctos naviter dignetur inimicus subicere.

CCCCXXI. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, n° 25.

Digitized by Google

CCCCXXII.

[*Sine rubrica.*]

Suggestiones. Gloriosissimo et nobis valde karissimo ac summo honore nominando illi glorioso regi, fidelis famulus vester ille fidelem et devotissimum servicium. Confidentes in vestram nobilissimam prudentiam, destinavimus ad vestram clementiam has litteras, obsecrantes ut erga filium illum per nostro amore sic agatis, sicuti in vos confidimus : videlicet ut res sponsę suę absque alicuius subtractione habere liceat, quousque ipse de hac expedicione a nobis absolutus ad vestram presentiam venire possit. Vos enim scitis ad quantum necesitatem pergimus; ideo tam ipsum quamque et omnes fideles nostros dimittere non utile iudicamus; mox autem inde reversus fuerit, eum ad vos dirigimus. Ideo humiliter obsecramus ut interim ipsas res quiete teneat, et post quicquid lex dictaverit in vestra præsentia facere studebit. Optamus vos in Domino semper bene valere.

CCCCXXIII.

EPISTOLA AD [1]) COMITEM PALATII.

Magnifico et ab omnibus venerando inlustri viro N. palatii comiti, N. dono Dei episcopus omnisque congregatio sancti illius perpetuam in Domino salvatore salutem. Primum quidem notum sit magnificentiæ vestræ quod tam ego [2]) quam omnis adunatio sancti illius, vestris bonis

CCCCXXII. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, nº 24.

CCCCXXIII. Exstat h. f. in codd. Monac. A, Lugd. Bat. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 43. — [1]) Lugd. Bat. A addit *quemlibet*. — [2]) Lugd. Bat. A, *nos*.

Digitized by Google

meritis exigentibus, pro incolomitate vestra die noctuque Dominum deprecamur, ut vos salvos sanosque conservare dignetur. Deinde vero petimus clementiam vestram ut illas iustitias ecclesiæ vel monasterii sancti illius, quæ ad nos pertinere videntur, vestro examine præsententur, et eas ad liquidum sagax industria vestra perscrutari dignetur, quatenus ad rectum tramitem revocare satagat, obnixe deposcimus. Insuper vero ad[3]) illas alias iustitias, quæ infra pagum definire per nos non valemus, industriæ vestræ reservandas esse censuimus, quas etiam et[4]) regali auctoritate rectius per vos definiendas esse per omnia[5]) credimus. Agite itaque erga iustitias sancti illius qualiter nos in vestram benivolam confidimus caritatem. Nos igitur pro laboribus vestris dignum servitium vobis omni tempore exsolvere cupimus. Suggestiones.

CCCCXXIV.

INDICOLUM AD QUEMLIBET EPISCOPUM SIVE ABBATEM VEL COMITEM.

Venerabili in Christo patri N. episcopo, ego N. ac si indignus alumnus vester, æternam vobis in Domino per has exiguitatis litteras opto fore salutem. Deinde suggerimus almitatem vestram ut illas iustitias nostras, quæ in ipso vestro ministerio adiacent, pleniter inquirere faciatis, et per ipsum missum nostrum, quem ad vos direxerimus, quicquid exinde agere potueritis nobis innotescere studeatis.

Insuper etiam petimus benivolentiam vestram ut nobis

— [3]) Lugd. Bat. A, *et*. — [4]) Lugd. Bat. A, *ex*. — [5]) Verba *per omnia* desunt in Lugd. Bat. A.

CCCCXXIV. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 25.

Digitized by Google

Suggestiones. aliquid de silva ad opus ecclesiæ nostræ vel monasterium nostrum restaurandum dare iubeatis, quantum vobis possibile fuerit.

Sic exinde agite quomodo per vestram benivolentiam confidimus; et si nobis aliquid tale iniunxeritis, scitote omnimodis nos cum omni benivolentia vestram obsecundare iussionem. Valete.

CCCCXXV.

ITEM ALIO.

Sanctissimo ac sanctis cæremoniis observantem æque fonte spirantiæ exsuperantem domno patre et multorum gregem Christique vice agente illo pontifice, ultimus omnium servorumque Dei servus ille. Ad clementiam pietatis vestre has apices distinare præsumpsimus, non nostri fretu[s] obsequium, sed vestra magnitudine culminis pietate. Ideoque quasi a præsens ianua deosculantes, sugestiuncula nostra vobis [mittimus], propter quod mancipia beati patroni vestri de monasterio nostro fuga lapsu in vestro dominio prælapsi sunt advenisse. Ideo subplicamus clemenciæ vestre ut quomodo iste missus noster, nomine illo, hæc nostra sugestiuncula vobis detullerit, sicut vestra in omnibus bona erga [nos] est consuetudo, inter nos seu erga omnes nostra iusticia inquirere iubeatis, qualiter congregatio nostra, obsecrantes Deo oratores vestros, melius Dei misericordia pro vobis dilectit inplorare.

CCCCXXV. Exstat h. f. in cod. Paris. B; vulgat. inter Baluz. maj. nº 19.

Digitized by Google

CCCCXXVI.

ITEM ALIUM.

Venerabili in Christo fratri seu dulcissimo amico nostro illo et illo, donum Dei episcopus, Deus scit, tuus verus amicus. Cognosce, dulcissime, ut tu stare facias aput nostro fasallo illo aput recta ratione de illa causa sancto illo, quod ipse dixerit, qualiter vel nos nostro tricto recipiamus. Taliter exinde agite qualiter nos confidamus de vestra bona caritate. Suggestiones.

CCCCXXVII.

ITEM ALIUM INDICULUM [1]).

Domno inluster atque præ cuncto magnificentissimo, ut confido, viro amico meo illo, ille, Deus scit, qui omnia non latet occulta antequam fiant, in omnibus amicus et bene cupiens vester. Illud inprimitus, quod plurima sunt et nobis oportunum, salutem in Domino optamus vobis, in quantum archana cordis mei continet plenitudo. De cetero cognuscas industria vestra iste præsens homo noster, serviens vester, nomine ille, ad nos venit, et nobis dixit eo quod vassus vester, nomine ille, res suas post se mala hordine reteneat iniuste, et dixit quod nulla iustitia apud ipso exinde consequere possit. Propterea solicitamus vobis, precamus ut hoc causa diligenter inquirere iubeatis, ut ipse homo noster, serviens vester, sine ulla delec-

CCCCXXVI. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, nº 26.

CCCCXXVII. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. inter Baluz. maj. nº 3. — [1]) Baluzius rubricam sic inscripsit : *Conquestio de vasso qui iustitiam facere renuit.*

Digitized by Google

Suggestiones. tatione[2]) ad suum exinde debeat perquirere[3]) iustitiam. Et si hoc facietis, vestra bona consuetudine adimpletis; et unde nos iniungetis, et nos potemus, [vos] vel servientes vestros in bonis partibus rememorare non tardamus. Agite taliter que nos per vos bona habemus fidutia, ut si[c] homo noster, serviens vester, sibi cumgaudiat quod nostra ad vos deportasset suggestione. Ad sapientissimum sufficit.

CCCCXXVIII.

INDICULUM.

Domno sancto, [apostolica] sede colendo, domno et in Christo patri illo pape, ille, Deus scit, cui nulla latet occulta, in quantum video et nostra est possibilitas, in omnibus amicus et bene cupiens vester. Illud inprimitis, que plurima sunt et nobis oportunum, salutes in Domino obtamus vobis, in quantum totus mundus fulgit in gloria, vel quantum distat ortus ab orientem et defecit ab occidente, seo et si fieri potuisset quod tota membra vertissent in lingua. De ceterum supplicamus gratia vestra ut pro me peccatore in vestras sanctas orationibus intercedere digneris. Et iterum, domne, supplicamus cognoscat almitas vestra iste præsens homo noster, serviens vester, nomine ille, [ad nos venit, et nobis dixit eo quod vassus vester, nomine ille], res suas malo ordine post se retenebat iniuste, et nulla iustitia apud ipso exinde consequere possit. Propterea precamur vobis ut hanc causam diligenter inquirere iubeatis, ut, sicut vestra bona est consuetudo, ipse homo noster, serviens vester, sine ulla delectatione[1]) ad suam exinde debeat pervenire iustitiam, et

— [2]) Corrig. *dilatione*. — [3]) Corrig. *pervenire*.

CCCCXXVIII. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. inter Baluz. maj. nº 4. — [1]) Corrig. *dilatione*.

Digitized by Google

sibi congaudeat quod nostram ad vos deportasset suggestione. Et nos vobis gratias agimus, et, si locus advenerit, vos vel servientes vestros in bonis partibus remerire non tardamus. Ad sapientes semel sufficit. Salutamus vobis satis et super omnia satis usque ad gaudium magnum. Suggestiones.

CCCCXXIX.

[*Sine rubrica.*]

Inclito et amabili domino comiti, ego perennem in Domino salutem. Peto bonitatem vestram ut memores sitis mei tam in facie regis quam magistrorum eiusque fidelium, et bene de me loqui, sicut promisistis mihi, et in vestra confido ubique caritate, mihique vestrum servitium iniungere dignemini. Venit ad nos homo noster N., et narravit quod homines vestri N. domum eius infringerent et boves furto nocturno furarent. Ideo misimus eum ad vos cum indiculo nostro, ac petimus ut pleniter iustitiam ei fieri iubeatis, sicut vultis ut et nos de vestro homine faciamus.

Quidam homo vester N. ante altare sancti Stefani venit, et ibi querebat auxilium eo quod occiderit alium hominem vestrum, necessitate compulsus, sicut iste nobis referebat ex ordine, petivitque ut sibi wergeltum eius conponere licuisset. Ideo precamur ut, quia auxilium ab isto loco quesierat, misericordia vestra ab eo non recedat, et delicta peremendet.

CCCCXXIX. Exstat h. f. in cod. Monac. C; eam vulgavi in *Revue historique du droit français*, t. IV.

Digitized by Google

CCCCXXX.

ITEM UTRICUMQUE VOLUERIS.

Suggestiones.

Dilecto et venerabili et per omnia diligendo amico meo illi, ego ille fidelis vester, quantum mihi vires suppetunt, salutem vobis perpetuam nec non et gloriam opto. De cetero rogamus bonitatem vestram ut isto homini, nomine illo, iustitiam suam, quam querit in vestro ministerio, pleniter eum habere fatiatis, ita ut in vos confidimus de omnibus bonis.

CCCCXXXI.

INDICULO COMMUNITORIO [1]) AD EPISCOPUM.

Indiculi commonitorii.

Domno sancto et apostolica sede colendo domno et in Christo patri illi episcopo, ille rex. Fidelis, Deo propitio, noster ille, ad præsentiam nostram veniens, suggessit nobis eo quod villa aliqua, nuncupante illa, quod ad eodem [2]) de parte illius pervenire debuerat, post vos reteneatis indebite, et nulla iustitia [3]) vobiscum ob hoc possit consequere. Propterea præsentem indiculum [4]) ad coronam beatitudinis [5]) vestre direximus, ut et pro nos [6]) orare debeatis, et, si taliter [7]) agetur, ante dicto illo [8]) de suprascripta villa [9]) legibus revestire faciatis. Certe si nolueritis, et aliquid contra hoc habueritis quod [10]) apponere [11]),

CCCCXXX. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, n° 114.

CCCCXXXI. Exstat h. f. in codd. Paris. A, B, C, Lugd. Bat. B; vulgat. inter Marculf. I, 26. — [1]) Cæteri, *Indicolum communitorium*. — [2]) Paris. B, *eum*. — [3]) Paris. B, *nulatenus*. — [4]) Lugd. Bat. B, *indecolum*. — [5]) Paris. B, *beatitudinem*. — [6]) Paris. B, *nobis*. — [7]) Paris. C, *aliter*. — [8]) Paris. C, *ante dictum illum*. — [9]) Paris. C addit *illa*. — [10]) H. v. deest in Paris. B. — [11]) Cæteri, *opponere*, *obponere*.

Digitized by Google

vosmet ipsi per hunc indiculum [12]) commonite [13]), aut missus [14]) in persona vestra instructus, nunc [15]) ad nostram veniatis [16]) præsentiam ipsius lui [17]) ad hoc [18]) dando [19]) responsum. Indiculi commonitorii.

CCCCXXXII.

EPISTOLA REGIS AD COMITEM [1]).

Ille gratia Dei rex, vir inluster, magnifico viro N. Quidam fidelis noster N. [2]), ad præsentiam nostram veniens, nobis suggessit qualiter vos ei [3]), nulla manente causa, hereditatem suam [4]) indebite abstulissetis et post vos iniuste retinuissetis, et nullam iustitiam exinde apud vos actenus consequi potuisset. Propterea præsentes litteras ad vos direximus, per quas omnino iubemus ut, si taliter ei factum est qualiter nobis ipse suggessit, faciatis ei reddere omnem rem proprietatis suæ, quicquid ei [5]) iniuste abstulistis, et secundum legem de omnibus ad integrum revestire faciatis, qualiter [gratiam Dei] [6]) vel nostram vultis habere. Sin vero aliter feceritis, et aliquid habueritis quod contra illum opponere debeatis, non aliter fiat nisi vos ipsi per indiculum nominatim commo[ni]ti die mensis illius [7]) simul cum eo ad nostram veniatis præsen-

— [12]) Lugd. Bat. B, *indecolum*. — [13]) Cæteri, *communiti*, *commoniti*. — [14]) Paris. C, *missis*. — [15]) Paris. C, *tunc*. — [16]) Lugd. Bat. B, *venientes*. — [17]) Paris. B, *illi*. — [18]) Cæteri, *ob hoc*. — [19]) Paris. B, *dandum*.

CCCCXXXII. Exstat. h. f. in codd. Monac. A, Lugd. Bat. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 40. — [1]) In Lugd. Bat. A rubrica sic inscribitur: *Indiculum regis ad quemlibet hominem laico pro iustitia aliqua facienda.* — [2]) Lugd. Bat. A, *nomine illius*. — [3]) H. v. deest in Lugd. Bat. A. — [4]) H. v. deest in Lugd. Bat. A. — [5]) H. v. deest in Lugd. Bat. A. — [6]) Verba uncis inclusa e Lugd. Bat. A supplevi. — [7]) Lugd. Bat. A addit *illo*.

Digitized by Google

Iudiculi commonitorii.

tiam eidem homini hac de causa integrum [8]) ac legale dare responsum.

CCCCXXXIII.

INDICULUS AD LAICO [1]).

Ille rex, vir [2]) inluster [3]), illi fidele nostro [4]). Ille ad præsentiam nostram veniens nobis suggerit [5]) quasi vos eum, nulla manenti causa, in via adsallisitis [6]) et graviter livorasitis [7]), et raupa [8]) sua in solidos tantos eidem [9]) tullisetis [10]) vel post vos reteneatis [11]) indebite, et nulla iustitia [12]) ex hoc apud [13]) vos consequere possit. Propterea præsentem indiculum [14]) ad vos direximus, per quem omnino iubemur [15]) ut, si taliter agitur, de præsente hoc contra iam dicto illo legibus studeatis emendare. Certe si nolueritis [16]), et aliquid contra hoc habueritis quod opponere, non aliter fiat nisi vosmet ipsi per hunc indiculum [17]) commoniti [18]) kalendas illas proximas ad nostram veniatis præsentiam eidem ab [19]) hoc integrum et legalem dare responsum [20]).

— 8) Lugd. Bat. A, *ad integrum*.

CCCCXXXIII. Exstat h. f. in codd. Paris. A, B, C, Lugd. Bat. B; vulgat. inter Marculf. I, 29. — 1) Paris. C, Lugd. Bat. B, *Indicolum ad laicum*. — — 2) Paris. C, *vel*. — 3) Paris. B, *viro inlustre*. — 4) Paris. C, Lugd. Bat. B, *fidelis noster*. — 5) Cæteri, *suggessit*. — 6) Paris. C, Lugd. Bat. B, *adsallissetis*. — 7) Paris. C, Lugd. Bat. B, *livorassetis*. — 8) Paris. C, Lugd. Bat. B, *rauba*. — 9) Paris. C, *et dum*. — 10) Paris. C, *tollissetis;* Lugd. Bat. B, *tullesetis*.— 11) Paris. C, *reteneritis*.— 12) Paris. B, *nulatenus*.— 13) Paris. C, Lugd. Bat. B, *aput*. — 14) Lugd. Bat. B, *indecolum*. — 15) Lugd. Bat. B, *iobemus*. — 16) Paris. C, *noluerit*. — 17) Lugd. Bat. B, *indecolum*. — 18) Paris. B, Lugd. Bat. B, *communiti, commoneti*. — 19) Lugd. Bat. B, *ob*. — 20) Lugd. Bat. B, *responso*.

Digitized by Google

CCCCXXXIV.

ITEM [1]) INDICULUS [2]) AD EPISCOPUM [3]) PRO ALIIS [4]) DISTRINGENDO [5]).

Indiculi commonitorii.

Domno sancto et apostolico domno et patri illi episcopo, ille rex. Ille veniens ad præsentiam nostram suggessit [6]) quasi abba vester aut clericus vel homo vester ille eidem servo suo per fortia tulisset [7]) vel post se reteneat iniuste, et nulla iustitia cum eodem ex hoc consequere possit. Propterea per [8]) præsentem indiculum [9]) ad sanctitatem vestram direximus, per quem petimus ut et pro nos [10]) orare dignetis [11]), et, si [12]) taliter agetur, ipso abbate vestro [13]) aut clerico [14]) præsentaliter [15]) constringatis, qualiter, si ita agetur [16]), ac causa contra iam dicto illo [17]) legibus studeat emendare. Certe si noluerit [18]), et aliquid contra hoc habuerit quod opponere [19]), ipso illo per fideiussores positos tunc ad nostram dirigere studeatis præsentiam.

CCCCXXXV.

CARTA AUDIENTIALE.

Ille rex, viro illo [1]) inlustris [2]), illo comite [3]). Fidelis,

CCCCXXXIV. Exstat h. f. in codd. Paris. A, B, C, Lugd. Bat. B; vulgat. inter Marculf. I, 27. — [1]) H. v. deest in Paris. B, C. — [2]) Cæteri, *indicolum, indecolum*. — [3]) Lugd. Bat. B, *episcopo*. — [4]) Cæteri, *alio, alium*. — [5]) Paris. B, Lugd. Bat. B, *distringendum*. — [6]) Paris. C addit *nobis*. — [7]) Cæteri, *tullisset, tulissit*. — [8]) H. v. deest in cæteris. — [9]) Lugd. Bat. B, *indecolum*. — [10]) Paris. B, *nobis*. — [11]) Lugd. Bat. B, *debeamus*. — [12]) H. v. deest in Paris. C. — [13]) Paris. B, C addunt *illo*. — [14]) Verba *aut clerico* desunt in Paris. B. — [15]) Paris. B, *qualiter*. — [16]) Verba *ipso abbate..... ita agetur* desunt in Lugd. Bat. B. — [17]) Paris. C, *iam dictum illum*. — [18]) Lugd. Bat. B, *nolierit*. — [19]) Paris. B, *obponat*.

CCCCXXXV. Exstat h. f. in codd. Paris. A, B, C, Lugd. Bat. B; vulgat. inter Marculf. I, 28. — [1]) H. v. deest in Paris. B, Lugd. Bat. B. — [2]) Paris. B, *inlustrem*. — [3]) Paris. B, *illum comitem*.

Digitized by Google

Indiculi commonitorii.

Domno [4]) propitio, noster ille, ad præsentiam nostram veniens, clementiam [5]) regni nostri [6]) suggessit eo quod pagensis vester ille eidem terra sua, in loco nuncupante illo, per fortia tullisset et post se reteneat iniuste, et nulla iusticia [7]) ex hoc apud [8]) ipsum consequere possit. Propterea ordinatione præsenti ad vos direximus, per qua omnino iubemur [9]) ut ipso illo taliter constringatis, qualiter [10]), si [11]) ita agetur, ac causa contra iam dicto illo legibus studeat emendare. Certe si noluerit, et ante vos recte non finitur, memorato illo, tultis [12]) fideiussoribus [13]), kalendas illas ad nostram eum cum [14]) omnimodis [15]) dirigere studeatis [16]) præsentiam.

CCCCXXXVI.

INDICULUM REGALEM.

Ille rex Francorum, vir inluster, magnifico fratri illi comite. Cognoscas iste præsens ille ab hac missa petitione nobis subgessit eo quod homo alicus, nomine ille, res suas in vestro ministerio ad sancto illo delegasset, et dicit quod ille vel alie homines ipsas res contendunt malo ordine. Propterea omnino tibi rogamus ut, si veritas est, integra iustitia sine ulla moratione ei facias exinde. Et [si] ante [vos] minime difinitum fuerit, tunc ipsos homines, qui hoc contendunt malo ordine, per fideiussoris positus su-

— [4]) Lugd. Bat. B, *Deo*. — [5]) Paris. C, *clemenciæ*. — [6]) H. v deest in Paris. B. — [7]) Paris. B, *nulatenus*. — [8]) Lugd. Bat. B, *aput*. — [9]) Lugd. Bat. B, *iobemus*. — [10]) Paris. C, *quale*. — [11]) Paris. C, *se*. — [12]) Paris. C, *tollitis*. — [13]) Paris. B, *per fideiussores positos*. — [14]) H. v. deest in Paris. B, C. — [15]) Lugd. Bat. B, *omnibus modis*. — [16]) Paris. B, *faciatis*.

CCCCXXXVI. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. in Append. ad Marculf. nº 30.

Digitized by Google

per noctes tantas, postquam has litteras recipis, ante nos facias advenire. Taliter agis, si gratia nostra vellis habere. Iudiculi commonitorii.

CCCCXXXVII.

FORMULA CITATIONIS

Quoniam imperialibus sanctionibus cautum est ut absentes, contra quos actiones exercere cupiunt, in iudicio copiam sui facere edictis citentur, idcirco ego iudex has admonitorias tibi delego, quatenus in iudicio præsentiam tui facias, intentionemque actoris suscipias, eique oppositiones legum atque exceptiones obiicias.

CCCCXXXVIII.

DE TRINA CONVENTIONE.

Sceda de literis commoneturiis [1]), *qualiter* [*cum*] [2]) *contra quoscunque interpellatum fuerit, debent trina conventione ad audientiam evocari* [3]). *Sed et hii, ad quos* [4]) *litteras processerint, qui eos commoneant, si venire distulerint* [5]), *suis relationibus, ut de eorum absentia vel contumatia probationi nihil deesse possit, omnia sunt per singula iudicibus rescripturi. Et* [6]) *post hæc edi*[*c*]*tus* [7]) *infra scriptus in foro illius, qui admonetur* [8]) *et venire contempserit, debit aspendi* [9]).

CCCCXXXVII. Hanc formulam vulgavit Lindenbrogius, nº 116, nescio cujus codicis ope.

CCCCXXXVIII. Exstat h. f. in codd. Paris. N, tribus locis repetita, Paris. O, Lugd. Bat. C; eam vulgavit Hanbold inter *Opuscula academica*, t. II, p. 910. — 1) Paris. N, O, *communitoriis*, *communetoriis*. — 2) H. v. Paris. N supplevi. — 3) Paris. N, *vocari*. — 4) Paris. N, *a quos*. — 5) Paris. O, *si venerint*. — 6) H. v. deest in Paris. N. — 7) Paris. N, *dictus*. — 8) Paris. N, *amonitur*. — 9) Paris. N, *debet apendi*.

Digitized by Google

Indiculi commonitorii.

Ille oblatis præcibus nostris [10]) detulit in querela ab illo rem sibi debitam indebite reteneri. Ideoque datis ad te [11]) litteris præsentibus indicamus ut memorato [12]), salva civilitate, eatenus admonere procures [13]) ut die statuta ad audientiam nostram se venturum sub edonei [14]) fideiussoris cautione promittat, petitoris partibus in omnibus responsurus, quatenus iurgio, quod [15]) inter altercantes vertitur [16]), cum iustitia terminus [17]) inponatur.

§ 2. *Scedam edicti, que post trinam conventionem* [18]) *appendi in foro illius, qui commonetur et* [19]) *ad audientiam venire distullerit, omnino debet* [20]), *hoc est, sicut præsens* [21]) *scede forma declarat et in lege si[c] continetur, unum pro omnibus; ita [ut]* [22]) *in eo, qui pro contumace damnandus est, legum severitas in omnibus debeat custodiri.*

Bene pia [23]) principum providentia, dum humano generi consulit, constituit [24]) ut quotiens inproborum calliditas ita diversis tergiversationibus dilatat, ut litigiis [25]) terminus [26]) non possit inponi [27]), et que male pervaserant [28]) dum prava [29]) cupiditate cupiunt reteneri [30]), procurando latebras studeant [31]) ut petitores lapso [32]) temporum causa incurrant, ita ut qui merito res suas recipere

— [10]) Paris. N, *nobis*. — [11]) H. v. deest in Paris. N. — [12]) Paris. N, *memoratam*. — [13]) Paris. N, *procurris*. — [14]) Paris. N, *idonei*. — [15]) Paris. N, *quo*. — [16]) Paris. N, *vertatur*. — [17]) Paris. N, *terminos*. — [18]) Paris. N, *Scedam enim de trina conventione*. — [19]) H. v. deest in Paris. N. — [20]) Paris. N, *debebit*. — [21]) Paris. N, *præsentis*. — [22]) H. v. e Paris. N supplevi. — [23]) Paris. N, *Beneficia*. — [24]) Paris. N, *constituat*. — [25]) Paris. N, *letigiis*. — [26]) Paris. N, *terminos, terminum*. — [27]) Paris. N, *inpuni*. — [28]) Paris. N, *provaserant*. — [29]) Paris. N, *præ*. — [30]) Paris. N, *tenere*. — [31]) Paris. N, *student*. — [32]) Paris. N, *lapsu*.

Digitized by Google

poterant, callidorum adinventionibus iniuste amittant quod de his [33]) legibus debebatur. Ideoque quia ille secundum normam iuri sacri legum [34]) ad audientiam per ammonitionem nostram trinis est litteris evocatus, et faciente contumatia iuditiis esse dispexerit [35]), adeo per huius edicti inclamationem eum adhuc ad [36]) audientiam venire conpellimus, ita ut [si] [37]) inter viginti et septem dies ad iuditium nostrum venire contempserit, nos adversum [se] [38]) secundum legis in contumacis [39]) ferre sententiam recognoscat. Iudiculi commonitorii.

CCCCXXXIX.

INCIPIT EDICTIO.

Cum in præsentia inluster vir ille illo mallavit, sed illi petiit ut scriberet quod petivit; irrita [1]) imperatores sancserunt decreta ut nullus a iudicio suscipere præcurrit, antequam sollempnia patefecerit, ut his qui fidem datis ut [2]) nec obiecti sunt præomaticis dictionis lex pœna succurrit. Edictio in quam ob rem petitio in conspectu magnitudinis vestri, ut homo, nomen illi, est [3]) illas post se mali ordine præoccupasse dinoscitur, ut hoc vestra prudentia integrum et legalis sententia debeant definire : ea vero scilicet ratio[ne] ut, si in constitutum placitum res illas mihi iustissime debitas adprobare non potuero, ut lex mundana Theodosiano corpore arbitratus discernit, me impleturum esse polliceor, data edictione. De in- Inscriptiones

— [33]) Paris. N, *eis*. — [34]) Paris. N, *iuris ac legum*. — [35]) Paris. N, *adesse dispexit*. — [36]) Paris. N, *in*. — [37]) H. v. e Paris. N supplevi. — [38]) H. v. e Paris. N supplevi. — [39]) Paris. N, *contumacem*.

CCCCXXXIX. Exstat h. f. in codd. Paris. D, Bern. A, Vatic. E; vulgat. inter Balus. maj. nº 16. — [1]) Bern. A, *iuritica*. — [2]) Corrig. *et*. — [3]) Corrig. *res*.

Digitized by Google

Inscriptiones. scriptionibus [et] accusatoribus recrescant, Theodosiano nono, in ira prima *a*) : *Tam civile neque*[4]) *criminalem actio professio manu accusatore conscripta præcidat, nisi in se repetitione*[5]) *cælebrata prius a iudice non audiatur b*).

CCCCXL.

EDITIO LEGIBUS[1]) CONPREHENSA.

(e codd. Keller, Paris. B, C, D.)

Lex romana pro utilitate[2]) humani generis exposcit ut, *si quando cuiuscumque iniusta appellatio conprobatur*[3]), *sumptus, quos post appellationem adversarium suum accusator conpulit sustinere, non in simplum*[4]) *sed in quadruplum ab accusatore cogatur restitui c*). Igitur ego, in Dei nomine, ille. Dum non est incognitum qualiter apud te,

CCCCXL bis.

SCRIPTIONE DE LITIS ET EXPENSAS.

(e codd. Paris. N, Lugd. Bat. C.)

Igitur ego, in Dei nomen, ille. Dum non est incognitum qualiter homo, nomine illius, in rationes publicas ante inlustrem virum illum vel reliquos viros, quę subter tenentur inserti, in civitate vel mallo vel vico adsteti de aliqua locella in pago illius, quibus mihi per legitima successione sunt debita, et tu præsente tempore male ordine possedere

— 4) Bern. A, *quam*. — 5) Corrig. *inscriptione*.

CCCCXL. Exstat h. f. in codd. Keller, Paris. B, C, D, N, Lugd. Bat. C; vulgat. inter Sirmond. nº 29, eam recudit Haubold inter *Opuscula academica*, t. II, p. 911; sed quum plurimum inter se codices discrepare viderentur, textum cod. Keller e regione textus cod. Paris. N recudendum curavi. — 1) Paris. B, *legis*. — 2) Paris. B, *umilitate*. — 3) Paris. B, *apelatione comprobatus*. — 4) Paris. C, D, addunt *ei*.

a) Le mot *ira, hira, era, hera, æra*, est quelquefois employé pour désigner les différentes divisions d'un ouvrage en titres, chapitres, sections ou paragraphes. Cf. Du Cange, *Glossarium*, v° ÆRA.

b) Cf. *Lex romana Wisigoth.*, lib. IX, tit. I, l. 4, 6, *Interpr.*

c) Cf. *Pauli Sentent.*, lib. V, tit. XXIX, § 1, *Interpr.*

Digitized by Google

homo ille [5]), nomine illum, in rationes publicas ante inlustrem virum illum [6]) vel reliquis viris, qui subter tenentur inserti, Turonus civitate adsteti de aliquibus locellis [7]), nuncupantibus illis [8]), sitis [9]) in pago illo, qua [10]) mihi per legitima successione sunt debita, et tu præsenti tempore malo ordine possidere videris; unde apud me in responsum introire noluisti, nisi, sicut lex edocet, tibi inscriptionem de sumptibus [11]) et expensis confirmassem. Ideo placuit mihi ut hanc editionem in te adfirmare deberem, quod ita et feci: ut, si apud me de ipsis rebus [12]) in rationes vel in iudicium introires [13]), et ipsa causa inter nos legibus definita fuerit, et mea iniusta [14]) fuerit accusatio videris; unde apud me in responsum introire noluisti, nisi, sicut lex edocet, tibi inscriptione de sumptis vel litis expensis superius memoratis, quibus pro necessitatibus tuis, me conpellente, visus es expendisse, secundum legis ordinem, transactis litis tempore, partibus tuis cogatur restitui. Et pro rei totius firmitatis hanc editionem manu propria subter firmavi. INTERPRETATIO. *Tam civile negotio quam criminalem accusationem professi*[*o*] *manu accusatoris conscripta procedat a*). INTERPRETATIO. *Editio legibus conprehensa. Lex romana pro utilitate humani generis exposcit ut, si quando cuiuscumque iniusta apellatio conprobatur, sumptus, quos post appellationis adversarium suum accusatur*

Inscriptiones.

— [5]) Verba *homo ille* desunt in Paris. B, C, D. — [6]) Paris. B, D, *inlustre viro illo*.— [7]) Paris. B, D, *aliqua locella*.— [8]) Paris. B, D, *nuncupantes illas*. — [9]) Paris. D, *sitas*.— [10]) Paris. B, D, *quibus*.— [11]) Paris. B, D, *sumptis*. — [12]) Paris. D, *ipsas res*. — [13]) Paris. B, C, *introieris;* Paris. D, *introiens*. — [14]) Paris. B, *iustitia*.

a) Cf. *Lex romana Wisigoth.*, lib IX, tit. I, l. 4, *Interpr.*

Digitized by Google

Inscriptiones.

conprobata, de eadem causatione omnique [15]) tempore quietus resideas, et sumptus vel expensas superius nominatas [16]), quibus pro necessitatibus tuis, me conpellente [17]), visus es expendisse, secundum legis ordinem, transacto litis tempore, partibus tuis cogar restitui [18]). Et pro rei tocius firmitate [19]) hanc editionem manu propria subter firmavi et bonorum virorum roborandam decrevi [20]).

contulit sustinere, non in simplum ei sed in quadruplum ei reformare cogetur a).

§ 2. *Et si de homicidio accusatio processerit, secundum hanc sententiam inscriptio celebretur :*

(e codd. Keller, Paris. B, C, D.)

Quicumque alium de homicidii [21]) *crimine periculosa vel capitali obiectione pulsaverit, non prius a iudicibus audiatur quam se simili* [22]) *pœnam, quam reo intendit* [23]), *conscripserit subiturum. Et si se* [24]) *servus alienus accusandus* [25]) *esse crediderit* [26]), *se simili* [27]) *inscriptione con-*

— [15]) Paris. C, *omni*. — [16]) Paris. C, *memoratas*. — [17]) Paris. B, *a me conpellentur*. — [18]) Paris. C, *restitas*. — [19]) Paris. B, D, *firmitatis*. — [20]) Paris. D addit *Finit*. — [21]) Paris. B, *umicidii*. — [22]) Paris. B, D, *similem;* Paris. C, *sibili*. — [23]) Paris. B, *intullit*. — [24]) H. v. deest in Paris. C, D. — [25]) Paris. D, *servos alienos accusandos*. — [26]) Paris. B, *credidit*. — [27]) Paris. C, *sibili*.

a) Cf. *Pauli Sentent.*, lib. V, tit. XXXIX, § 1, *Interpr.*

Digitized by Google

stringat futurum, ut aut supplicia innocentum servorum aut pœna capitis sui aut facultatum amissione conpenset a). Inscriptione.

CCCCXLI.

QUALITER VEL INSCRIPTIO FIERI DEBEAT,

Et de accusationibus vel inscriptionibus constitutum est ab imperatoribus Theodosio et Constantino, Arcadio et Honorio vel ceteris, contra improbos accusatores, ut falsis criminibus eos accusare non debeant.

Igitur ego ille adversum te in rationibus publicis adsisto. Si te iniuste interpellavero, et victus exinde apparuero, eadem pœna, quam in te vindicare pulsavi, me constringo atque conscribo partibus tuis esse damnandum atque subiturum. Et pro rei totius firmitate manu propria firmo et bonorum virorum iudicio roborandum trado *b*).

CCCCXLI. Hanc formulam deprompsi ex opere Brissonii *De formulis et solennibus populi romani verbis*, lib. V, cap. 188.

a) Cf. *Lex romana Wisigoth.*, lib. IX, tit. I, l. 8, *Interpr.*

b) Brisson dit avoir tiré cette formule, dont il attribue la rédaction à Odoran, moine de Saint-Pierre-le-Vif, qui écrivait au commencement du onzième siècle, d'une compilation de règles canoniques dédiée par ce religieux à Guillaume, abbé de Saint-Denis. Il est vrai qu'Odoran, accusé d'hérésie par ses confrères, fut obligé, vers 1022 ou 1023, de se réfugier à l'abbaye de Saint-Denis, et il est possible qu'en reconnaissance de l'hospitalité reçue il ait dédié un de ses ouvrages à l'abbé Guillaume; mais je n'ai trouvé, ni dans l'*Histoire littéraire de la France*, ni dans le savant travail de Ziegelbauer, aucune trace de la compilation dont il s'agit.

Digitized by Google

CCCCXLII.

PROLOGO DE REGIS IUDICIO, CUM [1]) DE MAGNA REM [2]) DUO CAUSANTUR SIMUL.

Iudicia regum.

Cui Dominus regendi curam committit, cunctorum iurgia [3]) diligenti examinatione rimari oportet, ut iuxta præpositiones [4]) vel responsiones [5]) alloquia inter alterutrum salubris [6]) donetur sententia; quo [7]) fiat ut et nodos [8]) causarum vivacis mentes [9]) acumen [10]) coherceat [11]), ut ubi prælucit iustitia [12]), illuc gressum [13]) deliberationis inponat. Ergo [cum] [14]) nos, in Dei nomine [15]), ibi in palatio nostro ad universorum causas recto iudicio terminandas una cum domnis et patribus nostris episcopis [16]), vel cum pluris optimatibus nostris illis, patribus [17]) illis [18]), ref[e]rendariis illis, domesticis illis vel [19]) siniscalcis illis, cobiculariis et illi comis palatii [20]), vel reliquis quampluris nostris fidelibus [21]) resederemus, ibique veniens ille illo interpellavit, cum [22]) diceret.....

CCCCXLII. Exstat h. f. in codd. Paris. A, B, C, Lugd. Bat. B; vulgat. inter Marculf. I, 25. — 1) Paris. B, *ubi*. — 2) Paris. C, *de matrem;* h. v. desunt in Paris. B. — 3) Paris. B, *cura*. — 4) Cæteri, *propositionis*. — 5) Paris. C, Lugd. Bat. B, *responsionis*. — 6) Paris. B, *salubrius*. — 7) Paris. B, *quod*. — 8) Paris. C, Lugd. Bat. B, *nodus*. — 9) Paris. C, *vivaci mentis*. — 10) Paris. B, *cacumen*. — 11) Paris. B addit *ius*. — 12) Verba *ut ubi prælucit iustitia* desunt in Paris. B. — 13) Lugd. Bat. B, *gressus*. — 14) H. v. e cæteris supplevi. — 15) Lugd. Bat. B, *nomen*. — 16) Verba *cum domnis et patribus nostris episcopis* desunt in Paris. B. — 17) Cæteri, *episcopis*. — 18) Cæteri addunt *maiorem domus illo, ducibus illis, patriciis illis*. — 19) H. v. deest in Paris. C, Lugd. Bat. B. — 20) Verba *referendariis..... comis palatii* desunt in Paris. B. — 21) Paris. B, *et reliquis per nomina et dignitates eorum*. — 22) Paris. C, Lugd. Bat. B, *dum*.

Digitized by Google

CCCCXLIII.

INDICULUM REGALE.

Ille rex Francorum, vir inluster. Cum nos, in Dei nomine, palatio nostro ad universorum causas audiendum vel recta iudicia terminanda una cum proceribus nostris resederimus, ibique veniens homo alicus, nomine illo, suggerit intulit eo quod apud nostro signaculo homine alico, nomine illo, mannito habuisset, ut super noctis tantas ante nos debuisset venire in rationis, pro eo quod dixit quod res suas post se mali ordine tenebat iniuste. A quo placitum veniens ipse ille per triduo seo amplius placitum suum custodivit, et nec ipse ille ad eum placitum venit, nec missum in vice sua non direxerit, qui ulla sonia nuntiasset. Proinde nos taliter una cum fidelibus nostris vel comite palate nostro illo visi fuimus iudicasse ut, dum ipse ille per triduo seo amplius placito suo legitime custodivit, et nec ipse ille ad eum placitum venit, nec misso in vice sua direxit, qui ulla sonia nuntiasset, et placito suo neglexit, et iectivus exinde remansit, propterea iubemus ut quicquid lex loci vestri de tale causa debuerit, vobis distrahentibus, ipse ille partibus ipsius lue hominis conponit atque emendare studeat. Indicia regum.

CCCCXLIV.

IUDICIO EVINDITALE [1]).

Veniens ille in nostri [2]) vel procerum nostrorum præ-

CCCCXLIII. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. in Append. ad Marculf. nº 38.

CCCCXLIV. Exstat h. f. in codd. Paris. A, C, Lugd. Bat. B; vulgat. inter Marculf. I, 37. — [1]) Paris. C, *evindicatum;* Lugd. Bat. B, *evidentale.* — [2]) Paris. C, *nostra.*

Digitized by Google

Iudicia regum.

sentia suggessit quasi homo, nomine ille, paginsis vester, eum in villa [3]), nulla manente causa [4]), adsallisset et eum graviter livorasset vel raupa [5]) sua in solidos tantos eidem tullisset, et ob hoc vobis per [6]) nostra ordinatione tales datus habuisset fideiussores, ut kalendas illas ex hoc in nostri præsentia debuissent adstare causantes. A quo placito veniens memoratus ille ibi in palacio nostro, et per triduo seu amplius, ut lex habuit, placidum [7]) suum custodisset, et memoratus ille [8]) abiectus sit [9]) vel solsatissit, ipse nec venisset ad placidum nec nulla sunnia [10]) nuntiasset [11]) adfirmat. Proinde nos taliter una cum nostris proceribus constetit decrevisse ut, si evidenter memoratus ille pro hac causa talis vobis datus habuit fideiussores, et placitum suum minime custodivit, dum et inlustris [12]) vir ille comis palacii nostri testimoniavit quod ante dictus ille placitum suum legibus custodivit et eum abiectivit [13]) vel solsativit, et ipse ille placitum suum custodire neglexit [14]), iubemus [15]) ut quicquid lex loci vestri de tale causa edocet, vobis distringentibus, ante dictus ille partibus illius conponere et satisfacere non recusit.

CCCCXLV.

IUDICIUM EVINDICATUM [1]).

Ille rex, vir inluster, illo comite. Veniens ille in nostra

— [3]) Lugd. Bat. B, *via*. — [4]) Verba *nulla manente causa* desunt in Lugd. Bat. B. — [5]) Lugd. Bat. B, *rauba*. — [6]) Paris. C, *pro*. — [7]) Cæteri, *placitum*. — [8]) Lugd. Bat. B, *vel memorato illo*. — [9]) Lugd. Bat. B, *abiectisset*. — [10]) Lugd. Bat. B, *sonia*. — [11]) Lugd. Bat. B, *nunciasse*. — [12]) Lugd. Bat. B, *inluster*. — [13]) Paris. C, *adiectivit*. — [14]) Lugd. Bat. B, *necglexit*. — [15]) Lugd. Bat. B, *iobemus*.

CCCCXLV. Exstat h. f. in codd. Keller, Paris. C, D; vulgat. inter Sirmond. nº 33. — [1]) In Paris. C rubrica sic inscribitur, sed falso : *Editio legibus conpreensa*.

Digitized by Google

vel procerum nostrorum præsentia suggessit eo quod aliquis homo, nomine ille, pagensis vester, eum in via malo [2]) ordine adsallisset et res suas ei tulisset vel graviter ipsum [3]) livorasset, et ob [4]) hoc vobis per nostram ordinationem iussimus ut, datis fideiussoribus, kalendas illas ex hoc in nostra presentia debuissent adstare rationantes [5]). Sed memoratus quidem ille per triduum suum custodivit placitum, et iam dicto illo secundum legem adiectivit [6]) vel solsativit, qui nec sonia nuntiavit, nec suum placitum adimplevit. Propterea omnino tibi iubemus, dum tales vobis datos habuit [7]) fideiussores, et placitum suum nullatenus custodivit [8]), ut quicquid lex loci vestri de tali causa [9]) edocet, vobis distringentibus, memoratus ille partibus istius conponere et satisfacere non recuset.

Iudicia regum.

CCCCXLVI.

[*Sine rubrica.*]

Omnibus fidelibus sanctæ Dei ecclesiæ et nostris, præsentibus scilicet et futuris. Cum in Dei confidentes nomine atque adiutorio, anno decimo imperii nostri *a*), propter quasdam sanctæ Dei ecclesiæ ac regni et populi nostri a Deo nobis commissi utilitates et necessitates ordinandas ac disponendas in Compendio palatio nostro pervenissemus, atque hiemandi gratia ibi resideremus *b*), veniens

— 2) Cæteri, *male*. — 3) Paris. C, *ipsas*. — 4) H. v. deest in Paris. D. — 5) Paris. C, *raciocinare*. — 6) Paris. D, *abiectivit*. — 7) H. v. deest in Paris. C. — 8) Paris. C, *adimplevit*. — 9) Paris. C, *tale causæ*.

CCCCXLVI. Exstat h. f. in cod. Paris. I; vulgat. a Carpent. nº 44.

a) La dixième année du règne de Louis le Débonnaire répond à l'année de Jésus-Christ 823, ce prince étant monté sur le trône impérial le 28 janvier 814.

b) Le palais de Compiègne,

Digitized by Google

Indicia regum.

quidam homo, nomine Lambertus, cognomento Aganus, ex pago qui vocatur Petrocius *a*) et ex castro quod appellatur Toringius *b*), ad nostræ celsitudinis præsentiam exposuit quod cum tempore avi nostri Pippini regis obsides ex eodem pago et castro ab eodem rege propter firmitatis ac pacis studium ab habitatoribus eiusdem loci quærerentur et darentur *c*), inter cæteros et se ipsum in obsidium ab Ermenrico comite et patre suo, nomine Agano, datum fuisse; sed post non multum temporis spatium, cæteris obsidibus licentia redeundi adtributa, se ipsum ab illo temporis spatio usque ad præsens tempus, propter huiusce

situé comme la ville et le château modernes sur la rive gauche de l'Oise, paraît avoir eu une origine romaine; il est du moins certain que dès le sixième siècle on voit les fils de Clovis y faire leur résidence. Son souvenir est étroitement lié à l'histoire des premiers temps de la monarchie, car, ainsi que le fait remarquer D. Mabillon, il n'est presque aucun souverain des deux premières races qui n'y ait tenu des assemblées, reçu des ambassadeurs ou promulgué des capitulaires. Il suffit de rappeler, pour l'intelligence de notre formule, que Louis le Débonnaire vint s'y établir au mois de novembre 823, et qu'il y demeura jusqu'au mois de juillet de l'année suivante. Cf. *Einhardi annales*, ad ann. 823, 824 (ed. Teulet); Valois, *Notitia Galliarum*, p. 152; Mabillon, *De re diplomat.*, lib. IV.

a) Le mot *Petrocius* a probablement été mis pour *Petrocorius*, et désigne le Périgord, qui faisait partie de la seconde Aquitaine.

b) Le *castrum Toringius* ou *Torinna* (aujourd'hui *Turenne*, arrond. de Brives, départ. de la Corrèze) était situé dans le Limousin et non dans le Périgord. Mais comme ces deux pays sont limitrophes et que les dépendances du *castrum* s'étendaient sur l'un et sur l'autre, l'erreur commise par le rédacteur de notre formule est facile à comprendre. Cf. Valois, *Notitia Galliarum*, pag. 557.

c) Ce passage fait certainement allusion à l'expédition que Pépin dirigea contre l'Aquitaine en 767, et dans laquelle il s'empara du château de Turenne. Cf. *Einhardi annales*, ad ann. 867 (ed. Teulet).

Digitized by Google

rei occasionem, ablatis rerum suarum facultatibus, ab Immone comite *a*) vinculo servitutis esse adstrictum. Cumque huius facti ordinem a prædicto homine nobis expositum cognovimus, placuit nobis ut eum iterum pro mercedis nostræ augmento ad libertatem suam et ad res modo superius conscripto sibi ablatas redire permitteremus. Quapropter et hoc nostræ auctoritatis præceptum ei concedi ac dari iussimus, per quod et ille et filii sui, qui hac occasione vinculo servitutis tenebantur adstricti, ab hac die in posterum a iugo servitutis absoluti sint, et omnes fideles nostri agnoscere valeant quod nos eos et ad pristinam libertatem et ad ipsas res occasione superius conscripta eis ablatas concessimus pervenire. Præcipientes ergo iubemus ut neque comes neque vicarius neque centenarius neque missus noster a palatio dimissus prædictum hominem aut filios eius, quibus per hanc nostræ auctoritatis præceptionem et libertatem et res ablatas concedimus, ab hac die in posterum de statu ingenuitatis eorum aut rebus illis a nobis illis redditis inquietare aut illis calumniam facere præsumat; sed liceat eis in eorum proprio, absque ullius iniusta contrarietate, quiete residere. Et ut hæc nostræ auctoritatis.....

Iudicia regum.

a) Immon, comte de Périgord, est mentionné dans l'*Histoire de la translation des reliques de sainte Fauste* (ap. D. Bouquet, VIII, 344) à l'occasion de son fils Arnaud, qui devint vers 864 duc de Gascogne. C'est probablement le même qui figure en 793 parmi les témoins d'un privilége accordé par Louis le Débonnaire, roi d'Aquitaine, au monastère de Noaillé. Cf. Mabillon, *Annales Benedictini*, II, 715.

Digitized by Google

CCCCXLVII.

PRÆCEPTUM DE HIS QUIBUS PROPRIUM AUT LIBERTAS INIUSTE ET PER POTENTES ABLATA EST.

Iudicia regum.

Quoniam regiam et imperatoriam dignitatem nihil æque ac pietas et misericordia decere cognoscitur, non solum tantum a regibus et imperatoribus sunt commendandæ et legibus restauratis committendæ, quantum miseri et violentiam passi sublevandi [1]). Idcirco notum fieri volumus omnibus fidelibus nostris, præsentibus et futuris, qualiter cum quidam homines de territorio civitatis illius, de villa cuius vocabulum est illius, coram nobis questi essent, dicentes iniuste sibi ab illo comite ereptam fuisse libertatem, et nos hoc ita verum esse, fidelibus missis nostris illo et illo inquirentibus et nobis renuntiantibus, comperissemus, iussimus eos a iugo iniquæ servitutis absolutis pristinam reddere libertatem. Propter quod hanc nostræ auctoritatis præceptionem eisdem dari iussimus, per quam decernimus atque iubemus ut memorati homines sive propinqui ex radice venientes vel posteritas eorum, qui simili modo iniusta servitute oppressi esse noscuntur, ab hac die in posterum per hanc nostram assertionem liberi permaneant, et nullam a quolibet fidelium nostrorum deinceps super statu libertatis suæ calumniam patiantur, sed liceat eis, absque ulla iniusta inquietudine, cum rebus propriis a nobis concessis perfrui libertate. Et ut hæc.....

CCCCXLVII. Exstat h. f. in cod. Paris. I; vulgat. a Carpent. nº 48. — [1]) Hæc ita legenda esse censuit Kopp in *Palæographia critica*, t. I, p. 325: *Qui regimus et imperatoriam dignitatem nihil æque ac pietas et misericordia decere cognoscimus, non solum tantum a regibus et imperatoribus sunt canones et legibus rebellis comprimendi, quantum miseri et violentiam passi sublevandi.*

Digitized by Google

CCCCXLVIII.

[*Sine rubrica.*]

Notum sit igitur omnibus fidelibus nostris, præsentibus scilicet et futuris, qualiter quædam femina, nomine illa, detulit nobis nostræ auctoritatis præceptum, in quo continebatur qualiter genealogia eius a quodam homine, nomine Germano, domini et genitoris nostri Karoli serenissimi augusti misso *a*), iniuste ad servitium addicta, et ad illum fiscum regium, qui dicitur Andernacus *b*), adficta fuisset, et qualiter a missis nostris illis et illis per nostram iussionem super hac re inquisitio facta, et eis libertas simul et res restitutæ fuissent. Sed quia memorata femina illa ac fratres sui, quorum ista sunt nomina, in eodem præcepto non continebantur inscripti, ipsa femina in nos- Iudicia regum.

CCCCXLVIII. Exstat h. f. in cod. Paris. I; vulgat. a Carpent., nº 50.

a) Le comte Germain figure au nombre des *Missi* qui furent chargés par Charlemagne, en 799, d'accompagner à Rome le pape Léon III et de le rétablir sur son siége. Cf. Anastas. Biblioth., *Vita Leonis III papæ* (ap. Muratori, *Script. rer. Ital.*, t. III).

b) Andernach, sur la rive gauche du Rhin, entre Bonn et Coblentz, est nommée dans les Itinéraires *Antunnacum* ou *Antonacum*. La prononciation germanique ayant altéré ce nom, on a dit successivement *Anternacum*, *Andrenacum* et *Antrinachum*. C'était un poste militaire important, fortifié d'abord par Drusus, et qui servit plus tard de station à la flotte de Germanie. Détruite au quatrième siècle par les Francs, cette ville ou plutôt cette forteresse fut rétablie par l'empereur Julien. Elle fut incorporée, après l'invasion, au domaine des rois d'Austrasie, et conservait encore à la fin du neuvième siècle la qualité de *fiscus regius* ou *imperialis*. Cf. Valois, *Notitia Galliarum*, p. 25; d'Anville, *Notice de la Gaule*, p. 71; Mabillon, *De re diplomat.*, lib. IV; *Chronicon Gotwicense*, lib. III, p. 453; Max. de Ring, *Mémoire sur les établissements romains du Rhin et du Danube*, II, 39 et suiv.

Digitized by Google

Iudicia regum.

tro et coniugis nostræ servitio perseverabat verna. Ne in posterum aliqua de statu ingenuitatis eorum contra eos oriri posset calumnia, deprecata est nos ut sibi fieri nostræ auctoritatis iuberemus præceptum, per quod nostris futurisque temporibus et libertate et rebus securius et firmius potiantur. Cuius precibus, dilectissimæ coniugis nostræ Hiudit, in cuius principissæ prædicta femina perseverabat servitio, suggestione permoti, adsensum præbuimus, et hoc nostræ auctoritatis præceptum eisdem illi et prænominato germano suo, nomine illo, fieri iussimus, per quod præcipimus atque iubemus ut, sic[ut] genealogiæ eorum pristinam libertatem et res, quas iniuste amiserant, restitui iussimus, ita et præfata illa et frater eius ille libertatem obtineant, et res, quas nunc iuste et legitime habere videntur vel in antea adquirere poterunt, iure hæreditario teneant atque possideant, et nullam deinceps contradictionem aut calumniam aut aliquod impedimentum a quoquam nec ipse nec posteritas eorum ab hodierno die et tempore pro causa superius conscripta se habituros penitus comperiant, [sed], sicut dictum est, absque alicuius contrarietate aut præiudicio, et libertatem obtineant et res in suo suorumque heredum dominio perpetim legitime et firmiter possideant suisque posteris habenda decernant, et quidquid exinde elegerint, faciant. Et ut hæc auctoritas.....

CCCCXLIX.

PRÆCEPTUM DE LIBERTATIBUS RESTITUTIS.

Omnibus fidelibus nostris, præsentibus scilicet et futuris. Cum hoc omnibus certissimum sit nihil melius regiam

CCCCXLIX. Exstat h. f. in cod. Paris. I; vulgat. a Carpent. nº 43.

Digitized by Google

et imperialem decere maiestatem, quam ut miserorum necessitatibus subveniat; idcirco nos, in Dei omnipotentis nomine atque adiutorio, post decessum domni et genitoris nostri Karoli serenissimi imperatoris, de sua atque nostra eleemosyna inchoantes, decrevimus cum proceribus et fidelibus nostris ut per omnes provincias regni a Deo nobis commissi legatos mitteremus, qui omnia prava comitum sive iudicum vel etiam missorum a palatio dimissorum facta diligenter investigarent, et ubi aliquid iniuste factum invenirent, emendarent, et ad iustitiam revocare contenderent *a*). Inter quos cum fideles missi nostri ille et ille, qui in pago illo ob eamdem rationem dimissi fuerant, inter cæteros violenter oppressos invenissent quemdam hominem, nomine illum, ab illo comite quondam iniuste et contra legem ad servitium redactum, nobisque ordinem ac secutionem huiusmodi iniuste et contra legem facti retulissent, placuit nobis atque ita decernimus ut eum iterum ad libertatem suam redire permittatur. Quapropter et hoc nostræ auctoritatis præceptum ei concedere ac dare iussimus, per quod et ille ab hac die in posterum a iugo servitutis absolutus sit, et omnes fideles nostri agnoscere valeant quod nos eum ad pristinam concessimus pervenire libertatem. Præcipientes ergo iubemus ut nullus comes neque vicarius neque centenarius neque missus noster a palatio dimissus prædictum hominem aut filios vel pro-

Iudicia regum.

a) Un des premiers actes de Louis le Débonnaire, en montant sur le trône, fut, en effet, d'envoyer des commissaires dans toutes les provinces de l'empire, pour faire une enquête sur la conduite des administrateurs locaux et recevoir les plaintes des populations. Cf. Thegan, *De rebus gestis Ludov. Pii*, cap. 13 (ap. D. Bouquet, VI, 77). Ce synchronisme permet d'attribuer à l'année 814 le diplôme qui a servi de modèle à notre formule.

Digitized by Google

Iudicia regum.

pinquos eius, quibus per hanc nostræ auctoritatis præceptionem libertatem concedimus, ab hac die et in posterum de statu ingenuitatis suæ inquirere aut calumniam illis facere præsumat, sed liceat ei et filiis ac propinquis eius in suo proprio quiete residere, absque ullius iniusta contrarietate. Et ut hæc auctoritas.....

CCCCL.

PRÆCEPTUM SUPER HIS QUI INIUSTE ET CONTRA LEGEM AD SERVITIUM POSITI, ET FISCO NON SUO ADDICTI, ET POSTEA LIBERTATI DONATI SUNT.

Notum sit omnibus fidelibus nostris, tam præsentibus quam et futuris, quia quidam homo, nomine Ingilbertus, questus est coram missis nostris, Etti videlicet archiepiscopo *a*) et Adalberto comite *b*), eo quod avia sua, nomine Angelia, ab Hildulfo actionario ad fiscum nostrum, qui vocatur Romaricus mons *c*), iniuste ad servitium adficta

CCCCL. Exstat h. f. in cod. Paris. I; vulgat. a Carpent., nº 49.

a) Hetton, abbé de Metloc, monta sur le siége archiépiscopal de Trèves en 814, et mourut en 847. C'est en 823, selon Baluze, et en 825, selon M. Pertz, qu'il fut chargé, conjointement avec le comte Adalbert, des fonctions de *missus* dans la province de Trèves. Cf. *Gallia christ. nov.*, XIII, 390; Baluz., *Capitularia*, I, 640; Pertz, *Monum. Germ. hist.*, III, 246.

b) Le comte Adalbert, chargé des fonctions de *missus* avec l'archevêque Hetton, est probablement le même qui rendit à l'église du Mans, en 838, une *villa* qu'il tenait en bénéfice, et qui fut employé, en 839 et 840, contre les entreprises de Louis le Germanique. Dans le diplôme de 838 il est qualifié par l'empereur de *comes et consiliarius noster*. Cf. *Diploma de villa Bonalla* (ap. D. Bouquet, VI, 618); *Annales Fuldenses*, ad ann. 839, 840 (*Ibid.* 211).

c) La ville de Remiremont, située dans le département des Vosges, un peu au-dessus de l'endroit où se réunissent les deux

Digitized by Google

fuisset. Quæ res dum ab eisdem missis et cæteris fidelibus nostris diligenter perspecta, et per homines bonæ fidei veritas inquisita esset, inventum est, sicut iidem missi nobis retulerunt, ita verum esse. Proinde placuit nobis, ob mercedis nostræ augmentum, [in] prædictum Engilbertum et propinquos suos, qui hac occasione servitute tenebantur obnoxii, hoc nostræ auctoritatis præceptum fieri, per quod præcipimus atque iubemus ut ipse et propinqui sui, qui modo superius dicto servituti addicti sunt, ab hodierno die et tempore et libertatem obtineant et res iuste sibi

Iudicia regum.

bras de la Moselle, doit son origine au double monastère d'hommes et de femmes fondé vers 620 par saint Romaric. La montagne, sur laquelle cette double communauté fut d'abord établie, était anciennement occupée par un *castrum*, nommé *castrum Avendi, Habendi* ou *Habundi;* ce nom disparut, et l'usage lui substitua celui de *mons Romarici,* qui s'est perpétué, presque sans altération, jusqu'à nos jours. Détruits au commencement du dixième siècle par les Hongrois, les deux monastères furent rétablis par Louis, fils de l'empereur Arnoul, sur la rive gauche de la rivière, dans la plaine, en face de la montagne qu'ils avaient d'abord occupée. Dans la suite, les moines se séparèrent des religieuses, et celles-ci profitèrent du relâchement introduit au seizième siècle dans la plupart des communautés pour se transformer en chanoinesses séculières. Les empereurs Carlovingiens possédaient à Remiremont une *villa,* où ils venaient en automne prendre le plaisir de la chasse et de la pêche. Les historiens de Charlemagne et de Louis le Débonnaire parlent du séjour qu'y firent ces deux princes en 805, 825, 831 et 835. Un diplôme de l'empereur Lothaire, daté de 849, mentionne le *palatium regium Romarici montis*, expression qu'on doit regarder comme synonyme des mots *fiscus noster* employés par notre formule; mais il est probable que ce palais fut détruit, comme les deux monastères, par l'invasion des Hongrois. Cf. Valois, *Notitia Galliarum,* p. 480; *Gallia christ. nov.*, XII, 1065, 1407; Mabillon, *De re diplomat.,* lib. IV; *Lettre touchant le premier institut de l'abbaye de Remiremont* (Œuvres posthumes, II, 70).

Digitized by Google

Iudicia regum.

debitas consequantur, et nullam deinceps contradictionem aut calumniam aut aliquod impedimentum pro hac causa a parte fisci nostri se habituros penitus comperiant, sed, sicut superius dictum est, absque alicuius illicita contrarietate, et libertatem obtineant et res iuste sibi debitas in suo suorumque heredum dominio possideant, et quidquid exinde elegerint, faciant. Et ut hæc.....

CCCCLI.

PRÆCEPTUM SUPER REBUS REDDITIS.

Notum sit omnibus fidelibus nostris, præsentibus scilicet et futuris, qualiter cum nos generale placitum nostrum in palatio nostro, quod dicitur Attiniaco *a*), more solito tenuissemus, quidam homo, nomine Odolmarus, advocatus ex monasterio quod vocatur Mageduno *b*), in honore sancti

CCCCLI. Exstat h. f. in cod. Paris. I; vulgat. a Carpent. nº 40.

a) Le palais d'Attigny, situé sur la rive gauche de l'Aisne, entre Vouziers et Réthel, était un de ceux que les rois des deux premières races habitaient le plus fréquemment. Louis le Débonnaire y tint deux assemblées, l'une en 822, l'autre en 834. Il s'agit probablement ici de la première, puisqu'on y voit figurer Matfried, comte d'Orléans, qui fut privé de son office en 828. Cf. Valois, *Notitia Galliarum*, p. 50; Mabillon, *De re diplomat.*, lib. IV; *Vita Ludov. Pii*, cap. 35, 53 (ap. D. Bouquet, VI, 104, 117).

b) L'emplacement qu'occupe aujourd'hui la petite ville de Meung-sur-Loire, à 18 kilomètres au sud d'Orléans, paraît avoir été très-anciennement le siége d'un château-fort, destiné à surveiller la navigation du fleuve. Ce château fut détruit par les Vandales, et le lieu offrait encore l'aspect d'une solitude désolée, lorsque saint Lifard vint s'y établir au milieu du sixième siècle. Il y bâtit une chapelle et quelques cellules pour les moines qui l'avaient accompagné. Son successeur remplaça les cellules par un monas-

Digitized by Google

illius constructo, ubi et sanctus ille confessor corpore requiescit, indicavit quemdam vassallum nostrum, nomine Ragumbernum, de quibusdam rebus ad ius monasterii sancti illius pertinentibus, quod illuster vir ille comes in regimine habere videtur, quarum rerum sunt vocabula illa et illa, cum reliquis adiacentiis vel aspicientiis suis; dicens quod posteri prædicti vassalli nostri liberi iniuste eas occupassent et contra legem tenerent, adfirmans se tales testes habere qui hoc scirent, et veraciter asserere potuissent ab illo tempore, ex quo Hlotharius quondam rex Francorum memorato monasterio solemni traditione easdem res donavit, semper in eis rectores ipsius monasterii liberam habuissent possessionem, usquequo ille quondam abbas ad beneficium filio suo, nomine illo, eas dedisset, et sic præterito tempore de manibus rectoris prædicti monasterii, tempore domni ac genitoris nostri Karoli piissimi augusti, elapsas esse. Sed cum nos ad veritatem rei diligentius investigandam fideles nostros, illum abbatem, illum et illum comites, mitteremus, renuntiaverunt nobis per hoc ita esse, sicut memoratus sancti illius advocatus asserebat. Cumque adhuc actor et defensor dissona voce

Iudicia regum.

tère, qui atteignit promptement un assez haut degré de prospérité, et qu'au neuvième siècle l'évêque d'Orléans comptait parmi les plus importants de son diocèse. Donné en bénéfice par Louis le Débonnaire et probablement aussi par ses successeurs à des seigneurs laïques, ce monastère fut sécularisé de bonne heure; on voit, en effet, par un diplôme d'Isembard, évêque d'Orléans, qu'au milieu du onzième siècle les moines étaient déjà remplacés par des chanoines. Ceux-ci firent construire une nouvelle église, qui fut consacrée en 1105, et dans laquelle les restes de saint Lifard furent déposés. C'est celle qui subsiste encore aujourd'hui, et qui sert de paroisse aux habitants. Cf. Valois, *Notitia Galliarum*, p. 312; *Gallia christ. nov.*, VIII, 1513; Pr. col. 494, n° XIII.

Digitized by Google

Iudicia regum.

contenderent, visum est nobis ut hæc contentio certo quodam iudicio esse determinanda. Sed hanc examinationem prædictus Matfridus *a*) chartarum ostensione dirimit; nam veniens ad præsentiam nostram ostendit nobis donationem prædicti Hlotharii regis et antiqua præcepta regum Francorum super eas. Cumque hæc donatio et illa præcepta regum coram nobis lecta fuissent, habuimus de earumdem chartarum inspectione et lectione res memoratas ad ius et possessionem prædicti monasterii in integrum pertinere, neque Ragumbernum ad fiscum nostrum sibi ad beneficium datum easdem res iure donare potuisse. Et ideo a ducibus et comitibus, qui cum eis in ista causa examinatores fuisse leguntur, iudicatum est ut per vuadium suum cum lege et fide facta Matfrido comiti vel eius advocato easdem res redderet, ad utilitatem ac usum memorati monasterii Deoque in eo servientium permansuras. Idcirco suggerenti atque roganti prædicto Matfrido, fideli nostro, hanc nostræ confirmationis præceptionem ei vel ad partem monasterii sui fieri iussimus, per quam decernimus atque iubemus ut nullus fidelium nostrorum de prædictis rebus sancti Lifardi Matfrido sive successoribus eius ullo unquam tempore inquietudinem facere aut quamlibet calumniam ingerere præsumat, sed liceat ei et successoribus eius quiete ordine eas tenere et possidere, et quidquid pro opportunitate monasterii sui exinde facere voluerit, liberam in omnibus habeat potestatem facere. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, manu propria.....

a) Il s'agit ici, comme plus haut, dans la formule XLI, de Matfried, comte d'Orléans. Il est probable que le monastère de Meung, qu'il tenait en bénéfice, lui fut enlevé en 828 en même temps que son comté. Cf. Adrevald. *Miracul. S. Benedict. abbatis* (ap. *Acta SS. ord. S. Benedict.* Sæc. II, pag. 377).

Digitized by Google

CCCCLII.

PRÆCEPTUM DE REBUS REDDITIS.

Notum sit igitur omnibus fidelibus nostris, tam præsentibus quam et futuris, quia quidam homines, Ermengarius videlicet et germanus eius Ingilardus, questi sunt coram missis nostris, Sicardo *a*) scilicet et Teutardo comitibus, eo quod quondam Vultgarius, abbas ex monasterio quod est situm in monte Iovis *b*), res iuris eorum, sitas pagis in

Iudicia regum.

CCCCLII. Exstat h. f. in cod. Paris. I; vulgat. a Carpent. nº 42.

a) Le comte Sicard est nommé dans un jugement par défaut rendu par le tribunal du palais en 812. Cf. D. Bouquet, *Scriptores,* V, 776.

b) D. Carpentier a cru reconnaître dans l'abbé du mont Joux, mentionné ici, Witgaire, évêque de Saint-Jean de Maurienne et abbé de Novalèze. Mais, d'une part, ce personnage ne figure pas dans notre formule avec le titre épiscopal, et d'autre part, son nom ne se rencontre pas dans les catalogues les plus exacts des évêques de Maurienne (Cf. *Annuaire de la Société de l'histoire de France,* 1851, p. 143). L'opinion de D. Carpentier ne repose d'ailleurs que sur une confusion assez singulière entre l'hospice ou monastère du mont Joux et celui du mont Cenis. C'est à ce dernier seulement que les conjectures du savant bénédictin peuvent s'appliquer, parce qu'il faisait en effet partie du diocèse de Maurienne et dépendait de l'abbaye de Novalèze, tandis que la maison du mont Joux était située dans le diocèse de Sion et ne relevait d'aucune autre communauté. C'est également au mont Cenis, et nullement au mont Joux, que se rapporte le diplôme de l'empereur Lothaire, publié par Muratori (*Antiquit. ital.*, t. III, p. 578) et invoqué par D. Carpentier. On comprend, du reste, que le champ soit ouvert à toutes les conjectures en présence du silence complet que les historiens ont gardé sur l'origine et les premiers temps du monastère du mont Joux. Ce silence m'a engagé à faire à ce sujet quelques recherches, que je crois utile de résumer ici en peu de mots.

Le mont Joux, qui sépare le Valais du val d'Aoste, forme le principal sommet de la chaîne des Alpes Pennines. Les premiers ha-

Digitized by Google

Iudicia regum.

illis et villis quæ advocantur illas et illas, iniuste et contra legem eis invasisset, et ad prædictum monasterium revo-

bitants des vallées voisines y élevèrent un temple à une divinité qu'ils nommèrent le *dieu Penn*, c'est-à-dire le *dieu de la montagne;* car le mot *Penn* paraît avoir été chez les Celtes une expression générique pour désigner les hautes cimes, et personne aujourd'hui ne s'attache plus à l'opinion, déjà réfutée par Tite-Live, qui faisait venir des Carthaginois, *Pœni,* le nom de *Pennines* donné à cette partie des Alpes. Les Romains, devenus maîtres de la contrée, consacrèrent le temple au culte de Jupiter, et donnèrent à la montagne le nom de *mons Jovis,* que les établissements chrétiens des siècles suivants n'ont pu faire entièrement disparaître. Le grand nombre d'anciens monuments, statuettes, inscriptions ou médailles, qu'on y a découverts, montre que le passage du mont Joux fut pendant toute la durée de l'empire une des voies de communication les plus fréquentées entre les Gaules et l'Italie. La série de ces monuments s'arrête au règne des enfants de Théodose; ce qu'expliquent, d'une part, le triomphe de la religion chrétienne, qui dut faire abandonner l'entretien du temple, et d'autre part, les invasions des barbares, qui interrompirent les relations régulières entre les deux pays. Depuis cette époque jusqu'au temps des empereurs Carlovingiens, le mont Joux demeura désert. C'est Charlemagne, suivant l'opinion commune, qui fit construire auprès de l'ancien temple de Jupiter un hospice destiné aux voyageurs. D'autres attribuent cette fondation à Louis le Débonnaire; mais le texte de notre formule montre qu'elle est antérieure au règne de ce prince. Il est probable qu'un monastère était joint à l'hospice; le titre d'abbé donné à Wultgaire prouve du moins que la garde en était confiée à des religieux. C'est ainsi que dans une des formules suivantes on verra le même titre donné au supérieur d'un *Xenodochium* institué pour l'entretien des indigents. Quelques années plus tard, un des successeurs de Wultgaire est qualifié d'*elemosinarius;* on lit en effet, sous la date de 851, dans le cartulaire de Lausanne: *Dominus Hartmannus, elemosinarius sancti P. montis Jovis, fuit ordinatus in episcopum Lausanne, die dominica, II nonas martii, luna* 25, *anno Domini* 851; et quelques pages plus loin : *Armannus Lausannensis episcopus fuit ordinatus die dominica, II nonas marcii,*

Digitized by Google

casset. Quæ causa dum ab eisdem missis diligenter expensa et per homines bonæ fidei veritas esset inquisita, inven- Iudicia regum.

luna 25, *anno ab incarnatione Domini* 851, *et tenuit episcopatum* 28 *annis*, *et fuit helemosinarius sancti Bernardi montis Jovis*.

Cependant l'établissement du mont Joux ne put résister aux invasions et aux guerres qui ensanglantèrent le dixième siècle. En 939, les Sarrasins pénétrèrent dans le Valais et ruinèrent la célèbre abbaye d'Agaune. Après avoir tenté quelques efforts pour les expulser, le comte Hugues de Provence, plus occupé de son ambition que des intérêts du nom chrétien, fit un traité avec eux, et leur abandonna les principaux passages des Alpes, à la condition qu'ils fermeraient à son rival Bérenger l'entrée de l'Italie. Ils s'y maintinrent pendant près d'un demi-siècle, portant le pillage et l'incendie dans les vallées environnantes, rançonnant ou massacrant les voyageurs. Le souvenir de l'effroi qu'ils causaient aux habitants de la contrée s'est conservé dans la légende d'un géant sorti de l'enfer, qui siégeait au sommet du mont Joux, et prélevait une tête sur dix dans toutes les caravanes de voyageurs qui osaient essayer de franchir la montagne. Ils furent enfin chassés à la fin du dixième siècle. L'histoire ne nous a pas conservé le détail de cet événement, mais il paraît certain que le principal honneur en doit être attribué à Bernard de Menthon, archidiacre d'Aoste, et le récit de l'hagiographe, qui nous montre l'étole avec laquelle le courageux missionnaire était venu exorciser le monstre du mont Joux, changée subitement en chaîne de fer, fait sans doute allusion aux bandes de Sarrasins qu'il réussit à capturer. Après l'expulsion des barbares, Bernard rétablit sur la montagne un hospice et une communauté de chanoines, auxquels le concile de Latran, en 1215, donna la règle de Saint-Augustin. Ce nouvel établissement fut d'abord placé sous l'invocation de saint Nicolas de Myre; mais la reconnaissance populaire ne tarda pas à y substituer le nom du saint fondateur, et dans la suite ce nom vénéré a fini par désigner la montagne elle-même. Cf. Valois, *Notitia Galliarum*, p. 349; Walckenaer, *Géographie des Gaules*, I, 220; *Mémoires de la Société d'histoire de la Suisse romande*, VI, 8, 34; Reinaud, *Invasions des Sarrasins*, I, p. 172, 178, 180, 195; Beugnot, *Destruction du paganisme en Occident*, II, 344; Chrétien de Loges, *Essais historiques sur le mont Saint-Bernard*, passim.

Digitized by Google

Iudicia regum.

tum est, sicut iidem missi nostri nobis renuntiaverunt, ita verum esse. Proinde placuit serenitati nostræ ut pro mercedis nostræ augmento prædictas res, quas prædictus Vultgarius abbas prænominati monasterii [in] monte Iovis iniuste et contra legem prædictis hominibus abstulerat, eis per hoc nostræ auctoritatis præceptum reddere, per quod præcipimus atque iubemus ut nullus comes neque vicarius neque centenarius neque missus noster a palatio dimissus neque potestas prædicti monasterii eis aut posteritati eorum de prædictis rebus ullam inquisitionem aut contrarietatem facere præsumat, sed liceat eis de eisdem rebus quidquid facere voluerint, libero in omnibus perfrui arbitrio faciendi. Et ut hæc.....

CCCCLIII.

CARTA PARICLA.

Cum in nostra vel procerum nostrorum præsentia homo, nomine illo, itemque homine, nomine illo, interpellasset, dum diceret quasi servo suo, nomine illo, una cum raupa [1]) sua in solidos tantos post se fugitivos pedes recipisset vel post se reteneret [2]) indebite; aut [3]) hæc præfatus ille omnia hec fortiter visus est denegasse, quod nec ipse ipso [4]) servo fugitivos pedes nec raupa [5]) sua post se [6]) nunquam recipisset. Sed dum inter se intenderint, sic eidem a proceribus nostris, in quantum inlustris vir ille comis palacii nostri testimoniavit, fuit iudicatum ut de [7]) quinque denominatus idem ille apud tres et alios [8]) tres sua manu

CCCCLIII. Exstat h. f. in codd. Paris. A, C, Lugd. Bat. B; vulgat. inter Marculf. I, 38. — [1]) Cæteri, *rauba*. — [2]) Lugd. Bat. B, *retenerit*. — [3]) Lugd. Bat. B, *ad*. — [4]) H. v. deest in Lugd. Bat. B. — [5]) Cæteri, *rauba*. — [6]) Paris. C, *posse*. — [7]) Paris. C, *unde*. — [8]) Paris. C, *alius*.

Digitized by Google

septima tunc in palacio nostro super capella domno [9]) Martini *a*), ubi reliqua sacramenta percurrunt, debeant [10]) coniurare quod suprascripto servo illo memoratus ille pedes fugitivos una cum raupa [11]) sua in solidos tantos post se nunquam recipisset; si hoc coniurare potuerit, de hac causa ductus sedeat [12]); sin autem non potuerit, ipso servo una cum raupa [13]) sua in solidos tantos [14]) cum legis beneficium partibus ante dicto illo reddere studeat. Interim

Iudicia regum.

— [9]) Lugd. Bat. B, *domni*. — [10]) Lugd. Bat. B, *debeat*. — [11]) Cæteri, *rauba*. — [12]) Lugd. Bat. B, *resedeat*. — [13]) Cæteri, *rauba*. — [14]) Cæteri, *solidus tantus*.

a) Bignon s'est évidemment trompé en considérant ici *capella* comme synonyme de *capsa*, et en confondant la *chape* de saint Martin avec la *châsse* qui renfermait ses ossements. On voit, il est vrai, par plusieurs passages de Grégoire de Tours, que la grande renommée du saint évêque et le bruit de ses miracles avaient porté les églises les plus éloignées à solliciter une part de ses reliques; il y en avait à Soissons, à Avranches, à Coblentz, et jusqu'en Espagne. On trouve également beaucoup d'exemples de serments prêtés sur son tombeau, dans la basilique élevée en son honneur. Mais on sait, d'un autre côté, que sa *chape* n'était pas en moins grande vénération. Cet humble vêtement, qu'une pieuse tradition disait être le manteau même dont saint Martin s'était dépouillé pour couvrir un pauvre, était conservé dans le trésor des rois. On le portait à la guerre en guise d'étendard, comme plus tard l'oriflamme de Saint-Denis; et les écrivains de l'époque Carlovingienne nous apprennent que ce fut à son occasion qu'on donna le nom de *chapelle* à l'oratoire royal dans lequel il était déposé, et celui de *chapelains* aux clercs qui étaient commis à sa garde. Quant à l'usage de faire prêter sur cette *chape* les serments ordonnés par le tribunal du palais, il est attesté par deux jugements des rois Thierry III et Childebert III, des années 680 et 710. Cf. Gregor. Turon., *Historiæ*, V, 49, 50; VII, 12; VIII, 14, 15; *De miraculis S. Martini*, II, 36; III, 47; Monach. S. Galli, I, 4; Walaf. Strabo, *De rebus eccles.*, cap. 31; *Diplomata, Chartæ*, Proleg., p. 261, t. II, n^os^ CCCXCIV, CCCCLXXVIII (ed. Pardessus); Combault d'Auteuil, *Ministres d'État*, p. 89.

Digitized by Google

Iudicia regum.

vero usque in [15]) ipso placito nec utra [16]) pars ex ipsis iectita non appareat, unde æquales præceptiones eis fieri et accipere iussimus.

CCCCLIV.

IUDICIUM EVINDICATUM.

Ille rex, vir inluster. Veniens ante nos homo ille, nomine illo, ibi in palatio nostro, placitum suum legibus custodivit, quod habebat apud hominem alico, nomine illo, quod ipse ille per sua fistuca ante nos visus fuit adframire. Sed nuncupatus ille nec ad placitum suum venit, nec ipsum sacramentum iuravit, neque iuratores sui, nec nulus fuit testes, qui sonia nonciasset. Proinde nos taliter una cum fidelibus nostris, id sunt illi et reliquis quampluris, visi fuimus iudicasse ut dum ipse ille tale sacramento habuit aframitum, et ipsum nulatenus iuravit, nec ipse neque iuratores sui, sed exinde se iectivum in omnibus dimisit, propterea iubemus ut dum hac causa sic acta vel perpetrata esse cognovimus, ut ipse ille ipsas res in loco illo in contra illo superius nomine omnique tempore habeat evindicatas atque elidicatas, et sit inter ipsos in postmodum ex hac re omnique tempore subita causacio.

Hactum quod fecit menses ille, dies tantus.

— [15]) H. v. deest in cæteris. — [16]) Lugd. Bat. B, *neutra*.

CCCCLIV. Exstat h. f. in cod. Paris. B; vulgat. a Lindenbrog. nº 168.

Digitized by Google

CCCCLV.

CARTA DE CAUSAS SUSPENSAS [1]).

Iudicia regum.

Cognoscat [2]) magnitudo seu [3]) utilitas vestra, dum et nos ad præsens apostolico viro [4]) aut inlustris viro [5]) pro nostris utilitatibus ibi [6]) ambulare præcipimus, ideo iubemus ut dum illis partibus fuerit demoratus, omnes causas [7]) suas suisque amicis aut gasindis, seu undecumque ipsi [8]) legitimo redebit mittio, in suspenso debeant resedere. Propterea per præsentem decernimus [9]) ac iubemus [10]) præceptum ut interim quod de illis partibus revertitur [11]), omnes causas eius aut amicorum suorum, tam [12]) illorum qui cum ipso pergent [13]), quam qui ad proprias eorum [14]) resedent [15]), vel undecumque ipse legitimo reddebit mittio [16]), in suspenso resedeant, et postea unicuique pro ipsis de repotatis [17]) conditionibus [18]) et iustitiam reddat et ab aliis simili modo [19]) recipiat [20]).

CCCCLVI.

NOTICIA DE IACTIVIS.

Iudicia missorum, comitum, etc.

Notitia qualiter et quibus præsentibus veniens homo

CCCCLV. Exstat h. f. in codd. Paris. A, B, C, Lugd. Bat. B; vulgat. inter Marculf. I, 23. — 1) Paris. B, Lugd. Bat. B, *de causa*. — 2) Paris. B, Lugd. Bat. B, *cognuscat*. — 3) Lugd. Bat. B, *seo*. — 4) Cæteri addunt *illo*. — 5) H. v. deest in Paris. B. — 6) H. v. deest in Lugd. Bat. B. — 7) Paris. C, *omnis caussas*. — 8) Paris. C, Lugd. Bat. B, *ipse;* h. v. deest in Paris. B. — 9) Lugd. Bat. B, *decernemus*. — 10) Lugd. Bat. B, *iobemus*. — 11) Lugd. Bat. B, *revertetur*. — 12) H. v. deest in Paris. C. — 13) Paris. B, *pergunt*. — 14) Paris. B, *ad propria*. — 15) Paris. C, *resedeant;* Lugd. Bat. B, *resederint*. — 16) Lugd. Bat. B, *mithio*. — 17) Paris. B, *reputatis*. — 18) Lugd. Bat. B, *condiccionibus*. — 19) Paris. B, *similem modum*. — 20) Paris. C, Lugd. Bat. B, *veritate percipiat*.

CCCCLVI. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. in Append. ad Marculf. nº 22.

Digitized by Google

Iudicia missorum, comitum, etc.

alicus, nomine illo, in pago illo, in loco que dicitur ille, in mallo publico, ante vir illo comite vel reliquis quamplures bonis hominibus qui subter firmaverunt, repetebat dum diceret eo quod homine alico, nomine illo, ante ipso comite aframitum habuisset. A co placitum venit ipse ille, placito suo custodebat, et nec ipse ille ad eum placitum venit, nec misso in vicem suam direxit quia ulla sonia nuntiasset, et placito suo neglexit, et iactivos exinde remansit.

Id sunt quibus præsentibus fuerunt.

CCCCLVII.

[*Sine rubrica.*]

Noticia solsadii, qualiter vel quibus presentibus illi homo placetum suum adtendit, Andecavis civetate, kalendas illas, per iudicio inlustri illo comite vel auditores suis, hac contra hominis, his nominibus illus et illus, vel genetrici eorum, nomen illa, una cum abunculo eorum illo, dum dicerit quasi aliqua femena, nomen illa, genetore eorum, nomen illo, per maleficio eum interfecisset *a*). Qui ipsi iam superius nomenati placitum eorum legebus a mane usque ad vesperum visi fuerunt custodisse; nam ipsa femena nec ad placetum advenit, nec misso in persona sua direxit, qui sonia redebuissit. Propterea necesse

CCCCLVII. Exstat h. f. in cod. Fuldensi; vulgat. inter Andegav. nº 12.

a) Le commencement de cette formule est très-obscur. On croirait au premier abord qu'il n'y a qu'un *seul* accusateur et *plusieurs* accusés, tandis qu'en réalité il y a *plusieurs* accusateurs et une *seule* accusée. Cela tient sans doute à ce que l'auteur de cette formule en avait commencé la rédaction dans les termes des protocoles ordinaires, sans prendre garde à l'espèce particulière du jugement qui lui servait de modèle, et dont il a reproduit les principales dispositions.

Digitized by Google

fuerit predictis hominibus ut hanc noticia bonorum hominum manibus roboratas prosequere deberent, qualiter et visi sunt fecisse.

Iudicia missorum, comitum, etc.

CCCCLVIII.

IUDITIUM EVINDICATUM DE COLONO.

Cum resedissent venerabilis ille abba et inlustris viri illi in villa illa, in pago illo, ubi ille comis esse videtur, per iussionem domno et glorioso illo rege, ad universorum causas audiendum vel recta iuditia, in Dei nomine, terminandum, ibique veniens ille avocatus monasterii illius vel illius abbatis homine alico, nomine illo, interpellabat. Repetebat ei dum diceret eo quod legitimo colonitio partibus monasterii sancti illius vel illius abbatis ad villa illa de parte genetrice sua redeberet, et negligens et iectivus exinde adesset. Sed ipse homo de præsente adstabat, et ipsa causa nullatenus potuit denegare, et ad ipsum colonitium sibi recognovit, et per manibus ipsum hominem ipsius abbatis reddidit. Proinde taliter ab ipsis missis dominicis vel illo comite seu et ab ipsis rachimburgis ipsius avocato in causa sancti illius vel ipsius abbatis pro firmitatis studium fuit iudicatum, ut, dum ipsa causa taliter fuit inventa et legibus definita, ut tale iuditio evindicato exinde accipere deberet, quod ita et fecit, ut omni tempore ad ipsum colonitium sancti illius ad villa illa illo habeat evindicatum, et sit in postmodum inter eos ex ac re subita *a*) causatio.

Datum in minse illo, in anno illo.

CCCCLVIII. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. in Append. ad Marculf. n° 4.

a) Le mot *subita* se lit dans une des formules précédentes (n° CCCCLIV) et dans plusieurs de celles qui suivent. Lindenbrog et

Digitized by Google

CCCCLIX.

NOTITIA DE COLONITIO.

Iudicia missorum, comitum, etc.

Notitia qualiter et quibus præsentibus veniens homo alicus, nomine illo, in pago illo, in mallo publico, ante vir illo comite vel reliquis quampluris bonis hominibus qui subter firmaverunt, homine alico, nomine illo, ibidem interpellabat. Repetebat ei eo quod genitor suos aut genetrix sua illa coloni sui fuissent, et ipse ille suos colonus esse debebat, et mala ordine de ipso colonatico sibi abstrahebat et neglegens erat. Interrogatum fuit ab ipsis viris ipsius si ipse ille colonis ipsius lue esse debebat, anon, in præsenti ei dicere deberet. Et ipse ille nullatenus potuit dicere nec adponere nec nulla ratione tradere, per quid ipse de ipso colonatico se abstrahere potuisset, et in præsente pro colono ipsius lue sibi recredidit vel recognovit. Sic ab ipsis viris fuit iudicatum ut ipse ille ipso illo pro colono habere debeat, et si[c] iam dictis comis ipso illo per manibus partibus lue visus est reddidisset.

His præsentibus.

CCCCLIX. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. in Append. ad Marculf. nº 32.

Baluze l'ont constamment remplacé par le mot *sublata*, sans même avertir le lecteur de cette correction, et sans lui en indiquer les motifs. Il me semble impossible de suivre ces deux savants en présence de l'unanimité des manuscrits, et je préfère adopter l'opinion des continuateurs de Du Cange, qui n'ont vu dans *subita* qu'une corruption de *sopita*. Cf. Du Cange, *Glossarium*, vº SUBITUS.

Digitized by Google

CCCCLX.

NOTICIA DE MANCIPIA.

(e cod. Paris. E.)

Cum resedisset ille vigarius inluster vir illo comite in illo mallo publico, una cum ipsis scabinos qui in ipsum mallum resedebat, ad causas audiendas vel recta iudicia terminanda, ibique veniens monachus sancto illo vel illo abbate, nomine illi, de illo monastêrio, una cum avocato sancto illo, nomine illo, femina aliqua, nomine illa, interpellabat. Repetebat ea dum diceret eo quod cavalis esset sancto illo de curte sua, quæ dicitur illa, de parte avia sua, nomine illa, quondam, et ipsa illa et de ipso servicio sancto illo neglegens aderat. Sed ipsa femina de præsente adstare videbatur, et nullatenus habuit quod dicere nec opponere nec tra-

CCCCLX bis.

NOTITIA.

(e cod. Vatic. A.)

Cum resedisset ille vicarius inlustris viri illius comitis in mallo publico, una cum ipsis escabinis qui ibidem resedebant, ad universorum causas audiendas vel recta iudicia terminanda, ibique veniens monachus sancti illius de illo monasterio, una cum avocato sancti illius, feminam aliquam, nomine illa, interpellabat. Repetebat ei dum diceret eo quod capalis esset sancti illius de villa sua, que dicitur illa, de parte avia sua, nomine illa, quondam, et de ipso servicio sancti illius neglegens aderat malo ordine. Sed ipsa femina præsens adesse videbatur, et nullatenus habuit quod dicere vel opponere nec redere rationem,

Iudicia missorum, comitum, etc.

CCCCLX. Exstat h. f. in codd. Paris. E, Vatic. A; vulgat. inter Bignon. nº 6; sed ob plurimas inter utrumque discrepantias textum cod. Vatic. A e regione textus cod. Paris. E recudendum curavi.

Digitized by Google

Iudicia missorum, comitum, etc.

dere raciones, per quem se de ipso servicio sancto illo se abstraere potuisset. Sic ei in præsente fuit iudicatum ut ipso servicio sancto illo, unde neglegens aderat, ipso avocato sancto illo revuadiare debet, quod ita et fecit, et sibi ad ipso servicio sancto illo ibi se in præsente recredidit. Exinde oportunum fuit ipsos monachos sancto illo vel ipso avocato sancto illo, nomine illo, tale noticia ante ipsos personas, qui in ipso mallo resedebant, manus earum roboratas accipere deberent, quod ita et fecit, ut omni tempore ipse avocatus vel casa sancta illo vel illo abbate vel successores sui ipsa femina superius nominata vel agnacione sua ad opus sancto illo habeat evindicata adque elidiata.

Præsentibus his, quorum præsentia actum fuit.

Facta noticia in loco illo, publiciter.

per quem de ipso servicio sancti illius abstrahere potuisset. Et sic ei in præsente fuit iudicatum ut ipso servicio sancti illo, unde negle[ge]ns erat, ipsi avocato sancti illo revuadiare deberet, quod ita et fecit, et sic ab ipso servicio sancti illius ipso in præsente non credidit. Propterea oportunum fuit ipsi monacho sancti illius vel ipsi avocato, nomine illo, ut talem notitiam ante ipsas personas, qui in ipso mallo resedebant, manus eorum roboratas exinde accipere deberet, quod ita et fecit, ut post hanc diem tam ipsa femina quam agnatio sua habeant evindicata atque ad ipsum monasterium eligata.

Digitized by Google

CCCCLXI.

NOTITIA DE TERRA EVINDICATA.

Notitia qualiter vel quibus præsentibus veniens venerabilis vir ille abbas de monasterio illo, die illo, in illo loco, ante inlustribus viris magnificis illis et illis, missis domno et gloriosissimo illo rege, vel aliis quamplures qui subter firmaverunt, quorum nomina subter tenentur inserta, homine alico, nomine illo, interpellabat. Repetebat ei eo quod illa terra, quem apud homine illo concambiavit, qui est in pago illo, in grafia illa, in loco qui vocatur ille, post se malo ordine retineret iniuste. Et ipse homo in præsente adstabat, et ac causa nullatenus potuit denegare nec tradere rationes, per quem ipsa terra habere debeat. Sic ipsius homine fuit iudicatum ut ipsa terra ante ipsos missos dominicos secundum suam legem ipsius venerabile viro illo abbate reddere vel revestire deberet, quod ita in præsente et fecit. Propterea iubemus ut, dum ac causa sic acta vel perpetrata esse cognovimus, ut ipsa terra ipse abbas habeat evindicata atque elidiata, et sit in postmodum ex hac re omnique tempore subita causatio.

Iudicia missorum, comitum, etc.

Datum ibi, sub die illo, anno illo, regnante domno nostro illo glorioso rege.

CCCCLXII.

ITEM NO[TI]TIA.

Notitia qualiter veniens homo aliquus, nomine ille, in mallo illo, ante illum vicarium vel reliquos bonos homi-

CCCCLXI. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. in Append. ad Marculf. n°7.

CCCCLXII. Exstat h. f. in cod. Vatic. A; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

Iudicia missorum, comitum, etc.

nes, qui ibidem aderant in eorum præsentia, ibique veniens homo aliquus, nomine ille, hominem aliquem, nomine illum, visus fuit interpellasse. Repetebat adversus eum dum diceret eo quod campum suum, in loco nuncupante illo, in pago illo, in centena illa, male ordine supersedebat vel recontendebat iniuste. Sed ipse ille præsens aderat. Interrogatum fuit ab ipsis viris quid contra hoc dicere vellebat, si sic erat veritas, an non. Sed ipse ille in præsente nullatenus potebat responsum dare, per quem sibi de ipso campo legibus saciret aut in antea sacire deberet, sed ipse in præsente professus apparuit. Dum taliter agitur, iudicatum fuit ipso illo ut secundum legem per vuadium suum apud solidos triginta prædicto illo de ipso campo legibus revestisset, quod ita et fecit. Proinde oportunum fuit ipsi illo ut talem notitiam bonorum hominum [et] ipsius vicarii manus firmatas exinde accipere deberet, quod ita et fecit.

CCCCLXIII.

CAUTIONE DE CLAVIS.

Dum et per pluribus hominibus est patefactum qualiter, in Dei nomine, ille veniens in placita ante quambonis vel quampluris bonis hominibus adversus hominem, nomine illo, repetebat ei dum diceret eo quod cellaria vel camara et granica, quicquid in ea habuit reposita, hoc est aurum, argentum, drapalia, arma, vinum, anona vel vitalia sua, per suas claves commendasset ad custodiendum vel ad salvandum, et ipsam rem in naufragium vel in damnum posuit. Sed ipsi illi de præsente adstabat, et hac causa nullatenus potuit denegare; sed taliter ei fuit pro-

CCCCLXIII. Exstat h. f. in cod. Paris. E; vulgat. inter Bignon. nº 13.

Digitized by Google

fessus quot ipsam rem superius denominatam per suum neglectum et per suo facimus fuit perduta vel naurata *a*). Tunc taliter ei iudicaverunt ut ipsam rem ei transsolvere vel emendare deberet. Sed ipsi illi nullatenus habuit unde ipsam rem transsolvere vel emendare deberet. Sed taliter ei fuit iudicatum ut tale caucione de caput suum, manu sua vel bonorum hominum firmata, ei fieri vel conscribere rogasset, quod ita et fecit, ut dum ipsam rem non habui precium unde transsolvere vel emendare debuissem, ut, quamdiu advivam, in servicio publico, quem mihi iniungitis, vobis deservire debeam, et si neglegtens aut tardus de ipso servicio aparuero, qualecumque disciplina alios servos tuos inpendis, talem super me potestatem habeas ad faciendum. Et si fuerit, aut ego ipsi, aut ullus de meis heredes, qui contra hanc cautionem istam venire aut reclamare.....

Iudicia missorum, comitum, etc.

CCCCLXIV.

CAUTIO DE INFRACTURIS.

Contigit quod cellarium vel spicarium vestrum infregi,

CCCCLXIV. Hanc formulam vulgavit Fr. Pithœus in *Glossario ad legem Salicam*, tit. 60, nescio cujus codicis ope; recusa est inter Bignonianas, nº 26.

a) On lit à la marge du manuscrit, de la main de P. Daniel, les mots *non curata*, qu'il proposait de substituer au mot *naurata*. De son côté, Baluze a imprimé *naufragata*, sans ajouter aucune observation. Ces deux corrections me semblent également inutiles. L'adjectif *nauratus* est bien un dérivé ou plutôt un contracte de *naufragatus*; mais il avait acquis droit de cité dans la basse latinité, et il a formé le verbe provençal *nafrar* et le verbe français *navrer*. Ce dernier, qui n'est plus employé qu'au figuré, se rencontre fréquemment dans les textes du moyen âge avec le sens propre de *blesser*, *faire une plaie, causer un dommage*. Cf. Du Cange, *Glossarium*, vº NAURATUS; *Dictionnaire de l'Académie française*, vº NAVRER.

Digitized by Google

Iudicia missorum, comitum, etc.

et exinde annonam vel aliam raupam in solidos tantum furavi. Dum et vos et advocatus vester exinde ante illum comitem interpellare fecisti, et ego hanc causam nullatenus potui denegare, sic ab ipsis racinburgiis [fuit] iudicatum ut per vuadium meum eam contra vos, hoc est [solidos tantos], componere atque satisfacere debeam. Sed dum ipsos solidos minime habui unde transsolvere debeam, sic mihi aptificavit ut brachium in collum posui, et per comam capitis mei coram præsentibus hominibus tradere feci : in ea ratione ut interim quod ipsos solidos vestros reddere potuero, et servitium vestrum et opera qualecumque vos vel iuniores vestri iniunxeritis, facere et adimplere debeam; et si exinde negligens vel iactivus apparuero, spondeo me contra vos ut talem disciplinam supra dorsum meum facere iubeatis, quam super reliquos servos vestros.

CCCCLXV.

SI QUANDO MASCULUS ET FEMINA PARITER RAPTUM CONSENSERINT, INFRA QUINQUENNIUM [1]) LITIGETUR [2]).

Notitia sub quorum [3]) præsentia ubi [4]) veniens ille ante illum vel eos [5]) qui subter tenentur inserti [6]), ibique [7]) accusabat aliquem hominem [8]), nomine illum [9]), eo quod aliquam feminam, nomine [10]) illam, iam anno expleto sine diffinitione parentum [11]), vel sine eius clamore aut [12]) vociferatione, eam volentem [13]) rapuisset, atque in coniugio

CCCCLXV. Exstat h. f. in codd. Keller, Paris. B, C, D; vulgat. inter Sirmond. nº 32. — 1) Paris. C, *quinquennio*. — 2) H. v. deest in Paris. C. — 3) Paris. B, *eorum*. — 4) Paris. B, *hubi;* Paris. D, *ubique*. — 5) Paris. C, *vel ante illum*. — 6) Paris. D, *qui firmaverunt*. — 7) Paris. C, *ibi*. — 8) Cæteri, *aliquo homine*. — 9) Cæteri, *illo*. — 10) Paris. B, *nomen*. — 11) H. v. deest in Paris. B. — 12) Verba *clamore aut* desunt in Paris. C. — 13) Paris.

Digitized by Google

sibi malo ordine contra legem et iustitiam sociasset. Qui iam dictus ille et præfata illa hoc denegare non potuerunt [14]), sed in omnibus taliter fuerunt professi quod ambo pariter consentientes sic apud eosdem [15]) actum vel [16]) perpetratum fuerat. Tunc ipsi viri, qui ibidem aderant, tale dederunt iudicium, [ut] [17]) secundum legem romanam pro hac culpa ambo pariter vitæ periculum incurrissent [18]). Sed intervenientibus bonis hominibus [19]) taliter eis convenit ut iam dicti homines pro redemptione vitæ eorum vuadios [20]) suos iam dicto illo unusquis [21]) pro soledis tantis [22]) dare deberent, quod ita et fecerunt, et hoc placitum institutum, quod evenit tunc temporis [23]), hoc debeant desolvere [24]). Unde et fideiussorem [25]) pro ipsis solidis [26]) aliquem hominem illum [27]) obligaverunt. Propterea necesse fuit ipsius [28]) ut hanc notitiam exinde accipere deberet, quod ita et fecit, ut, si necessitas evenerit, omnibus sit manifestum qualiter supradicti homines infra quinquennium ab hoc scelere [29]) convicti vel conprobati apparuerunt.

Iudicia missorum, comitum, etc.

CCCCLXVI.

SECURITAS.

Non minima, sed maxima verteretur discordia inter illo et illo. Venientes in loco illo, ante bonis hominibus, repe-

B, *violenter*. — 14) Paris. C, *potuerit*. — 15) Paris. B, D, *ab eisdem*. — 16) Verba *actum vel* desunt in Paris. B. — 17) H. v. e cæteris supplevi. — 18) Cæteri addunt *vel sententiam mortis ob hoc scelus excepissent*. — 19) Paris. B, *intervenientes bonis homines*. — 20) Paris. C, *gladios*. — 21) Paris. D, *unusquisque*. — 22) Paris. C, D, *solidos tantos*. — 23) Paris. C, D, *tunc tempore*; Paris. B, *tempore illo*. — 24) Paris. B, *debeant solvere*. — 25) Paris. C, *fidiosorem*. — 26) Paris. B, C, *ipsos solidos*. — 27) Cæteri, *aliquo homine, nomine illo*. — 28) Paris. C, *ipsos*. — 29) Paris. B, *solvere*.

CCCCLXVI. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. in Append. ad Marculf. nº 51.

Digitized by Google

Iudicia missorum, comitum, etc.

debat ipse ille in causa sua vel in coniugia sua illa adversus ipsius lue, dum diceret eo quod ipsa genua sua inpinxit, et super filia eorum, nomine illa, cessisset, et ipsa ibidem occisit. Sed ipsa illa hac causa minime potuit denegare. Exinde taliter ad ipsos bonis hominibus fuit iudicatum ut illa leodo, cum lex erat, ipsius lue solvere deberet, quod ita in præsente fecit, et servo suo, nomine illo, vel alia rauba sua ipsa illa pro illa leodi ipsius lue vel coniuge sua illa, in quod eis bene conplacuit, dedit. Propterea iam dictus ille et coniux sua illo hunc securitate in ipsa illa vel . . . . . fieri et adfirmare rogaverunt, ut nullunquam tempore de iam dicta causa nec de illa morte nec de ipsa leodi nullas calumnias nec repeditionis nec fatigationis, nec nos, nec nullus de heredibus nostris, nec quislibet opposita persona, agere nec generare nec repedire non debeamus. Quod qui adtemptaverit, et ad nos vel heredes nostros defensatum non fuerit, inferamus tibi una cum sotio fisco auri untias tantas, argento pondo tanto esse multando, et præsens securitas omni tempore firma permaneat, stipulatione subnixa.

Actum illo.....

CCCCLXVII.

CARTA DE HOMICIDIO [1]).

Dum et a plerisque [2]) non habetur incognitum qualiter homo quidam [3]), nomine illo, hominem illum [4]) episcopi sive abbatis, nomine illo, instigante diabolo [5]), malo or-

CCCCLXVII. Exstat h. f. in codd. Monac. A, Hafn.; vulgat. a Lindenbrog. nº 124. — [1]) Hafn. *Carta securitatem.* — [2]) Hafn. addit *vel omnibus.* — [3]) Hafn. *aliquis.* — [4]) Hafn. *illius.* — [5]) Hafn. addit *peccatis facientibus.*

Digitized by Google

Iudicia missorum, comitum, etc.

dine interfecit, unde et vite periculum incurrere potuit[6]); sed postquam venit isdem homicida coram ipso pontifice vel coram illo comite seu[7]) magnificis viris, quorum nomina vel signacula[8]) subter tenentur inserta, percunctati sunt ab eo utrum ille homo[9]) hoc homicidium[10]) perpetratum haberet, an non. Isdem vero interim[11]) homo, qui ex hoc inquirebatur, præsens aderat[12]), et hanc causam nullatenus denegabat, sed magis exinde confessus fuit, scilicet quod ipsum[13]) hominem ipsius episcopi vel[14]) abbatis, unde inquirebatur, interfectum habuisset. Hac igitur de causa iudicatum esse[15]) ei ab ipso comite [vel ab ipsis][16]) scabinis pagensibus[17]) loci illius ut illam leudem, quod sunt solidi tanti[18]), per suum vuadium conponere deberet, sicuti[19]) et fecit. Postea vero necesse fuit ipso homini[20]), qui ipsam leudem conponere visus est, ut talem epistolam securitatis per manus eorum firmatam ab ipso pontifice atque[21]) ab ipso comite seu et ab aliis illis locis[22]) pagensibus accipere deberet, ut postmodum[23]) de illo homicidio, quod tunc conponere visus est, securius[24]) valeat residere : ut[25]) si postea aliquis exstiterit quecunquelibet persona, qui ipsum hominem[26]) de hoc homicidio aliquid[27]) remallare voluerit, ipse mox episcopus[28]) vel successores ipsius seu agentes eius, qui hanc conpositionem accipere visi sunt, ipsum hominem contra

— 6) Hafn. *debuit*. — 7) Hafn. addit *quamplures*. — 8) Verba *vel signacula* desunt in Hafn. — 9) H. v. deest in Hafn. — 10) Hafn. *quando diu*. — 11) H. v. deest in Hafn. — 12) Hafn. *adherit*. — 13) H. v. deest in Hafn. — 14) Hafn. addit *illius*. — 15) Hafn. *iudicatus est*. — 16) H. v. e cod. Hafn. supplevi. — 17) Hafn. *pagenses*. — 18) Hafn. *solidos tantos*. — 19) Hafn. *quod ita*. — 20) Hafn. *ut ipsius hominem*. — 21) Hafn. *vel*. — 22) Hafn. *illius loci*. — 23) Hafn. *in postmodum*. — 24) Hafn. *securus*. — 25) Hafn. *et*. — 26) Hafn. *ipso homine*. — 27) H. v. deest in Hafn. — 28) Hafn. *ipse fratres*.

Digitized by Google

Iudicia missorum, comitum, etc.

quemlibet defensare faciant[29]), et si hoc facere non potuerint, restituere cogantur[30]) ei tantum quantum dedit. Denique conplacuit[31]) tam ipso pontifici quam ipsius[32]) comiti seu aliis[33]) magnificis viris ut talem securitatem ipso homini fecissent, sicuti et fecerunt, id est[34]) ut si aliquis postmodum ei de hac conpositione[35]) remallare voluerit, ipse episcopus[36]) vel successores eius sive agentes ipsum hominem de hac causa omnino defensare debeant, aut restituere[37]) ei tantum quantum dedit[38]).

CCCCLXVIII.

NOTICIA DE HOMICIDIO[1]).

Dum et per pluribus[2]) hominibus ponitur in noticia qualiter veniens homo alicus, nomine illi, in contubernium[3]), homine alico, nomine illo, ipsum[4]) ibidem adsallisset, et ipsum ibidem interfecisset vel occidisset[5]); sed venientes parentes et amici ipsui homine interfecto ante inluster vir ille comite interpellabat[6]) ipsum homine, qui eorum parente in contubernium[7]) adpsallisset vel interfecisset. Sed[8]) ipsi illi in præsente adstare videbatur, et hac causa nullatenus potuit denegare, sed taliter fuit professus quod, i[n]stigante inimicum, ipsum hominem in-

— [29]) Hafn. *debeant*. — [30]) Hafn. *debeant*. — [31]) Hafn. *Conplacuit itaque*. — [32]) Hafn. *ipso*. — [33]) Hafn. addit *quamplures*. — [34]) Verba *id est* desunt in Hafn. — [35]) Hafn. *de conpositionis*. — [36]) Hafn. *ipsam epistolam*. — [37]) Hafn. *resistere*. — [38]) Hafn. addit *Actum*.

CCCCLXVIII. Exstat h. f. in codd. Paris. E, Vatic. A*; vulgat. inter Bignon. nº 7. — [1]) In Vatic. A rubrica sic inscribitur : *Iudicio soluto*. — [2]) Vatic. A, *ex pluris*. — [3]) Vatic. A, *in contubernio illo*. — [4]) H. v. deest in Vatic. A. — [5]) Verba *vel occidisset* desunt in Vatic. A. — [6]) Vatic. A, *interrogabant*. — [7]) Verba *in contubernium* desunt in Vatic. A. — [8]) Vatic. A, *Et*.

Digitized by Google

terfecisset vel occidisset[9]). Tunc taliter ei iudicaverunt ut ipsa leude vel ipsum homicidium[10]) ad ipsos parentes legibus transsolvere[11]) deberet, quod ita et fecit. Sed postea in ipso placito[12]) ei fuit iudicatum ut ipsi parentes tale epistola securitate manus eorum vel bonorum hominum firmatas ei[13]) fieri[14]) vel conscribere[15]) deberent, quod ita et fecerunt, ut de post hunc die, nec ipsi illi, nec ullus de heredes eorum[16]), nec nullus in causa ipsorum[17]), nec nulla opposita[18]) persona, de præfata morte illui[19]) condam, nec de ipsum homicidium[20]), nec de ipsa leode, nulla remalatione nec nullum inpedimentum[21]) pontificium non habeant ad faciendum. Qui[22]) hoc facere voluerit, ipsos solidos per manibus reddat, et ob hoc solidos[23]) una cum fisco discutiente multa[24]) conponat, et qui repetit nihil evindicet.

Iudicia missorum, comitum, etc.

CCCCLXIX.

SECURITATE DE HOMICIDIO.

Cum resedisset inluster vir ille comes in illo mallo publico ad universorum causas audiendas vel recta iudicia terminanda, ibique veniens homo alicus, nomine illo, repetebat ei dum diceret eo quod ipsi illi homine suo, homine illo, quondam, ipsi illi bene ingenuus in via malo

— [9]) Verba *vel occidisset* desunt in Vatic. A. — [10]) Verba *vel ipsum homicidium* desunt in Vatic. A. — [11]) Vatic. A, *revuadiare*. — [12]) Vatic. A addit *ab ipsis viris racineburgis*. — [13]) Vatic. A addit *exinde*. — [14]) Vatic. A, *facere*. — [15]) Verba *vel conscribere*. desunt in Vatic. A. — [16]) Vatic. A, *de heredibus*. — [17]) Verba *nec nullus in causa ipsorum* desunt in Vatic. A. — [18]) Vatic. A, *extranea*. — [19]) Vatic. A, *ei*. — [20]) Verba *nec de ipsum homicidium* desunt in Vatic. A. — [21]) Vatic. A, *nec nulla repetitione*. — [22]) Vatic. A, *Et qui*. — [23]) Vatic. A addit *centum*. — [24]) Vatic. A, *coactus*.

CCCCLXIX. Exstat h. f. in cod. Paris, E; vulgat. inter Bignon. n° 8.

Digitized by Google

Iudicia missorum, comitum, etc.

ordine ipsum adsallisset, et ipsum ibidem interfecisset vel occidisset, et rauba sua, caballus, aurum et argentum et drapalia exinde tulisset vel deportasset, vel leode contra legem ibi burisset. Sed ipsi illi de præsente adstare videbatur, et hac causa nullatenus potuit denegare, sed taliter fuit professus quod, faciente inimicum, ipsum hominem occidisset vel interfecisset. Sed taliter in ipso mallo ei iudicaverunt ut ipsum hominem vel ipsa leode legibus exinde tra[n]ssolvere deberet, quod ita et fecit. Sed postea apud ipso garafione vel apud ipsos bonos hominibus, qui in ipsum mallum resedebant, [ei fuit iudicatum ut epistolam securitatis] manus eorum firmatas accipere deberet, quod ita et fecit, ut de post hunc die, nec ipsi illi, nec nullus de heredibus suis, nec nullus in causa ipsorum homine interfecto quondam, nec nulla oposita persona, de præsente die, de ipsa morte illui, nec de ipsum homicidium, nec de ipsa leode, contra ipso illo nulla remalacione nec nulla reclamacione nec nullum inpedimentum pontificium non habeat ad faciendum, et qui hoc facere præsumserit, duplum tantum quantum ipsa leodis continet partibus cui hec facta est, una cum socio fisco, coactus multa conponat, et qui repetit.....

CCCCLXX.

SECURITAS.

Non minima, sed maxima vertetur discordia inter illos et illos. Venientes ante illo et illo, repedivit ipse ille adversus ipsius lui eo quod genitore suo aut germano suo illo mala ordine interfecisset. Interrogatum fuit ad ipsos

CCCCLXX. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. in Append. ad Marculf. nº 23.

Digitized by Google

viros ipsius lui se hac causa hacta vel perpetrata fuisset, anon; sed ipse in præsente edicere deberet. Sed ipse ille hanc causam minime potuit denegare. Sic ab ipsis viris fuit iudicatum ut illa leodem, [ut] lex erat, desolvere deberet, quod ita in præsente et fecit. Et ego hanc securitate in ipso illo fieri et adfirmare rogavi, ut nullunquam tempore de iam dicta morte, nec de ipsa leude, nec ego ipse, nec ullus de heredibus meis, nec quislibet ullas calumnias nec repeditionis agere nec repedire non debeamus. Quod qui adtemptaverimus, nullum obteneat effectum, et insuper inferamus tibi, una cum sotio fisco, auri untias tantas esse multando, et præsens securitas omni tempore firma permaneat.

Iudicia missorum, comitum, etc.

CCCCLXXI.

NOTITIA DE HOMICIDIO.

Cum resedisset inlustris vir ille comis mallo illo cum pluris bonis hominibus, quæ ibidem aderant in eorum præsentia, ibique veniens homo aliquis, nomine illo, homine aliquo, nomine illo, visus fuit interpellasse. Repetebat adversus eum dum diceret eo quod servum suum, nomine illo, in via adsallisset, et per suam fortiam eum interfecisset. Sed ipse ille præsens aderat. Interrogatum ei fuit ab ipsis viris quid contra hoc dicere vellebat, si sic erat veritas, an non. Sed ipse in præsente hac causa nullatenus potebat denegare, sed sic in præsente professus vel probatus apparuit. Dum taliter agitur.....

CCCCLXXI. Exstat h. f. in cod. Vatic. A; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

CCCCLXXII.

NOTITIA DE SERVO.

Iudicia missorum, comitum, etc.

Notitia qualiter vel quibus præsentibus veniens ille in causa monasterio sancti illius, civitatis illius pontifici, ad vicem venerabile viro illo abbate de prædicto monasterio, die illo, illius civitatis in mallo publico, ante inluster viro illo comite et ante illo episcopo vel aliis plures magnificis viris, qui ibidem resedebant, homine alico, nomen illo, ibidem interpellabat. Dixit eo quod servus monasterii sancti illius de capud suum aderat, et colonus ipsius sancti illius, nomine illo, de Franco homine conparasset, et malo ordine ipso servitio partibus monasterii sancti illius effugibat vel intendebat. Interrogatum fuit ipsius servo se ipsa causa vera erat, anon. Sed ipsi servus in omnibus hoc fortiter denegavit, et ipse abba vel suus avocatus contra prædicto servo intendebant, et taliter dixerunt quod testimonia homines Francos præsentare potebant, qui hic adstabant, quod ipse colonus ipso conparaverat, et in suum servitium eum viderant deservire, et per lege servus sancti illo esse debet. Et ipsa ora ipse abba vel ipse avocatus sua testimonia hominis septem, his nominibus illo et illo, adcharmerunt, ut in crastinum die illos ibidem præsentare deberent, quod ita et fecerunt. Et ipsi homines sic testimoniaverunt quod per lege servus sancti illius aderat debitus, et quomodo hoc testimoniaverunt super altario sancti illius, in illa capella, que est in curte fisci, ubi reliqua sacramenta soluta sunt, iurati dixerunt. Denuo ipsius servo fuit interrogatum si ipsa causa reco-

CCCCLXXII. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. in Append. ad Marculf. nº 3.

Digitized by Google

gnoscebat, si sic erat veritas; sed ipse servus in omnibus ac causa recognovit, et ad servitium sibi reversus fuit, et ipse abba per iuditium ad ipsas personas per iussionem illius comite de manu illius vicario exceptum ibidem pro servo sancti illius evindicabat.

Iudicia missorum, comitum, etc.

His præsentibus.

CCCCLXXIII.

INCIPIT NOTICIA, QUEM HOMENEM IN CAUSA SUA REPELLAVIT.

Noticia qualiter veniens illi, Andecavis civetate, ante venerabile vir illo abbati vel reliquis quemplures bonis hominibus qui cum ipsi aderunt, cuius nomina vel scripcionibus adque signaculum subter teniuntur inserta, interpellavit alicus hominis, his nominibus illus et illus, dum dicerit quasi vinia sua, in loco noncupante illo, male ordine pervasissit. Quia ipse illi et illi taliter [dederunt] in respunso quod autore habebant legitimo, nomen illo, maiore, quia ipsa vinia ad eos dedissi[t]. Sic ab ipsis viris illi fuit denonciatum ut die illo, Andecavis civetate, ipso illo in autericio presentare deberit; se hoc non facebat, cum legis beneficio ipso illo de ipsa vinia revestire deberet.

Actum.

§ 2. *Incipit noticia.*

Noticia qualiter veniens illi, Andecavis civetate, die illo, in regionis quod ficit minsus illi, dies tantus, placitum suum adtendedit æc contra alicus homines, his nominibus illus et illus, unde ante os dies in racionis fuerunt pro

CCCCLXXIII. Exstat h. f. in cod. Fuldensi; vulgat. inter Andegav. nos 46, 52.

Digitized by Google

Iudicia missorum, comitum, etc.

vinia sua, in loco qui dicitur illo, unde et autore, nomen illo, spoponderunt presentare, [qui] ipsa vinia eis consignasit. Sed veniens in eo placito illi de manum usque ad vesperum placitum suum legibus costodivit et solsadivit; nam illi et illi ibidem fuerunt, et hoc quod espoponderunt menime potuerunt adimplire. Propteria necessarium ipsius illo ut hanc noticia manibus bonorum hominum exinde accipere deberit, quod ita et fecit, ut in postmodum quicquid lex inter eos declarat attendere debiat.

CCCCLXXIV.

EVINDICATE IUDICIO VIRO INLUSTRO.

Vir inluster comis ille. [Cum] in pago illo resedissem, in villa illa, cum iudicibus et reginburgis et aliis populis multis ad discendum iudicium, ad presentem nostram veniens homo iste, nomine illo, [repetebat] ei [dum diceret quod] per malo ordine res suas tulisset. Et nos hanc causam per vicinos eorum diligenter adquisivimus, per fideiussores positos et sacramentum iurata. Et ipsi dixerunt nobis innotuisset causam. Et ille alter expressus iudicio non potuit denegare, et nullam potuit reddere racionem, et per suum vuadium ad nostram presentiam eum revestivit. Et cum se recognovisset in omnibus exuatum, definito iudicio, iste alter, qui contra illum habuit racionem, secundum legem Alamannorum vestitu manu in palacio nostro reversus est in propria. Et si[c] illa causa, que ante nos fuit diiudicata, et iudicibus nostris vel reginburgis nostris vel iudicibus constitutis et aliis pagensis plurimis ibidem sistentibus, hoc sunt illi et illi. Qui hoc

CCCCLXXIV. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, nº 21.

Digitized by Google

inquietant, solvant in publico solidos sexaginta, et duplam repetitionem apud quem habuit racionem, et quod iterum repetit non prevaleat evindicare.

Iudicia missorum, comitum, etc.

Sig. testium septem ibidem adsistentium, ubi istum iudicium fuit definitum.

Sig. comitis illius et iudicibus, quorum ista continentia definita sint.

CCCCLXXV.

IN NOTICIA.

Sciant qui voluerint, immo qui opus habuerint, quod quædam loca illo quondam comite, quorum nomina sunt N., a possessoribus aut potius invasoribus eorum, qui vocantur N., per malum [1]) requisita sunt. Qui dum pertinacissime obstitissent et se nulla ratione ea se reddituros illi firmarent, perducta est causa in noticiam missorum principalium, qui, convocatis undique civibus, iuramento præmisso et fide data, compulerunt eos ut, omni simulatione vel generis propinquitate seu personarum acceptione postposita, veritatem ita proferrent, sicut in conspectu ipsius imperatoris facere deberent. Tunc ille et ille de villa N. et ille et ille de vico N. testificati sunt quod supradicta loca, quæ ille a supradictis hominibus repeteret, ab antiquis temporibus in potestate progenitorum eius fuissent, et ab ipsis in beneficium supradictis hominibus concederentur, quod ob incuriam et alias occupationes oblivioni traderetur. Cumque hoc antedicti invasores negare voluissent, nec omnino potuissent, coacti sunt a iudicibus denominato heredi possessiones ipsas cum omnibus ad eas pertinentibus ex integro restituere. Qui victi atque con-

CCCCLXXV. Exstat h. f. in cod. Rhenaug. A; eam vulgavit Friedrich von Wyss in *Alamannische Formeln und Briefe*, nº 10. — [1]) Corr. *mallum*.

Digitized by Google

Iudicia missorum, comitum, etc.

fusi cœperunt eius misericordiam implorare, ne eos penitus earundem rerum redderet extraneos, sed iuxta voluntatem suam quæ vellet iuri suo subigeret, quæ autem dictante clementia decerneret illis concedere dignaretur. Faventibus autem eis et his qui ad concilium venerant, recepit et[2]) eisdem locis in potestatem suam villam illam et illam; reliqua vero, quorum nominata[3]) sunt N., illis et successoribus eorum in ævum possidenda concessit, ita ut nec ipsi nec successores eorum ab ipso vel a successoribus eius aliquam pro hoc ultra inquietudinem patiantur.

Actum in loco, qui dicitur...

Scribe quamplures volueris et subscribe : Ego itaque S. m. S. G. *a*) scripsi, notavi diem dominicam, IX kal. novembris, annum IV imperatoris domini Caroli *b*), sub comite.....

CCCCLXXVI.

NOTICIA.

[Not]um sit omnibus, tam presentibus quam et futu[ris, qua]liter ille comis, placito habito, divestivit illum [de prop]rio alode propter crimen incesti. Postquam autem [ille et] ille comis, missi dominici, in illas partes convenissent [ad iussionem] domni imperatoris explendam et iusta iudicia [termin]anda, reclamavit se predictus ille

— 2) Corr. *ex.* — 3) Corr. *nomina.*

CCCCLXXVI. Exstat h. f. in cod. Argentinensi; eam vulgavi in *Formules de Strasbourg*, n° 14: sed majorem ejusdem partem jam Fr. Pithœus exscripserat in *Glossario ad libros Capitularium*, v° Reclamare.

a) Il faut vraisemblablement interpréter ces abréviations de la manière suivante : *S. monachus Sancti Galli.*

b) Cette date correspond au 24 octobre 885.

Digitized by Google

quod iniusto iudicio propriis rebus caruisset, et eum predictus [comes malo] ordine propriis rebus disvestisset. Tunc predicti mis[si iusse]runt homines ter hoc testimoniare quod ver[itatem super] predicta scirent. Tunc illi, sacramento facto [et fide] data, dixerunt quod legibus hoc [non] factum fuisset. [Tunc] predicti missi iudicaverunt eius iussione imper[atoris] quod pro tali incesto non debuisset proprias res perdere, et reddiderunt ei predictas res pro proprio.

Iudicia missorum, comitum, etc.

Hi sunt autem, qui hoc testificantur.

CCCCLXXVII.

NO[TI]TIA DE SERVO, QUEM COLO[NUS] COMPARAT.

Notitia qualiter vel quibus præsentibus veniens magnificus vir ille, die illo, in illa civitate, in mallo publico, ante inluster viro illo comite et ante apostolico viro illo vel præsente quamplures viris venerabilibus racimburgis, qui ibidem ad universorum causas audiendum vel recta, in Dei nomine, iudicia terminandum resedebant vel adstabant, quorum nomina subter tenentur adnexa, homine alico, nomen illo, interpellabat. Dixit eo quod servus ad colono suo, nomen illo, de capud suum aderat, et vinditionem habebat quomodo ipse colonus ipsum comparaverat, et ipsa vinditione ibidem ostendebat ad relegendum. Relecta epistola, sic ipsi viri ipsius interrogaverunt si aliquid contra ipsa carta dicere vellebat, vel sic eam agnoscebat, anon. Sed ipse servus ipsa carta vera et legitima recognovit. Sic ipsi viri tale decreverunt iuditio ut ipse ille ipsum ad servitium recipere deberet, quod ita

CCCCLXXVII. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. in Append. ad Marculf. nº 6.

Digitized by Google

Iudicia missorum, comitum, etc.

et fecit, et per manu vicario per iussionem inlustri viro illo comite et per iuditium ad ipsas personas præsentaliter recepit. His præsentibus.

Datum ibi, sub die illo.

CCCCLXXVIII.

NOTITIA DE ALODE EVINDICATO.

Notitia qualiter vel in quorum præsentia veniens ille, die illo, in loco nuncupante illo, ante illum iudicem vel reliquis viris, qui ibidem aderant vel subter firmaverunt, ibique interpellabat aliquem hominem, nomine illum, eo quod alode, qui fuerat genitori suo, nomine illo, in loco nuncupante illo, post se malo ordine retineret, vel ei contradiceret iniuste. Interrogatus [fuit] ipse homo ab ipsis viris si sic erat veritas, an non. Sed ipse iudicium vel breve sacramentorum ibidem ante ipsis viris protulit ad relegendum, qualiter cum ipso homine ante hos dies exinde ante illum iudicem in rationes fuerat, et qualiter ipso alode contra ipsum hominem vel contra germanos suos elitigatum atque evindicatum legibus habebat. Relecto ipso iudicio vel ipso breve sacramentorum, sic ipsi viri ipsum hominem interrogaverunt si aliquid contra ipsum iudicium vel contra ipsum brevem opponere volebat. Sed ipse taliter dixit quod nihil habebat quod contra ipsum opponere deberet, et se in omnibus recognovit quod contra legem ipsum hominem calumniabat, et se exinde omni tempore taciturum esse spopondit. Propterea oportunum fuit ipsius ut hanc notitiam ex hoc accipere deberet, quod ita et fecit.

His præsentibus actum fuit.

CCCCLXXVIII. Exstat h. f. in cod. Keller; vulgat. inter Sirmond. nº 42.

Digitized by Google

CCCCLXXIX.

CARTA SACRAMENTALE.

Indicia missorum, comitum, etc.

Veniens avocatus sancti illius de monasterio illo seu et illo abbate de prædicto monasterio illo, castro illo, in mallo publico, ante inlustre viro illo comite vel aliis quampluris, qui ibidem aderant, interpellabat homine alico, nomen illo. Repetebat ei dum diceret eo quod genitor suus, nomen illo, colonus sancti illius de villa illa fuisset, et ipse colonitio de capud suum ad ipsa casa Dei redebeat, et exinde neglegens aderat. Et ipse in præsente hoc fortiter denegabat, et taliter dedit in suo responso quod de patre Franco fuisset generatus et de matre Franca fuisset natus, unde tale sacramento per suam fistucam visus fuit adhramire. Et taliter ei fuit iudicatum ut ac causa apud proximiores parentes suos, octo de parte genitore suo et quattuor de parte genetricæ suæ, si fermortui non sunt, et, si fermortui sunt, apud duodecim Francos, tales qualem se esse dixit, in illo castro, in basilica sancto illo, ubi reliqua sacramenta percurrunt, in quadraginta noctes, in proximo mallo post banno resiso, hoc debeat coniurare.

CCCCLXXX.

NO[TI]TIA DE COLONA EVINDICATA.

Veniens homo aliquis, nomine illo, avocatus sancti illius de monasterio sancti illius vel illius abbatis de ipso mo-

CCCCLXXIX. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. in Append. ad Marculf. nº 2.

CCCCLXXX. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. in Append. ad Marculf. nº 5.

Digitized by Google

Iudicia missorum, comitum, etc.

nasterio, die illo, in mallo publico, ante inlustre illo viro illo comite vel ante quampluris personis, qui ibidem aderant ad universorum causas audiendum vel recta iudicia, in Dei nomine, terminandum, qui subter firmaverunt, feminam aliquam, nomine illo, ibidem interpellabat. Repetebat ei dum diceret eo quod avus suus, nomine illo, quondam, vel genitor suus ille quondam, coloni sancti illius de villa illa fuissent, et ipsa femina colona esse debebat, et ipso colonitio malo ordine de ipsa casa Dei effugeret. Sic ipsa femina in præsente adstetit, et ab ipsis personis ei interrogatum fuit se ipsa causa esset veritas, anon. Sed ipsa in omnibus fortiter denegavit, et taliter dixit quod avus suus ille quondam nec genitor suus ille quondam coloni sancti illius de villa illa nunquam fuissent, nec ipsa colonitio de capud suum ad ipsa casa Dei sancti illius nunquam redebebat, sed de patre et de matre bene ingenua nata vel procreata fuisset. Sic ab ipsis personis taliter ei fuit iudicatum ut apud duodecim homines parentes suos, octo de patre et quattuor de matre, si fermortui non sunt, et, si fermortui sunt, apud duodecim homines bene Francos Salicos, in ipso mallo, super altario sancti illius, in proximo mallo, quem ipsi comis ibidem teniat, hoc coniurare debeat, quod avus suus ille quondam nec genitor suus ille quondam coloni sancti illius de monasterio illo de villa illa nunquam fuissent, nec ipsa colonitio de capud suum ad ipsa casa Dei non redebeat; et si hoc in eo placito, sicut superius insertum est, coniurare potuerit, de ac causa ducta et secura resedeat; sin autem non potuerit, ad ipsa casa Dei se recognoscere faciat.

Datum ibi.

Digitized by Google

CCCCLXXXI.

NOTICIA.

Iudicia missorum, comitum, etc

Cum resedisset inlustris vir ille comis illo mallo, una cum pluris bonis ominibus racineburgis, qui ibidem aderant in eorum præsentia, ibique veniens homo aliquus, nomine illo, hominem aliquem, nomine illo, visus fuit interpellasse. Repetebat adversus eum dum diceret eo quod servus suus de parte genetoris sui illius esse deberet, et ipse servicio male ordine ipsi illo recontendebat iniuste. Interrogatum fuit quid sibi dicere vellebat, qui ipsi de eo servitio vel litimonio reddebat, an non. Sed ipse de præsente taliter dedit in responsis quod nec servitio nec litimonium nec nullum cavaticum nec ullum obsequium ei reddebat, sed ipse erat bene ingenuus sive Salicus. Dum taliter agitur, iudicatum fuit ipsi illo ut apud duodecim homines Salicus infra noctes quadraginta et duas hoc coniurare deberet, quod ita et fecit. Sed veniens prædictus ille ad eum placitum ante eum comitem vel reliquos racineburgis, ingressus est in basilica sancti illius, manu missa super altare, quicquid iudicatum fuit de hac causa vel [per] suam fistucam abuit aframitum, oc coniuravit vel legibus custodivit, quomodo se contra illum sibi obmalavit. Proinde oportunum fuit ipsi illo ut alio iudicio bonorum hominum vel ipsius comitis manus firmatas exinde accipere deberet, quod ita et fecit.

CCCCLXXXI. Exstat h. f. in cod. Vatic. A; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

CCCCLXXXII.

INCIPIT IUDICIUS.

I niens homo, nomen illi, ante venerabile vir illo ab-
cui .el reliquis viris venerabilibus adque magnificis, quo-
m nomina subter tenuntur inserti, interpellabat aliquo
iomine, nomen illo, quasi servicium ei redeberit. Et illi
taliter de presente aderat, et hoc fortiter denegabat quod
servicium numquam reddebebit. Interrogatum fuit ipsius
illo de sua agnacione, alius homines in suum servicium
habebat, anon; et ipsi illi taliter locutus fuit ut hoc non
redebebat, nam ipsi illi servicium ei non redebebat a[u]t
de agnacione aut de conparato, ut hoc inter se intende-
rent, ut dum ipsi illi alius homines de sua agnacione non
redebebat. Sic visum fuit ipsius abbati vel quibus in ius
aderant, ut ipsi homo aput homines duodecim, mano sua
tredecima, in basileca domne illius, in noctis tantis, con-
iurare deberet quod de annus triginta seu amplius servi-
cium ei nonquam redebibet; se hoc facere potebat, ipsi
illi de hac causa contra ipso illo conpascere deberit; sin
autem nun potuerit, hoc inmendare studiat.

§ 2. *Incipit noticia ad supradicto iudicio.*

Noticia sacramenti qualiter vel quibus præsentibus in-
gressus est illi aput homines tantus ingenuos, super altare
sancti illius, Andecavis civetate, pro eo quod homine,
nomen illo, ipso pro servicium interpellabat ad vicem ge-
netore suo seu et genetrice sua. Iuratus dixit, iuxta quod
iudicius ex hoc loquitur : Per hanc loco sancto et divina

CCCCLXXXII. Exstat h. f. in cod. Fuldensi; vulgat. inter Andegav. nº 10.

Digitized by Google

omnia quod hic aguntur, de annis triginta seu amplius sub ingenuetate nomen resedi; nam et ipsi superius nomenatur servicium non rededi, nec redebio, per reverencia loci.

Iudicia missorum, comitum, etc.

Id sunt quorum præsencia.....

CCCCLXXXIII.

[*Sine rubrica.*] [1])

Dum resederet autem comes ille in mallo suo publico ad universas [2]) causas audiendas vel recta iuditia terminanda [3]), ibique veniens advocatus illius episcopi aliquem hominem, nomine illo, interpellavit [4]), contestans quia secundum legem Salicam esset servus [5]) ipsius ecclesiæ vel ipsius episcopi, simulque adfirmabat qualiter [6]) de ipso servitio neglegens atque iectivus adesse videretur, quod genitor suus vel genitrix sua aut avus suus vel avia sua fecerunt. Sed ipse præfatus vir in præsente adstabat, et hanc causam in omnibus denegabat, quod nec ipsi episcopo nec ipse ecclesiæ Dei secundum legem ullum servitium reddere [7]) deberet, eo quod de parte paterna seu [8]) de materna secundum legem ingenuus esse videretur. Sed ipsi scabini, qui tunc ibidem aderant, taliter ei visi fuerunt iudicasse ut supra noctes quadraginta cum duodecim Francis, sex de parte paterna et sex de materna, in ecclesia illa iurare debuissent, ut de parte paterna [9]) secundum

CCCCLXXXIII. Exstat h. f. in codd. Monac. A, Hafn.; vulgat. a Lindenbrog. nº 169. — [1]) In cod. Hafn. rubrica sic inscribitur : *Iudicium seu notitia.* — [2]) Hafn. *universorum.* — [3]) Hafn. *definienda.* — [4]) Hafn. *interpellabat.* — [5]) Hafn. *dum diceret eo quod de caput suum legibus esset servus.* — [6]) Hafn. *et propter hoc.* — [7]) Hafn. *agere.* — [8]) Hafn. *aut.* — [9]) Hafn. addit *aut de materna.*

Digitized by Google

Iudicia missorum, comitum, etc.

legem Salicam ingenuus esse deberet [10]). Ipsas vero noctes expletas, venientes uterque [11]) ad ecclesiam illam, visus est ipse homo esse iectivus, eo quod non potuit ipsum sacramentum explere, sicut ei fuit diucatum [12]), sed et de ipso servitio unde inquirebatur professus est esse se iectivum atque revictum. Et ipsi scabini, qui hanc causam defienierunt, taliter ei visi fuerunt iudicasse ut ipse comis vel missus ipsius episcopi de ipso homine in præsenti revestire debuisset, quod ita et fecit.

CCCCLXXXIV.

IUDICIUM IUXTA QUOD CAUSA CONTINET.

Veniens ille, die illo, quod fecit mensis ille, dies tantos, in loco nuncupante illo, ante venerabilem virum illum suisque auditoribus vel reliquis viris, qui ibidem aderant vel subter firmaverunt; ibique interpellabat aliquem hominem, nomine illum, dum diceret eo quod hereditatem suam, in loco nuncupante illo, quæ ei erat debita, post se retineret vel ei malo ordine contradiceret iniuste. Interrogatus ille ante ipsos viros taliter dedit in responsis quod ipsam hereditatem, quam ipse contra eum repetebat, genitor suus vel quilibet parens ipsam ei moriens dereliquerat, et de annis triginta inter ipsum et parentes suos, qui ipsam ei dereliquerant, ipsam tenuissent, et secundum legem ei sit debita. Dum sic intenderent, sic ipsi viri memorato homine decreverunt iudicium, ut in noctes tantas, quod evenit die illo, apud homines tantos sua manu tanta in basilica sancti illius, in loco nuncu-

— 10) Hafn. *videretur*. — 11) Hafn. *utique*. — 12) Hafn. *iudicatum*; cætera desunt.

CCCCLXXXIV. Exstat h. f. in cod. Keller; vulgat. inter Sirmond. nos 40, 41.

Digitized by Google

pante illo, taliter debeat coniurare quod ipsam hereditatem, quam ipse homo contra ipsum repetebat, per annos triginta inter ipsum et memoratos parentes suos, qui ipsam hereditatem morientes ei dereliquerant, semper ipsam tenuissent, et per ipsos annos triginta secundum legem plus sit ipsa hereditas ei habendi debita quam ipso homini reddendi; si hoc ad eum placitum coniurare potuerit, ipsam hereditatem absque repetitione ipsius hominis omni tempore habeat elitigatam atque evindicatam; sin autem non potuerit, hoc legibus emendare studeat.

Iudicia missorum, comitum, etc.

His præsentibus actum fuit.

§ 2. *Breve sacramentum secundum ipsum iudicium.*

Breve sacramentorum qualiter ingressus est ille die illo, in loco nuncupante illo, in basilica sancti illius, iuxta quod iudicium suum loquitur, apud homines tantos sua manu tanta, [et] positis manibus super sancto altare iuratus dixit : Per hunc locum sanctum et reverentiam istius sancti, quia unde mihi ille interpellavit quasi hereditatem suam, quæ ei esset debita, in loco nuncupante illo, post me retinerem, vel ei malo ordine contradicerem iniustæ, ipsam hereditatem parentes mei mihi morientes dereliquerunt, et inter me vel ipsos parentes meos de annis triginta semper exinde vestiti fuimus, et secundum legem plus est mihi debita habendi quam ipsi homini reddendi; per Deum et reverentiam istius sancti iuro. Similiter venientes testes sui per singula iurati dixerunt : Quicquid iste de hac causa iuravit, verum et idoneum sacramentum exinde iuravit.

Hii sunt qui subter firmaverunt.

Digitized by Google

CCCCLXXXV.

NOTITIA SACRAMENTALE.

Iudicia missorum, comitum, etc.

Noticia qualiter et quibus præsentibus veniens homo alicus, nomine illo, in pago illo, in basilica sancto illo, ubi plurima sacramenta præcurrere videtur, ante vir magnifico illo vel reliquis quampluris bonis hominibus, qui subter firmaverunt, posita manu sua super sacrosancto altaro sancto illo, sic iuratus dixit : Hic iuro per hunc loco sancto et Deo altissimo et virtutis sancto illo, unde me ille homo in mallo publico malabat, quod ego terra sua aut ad coniuge sua illa, in pago illo, in loco qui dicitur ille, de eorum potestate per fortia nunquam proprisi aut provasi, sed de ista parte triginta et uno anno fere amplius semper exinde fui vestitus, et post me divisi, et per lege et iustitia plubs obteneat me ad habere quem [1]) ipsius lue aut coniuge sua illa ad reddere, et alio de ista causa, quod mihi iudicatum fuit, in nullo non redibio, nisi isto etunio [2]) sacramento, per hunc loco sancto et Deo altissimo et virtutes sancto illo. Insequenter vero post ipso tris aloarii et duodecim conlaudantes iuraverunt, et de linguas eorum legibus dixerunt. Id sunt.

CCCCLXXXVI.

NOTITIA.

Cum resedisset ille missus inlustris viri domni illius regis in mallo illo, una cum pluris bonis ominibus racineburgis et industriæ personæ, quæ ibidem aderant in

CCCCLXXXV. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. in Append. ad Marculf. nº 33. — [1]) Corrig. *quam*. — [2]) Corr. *idoneo*.

CCCCLXXXVI. Exstat h. f. in cod. Vatic. A; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

eorum præsentia, ad universorum causas audiendum vel recta iudicia terminanda, ibique veniens homo aliquus, nomine ille, hominem aliquem, nomine illo, visus fuit interpellasse. Repetebat adversus eum dum diceret eo quod rem suam, in loco nunccupante illo, in pago illo, in centena illa, quem de parte genetoris sui illius legibus obtingebat conscriptas, ille prædictam rem superius nominatam male ordine suprasedebat vel retenebat iniuste. Sed ipse ille præsens adherat. Interrogatum fuit ipsi illi ab ipsis viris [quid] contra hæc dicere vellebat, per quem sibi de iam dicta re sacibat [vel] in antea sacire vellebat. Sed ipse de præsente taliter dedit ei in responsis quod ante hos annos genitor suos, nomine illo, ex alode conscriptam ei dimississet. Dum taliter agitur, iudicatum fuit ipsi illo ut apud duodecim homines suos consimiles in basilica sancti illius hoc coniuraret vel prædictam rem sacire deberet, quod ita et fecit. Sed veniens prædictus ille ad eum placitum, in noctis institutis, ingressus est in basilica illa, manu missa super sacrum et sanctum altare, coram ipsis missis vel racineburgis, quicquid iudicatum fuit vel [per] ipsam fistucam habuit aframitum, hoc coniuravit vel legibus sacibat. Proinde oportunum fuit ipsi illo ut tale iudicium sacramentale bonorum hominum vel ipsius missis manus firmatas exinde accipere deberet, quomodo in præsente visus est et fecit.

Iudicia missorum, comitum, etc.

CCCCLXXXVII.

INCIPIT IUDICIUS.

Veniens illi Andecavis civetate, ante illo agente necnon et illo vel reliquis qui cum eum aderunt, interpellabat

CCCCLXXXVII. Exstat h. f. in cod. Fuldensi; vulgat. inter Andegav. nº 28.

Digitized by Google

Iudicia missorum, comitum, etc.

aliquo homine, nomen illo, quasi fossado per terra sua, in loco noncupante qui vocatur illa vila, qui aspecit ad illa, ci fossadassit. Et taliter ipsi homo dedit respunso quod terra suà fossado fecisset; nam terra ad illo homine nunquam fossadasset. Visus fuit ab ipsis magnificis ut illi in noctis tantas, aput homines tantus vicinis circa manentis de ipsa condita, mano sua quarta, in basileca domni illius senioris, excusare deberit quod terra sua male ordine nunquam fossadasset; si hoc facere potebat, quietus et securus resediat; sin autem non potuerit, contra ipso hominum satisfacere debiat.

CCCCLXXXVIII.

INCIPIT ITEM IUDICIUS.

Veniens illi ante illo abbate vel reliquis qui cum eum aderant, interpellabat alico homine, nomen illo, quasi vineas suas, quæ erunt illius condam, illi ad parciaricias ei dedissit, ut, quamdiu ipsi illi se aptificavit, ipsas vinias ad parciaricias habere debiat. Interrogatum fuit ipsius illi sic ipsas vinias aput ipsas fuerant, anon. Taliter ipsi locutus fuit quod illas convenencias, quod ipsi illi dicebat, aput ipso numquam habuit. Visum fuit ipsius abbate ut, dum hoc denegabit quod ipsas convenencias numquam habuit, ut aput homines tantus ipsi illi in basileca domni illius excusare deberet quod ipsas convenencias inter se numquam habuissent; se hoc facere potebat, precium quod de ipso illo acciperet æi reddere debiat; sin autem non potuerunt, contra ipso emendare stodiat.

CCCCLXXXVIII. Exstat h. f. in cod. Fuldensi; vulgat. inter Andegav. nº 30.

Digitized by Google

CCCCLXXXIX.

INCIPIT IUDICIUS.

Iudicia missorum, comitum, etc.

Veniens homo, nomen illi, aput femina, nomen illa, qui fuit coniux illa condam germanus illius, ante venerabile vir illi abbate, interpellaverunt hominem, nomen illo, quasi servicium qui fuerunt ipsius illi condam post se abuissit conmandatas, hoc est illa rem. Qui illi ad presens adherat, et hoc totum fortiter denegabat. Interrogaverunt ipsius illi se abebat homines, qui de præsente fuissent, ut vidissent quando ipsa rauba ipsi illi et illi conmandasset. Taliter visum fuit ab ipso abbate vel qui cum eo aderant, in noctis tantis daret homines tantus, bene fidem habentes, vicinis circa manentis, qui de præsente fuissent, et vidissent superscripto illo condam ipsa rauba ipsi illi conmandassit, ut hoc in basileca domni illius coniurare deberit; [si hoc facere potuerit], ipsius illi per lege emendare studiat; sin autem non potuerit, de hac causa ipsi illi omni tempore ductus, quietus atque securus valeat resedire.

CCCCXC.

INCIPIT NOTICIA.

Noticia qualiter vel quibus præsentibus illi et illi placitum eorum adtenderunt, Andecavis civetate, in basileca domne illius, per iudicio illo preposito, unde aliqua femena, nomen illa, abuit interpellatus pro illa rem. Qui illi et germanus suos illi ad ipso placito advenerunt, et homines suos hic presentaverunt, ut ipso sacramento ex-

CCCCLXXXIX. Exstat h. f. in cod. Fuldensi; vulgat. inter Andegav. nº 29.

CCCCXC. Exstat h. f. in cod. Fuldensi; vulgat. inter Andegav. nº 16.

Digitized by Google

Iudicia missorum, comitum, etc.

cusare deberunt; nam ipsa illa femena ad ipso placito adfuit, et ipso sacramento menime recipere voluit. Qui illi et germano suo illi placitum eorum legibus custodierunt et solsadierunt. Propterea necessarium fuit ut ex hoc noticia accipere deberunt, quod ita et fecimus.

CCCCXCI.

RELATIO CUM IUDICIO.

Auctoritate legis præceptum est ut in toto litis terminum requiratur per quem orta est contentio, et[1]) si quis[2]) ad rapinam faciendam adgreditur[3]), aut iter agentem insidiaverit, aut domum alterius nocturnus spoliaverit[4]), mors[5]) animæ ipsius ne[6]) requiratur. Igitur ego, in Dei nomine, ille iudex, veniens in loco nuncupante illo, sub die illo, una cum bonis hominibus, ad locum accessionis, ubi aliquis homo, nomine ille, quondam, interfectus iacebat, requirens pro qua re ibi[7]) interfectus fuisset; sed venientes[8]) homines ibidem conmanentes, qui in initio litis ibidem[9]) fuerunt, vel qui ad ipsos uccos[10]) cucurrerunt, quando iam dictus homo ibidem[11]) interfectus fuit, taliter testimonium præbuerunt, ut, dum aliquis homo, nomine ille, solemniter ambulabat[12]), sic iam dictus ille quondam ipsum adsallivit vel insidiavit, et res suas ei contradixit, atque violenter super ipsum evaginato gladio

CCCCXCI. Exstat h. f. in codd. Keller, Paris. B, D, priorem ejus tantummodo partem exhibet cod. Paris. C; vulgat. inter Sirmond. n°s 30, 31. — 1) Paris. C, *ut*. — 2) Paris. B, *si statim*. — 3) Paris. B, *ingreditur*. — 4) Paris. B, *spoliatur ingreditur*. — 5) Paris. D, *mortem*. — 6) Paris. D, *non;* h. v. deest in Paris. C. — 7) Cæteri, *ibidem*. — 8) Paris. B, *venientibus*. — 9) Paris. B, *ibidem initium litis*. — 10) H. v. deest in Paris. B. — 11) H. v. deest in Paris. B, D. — 12) Paris. B, D, *sibi ambulabat;* Paris. C, *michi ambulabat*.

Digitized by Google

Iudicia missorum, comitum, etc.

venit; unde livores[13]) vel capulaturas atque colaphi manifesti apparent. Ideo etenim[14]), dum sic veritas conprobatur[15]), veniens iam dictus ille adprehensam manum[16]) vel arma prædicti iudicis, sicut mos est, apud homines duodecim[17]) manu sua tertia decima dextratus vel coniuratus dixit, quod, dum ipse sollemniter ambulabat[18]), iam dictus ille quondam eum malo ordine adsallivit, et evaginato gladio super eum venit, et super ipsum livores vel capulationes misit, et res suas illas ei diripere voluit[19]), et postquam[20]) istos præsentes livores recepit, necessitate conpulsus, ipsum plagavit, per quem[21]) mortuus iacet[22]), et in sua orta contentione vel in sua movita atque per suas culpas ibidem interfectus fuit; et sic est veritas, absque ulla fraude vel conludio, et in sua culpa secundum legem ipsum ferro battudo fecit. Proinde oportunum fuit ipsius illi[23]) ut hanc notitiam ad instar relationis exinde accipere deberet, quod ita et fecit. Sed postea[24]) taliter in iam dicto loco ipsius illi iudicatum fuit ut in noctes quadraginta apud homines triginta sex manu sua trigesima septima iam dictum illum[25]) quondam in ecclesia illa[26]), in loco nuncupante illo, coniurare debeat apud homines visores et cognitores, eo quod ille quondam male ordine super eum venisset, et res suas ei contendisset[27]), vel primitus ipsum plagasset vel livorasset, et ipsum in via adsallisset vel insidiasset, et in sua movita vel in sua

— 13) Paris. D, *undevores.* — 14) H. v. deest in Paris. C. — 15) Paris. B, D, *conprobaretur;* Paris. C, *dum sic intenderent* [*et*] *veritas conprobaretur.* — 16) Paris. B, *aprehensa manu.* — 17) Paris. D, *de duodecim.* — 18) Cæteri, *sibi ambulabat.* — 19) Paris. B, *disripere;* Paris. C, *dissipare voluerit.* — 20) Paris. B, *post.* — 21)) Paris. B, *pro quid.* — 22) Paris. D, *iacebat.* — 23) H. v. deest in cæteris. — 24) Paris. C, D, addunt *vero.* — 25) Paris. C, D, *iam dicto illo.* — 26) Paris. C, D, *illius;* Paris. B, *sancti illo.* — 27) Paris. C, *contradixit.*

Digitized by Google

Iudicia missorum, comitum, etc.

culpa[28]) ibidem interfectus fuisset; et si hoc facere poterit, de ipsa[29]) morte quietus valeat residere.

§ 2. *Breve sacramenti.*

Breve sacramenti, qualiter ingressus est ille in loco nuncupante illo, in ecclesia illa [30]), sub præsentia illius iudicis vel bonorum virorum, qui subter tenentur inserti, ad placitum suum custodiendum, unde retroactis diebus quadraginta relationem de morte illius per iudicium bonorum virorum accepit. Iuratus dixit : Per hunc locum sanctum et Dei reverentiam, dum ego solemniter michi ambulabam, iam dictus ille quondam in loco nuncupante illo mihi malo ordine adsallivit vel livoravit, et colaphis super me posuit, et ad rapinam vel ad insidiam super me faciendam adstetit, et res meas mihi malo ordine diripere vel tollere temptavit; et ego in sua orta contentione vel in sua movita atque per sua culpa in ipso loco ipsum interfeci. Per reverentiam istius sancti et Deo altissimo similiter testes sibi similes, visores [31]) [et] [32]) cognitores, secundum quod ei iudicatum [33]) fuit, post ipsum iuraverunt, ut quicquid iam dictus ille de hac causa iuravit, verum et idoneum sacramentum [34]) dedit. Id sunt qui hoc sacramentum exceperunt manibusque eorum subter firmaverunt [35]).

— [28]) Paris. D, *per suam culpam*. — [29]) Paris. B, *ipsius*. — [30]) Paris. B, *sancti illi*. — [31]) Paris. B, *iussores*. — [32]) H. v. e codd. Paris. B, D, supplevi. — [33]) H. v. deest in Paris. D. — [34]) Paris. B, *vero et idoneo sacramento*. — [35]) Paris. D. *supter roboraverunt*.

Digitized by Google

CCCCXCII.

NOTITIA DE HOMINE FORTITUDO [1]).

Iudicia missorum, comitum, etc.

Noticia qualiter et quibus præsentibus veniens homo alicus, nomine illo, in pago illo, in loco qui dicitur ille, in mallo publico, ante ipso comite illo vel aliis bonis hominibus, qui subter firmaverunt, posita manu sua super sacrosancto altario sancto illo sic iuratus dixit : Hic iuro per hunc loco sancto et Deo altissimo et virtutis sancto illo, homo alicus, nomine illo, ita factus, apud arma sua super me venit, et colpus super me misit, et sic mihi Deus directum dedit, ego ipse de arma mea percussi, talis colpus ei dedi per quid ipse mortuus est, et quod feci super me feci; et ego hodie ipso facio infra diæm et forbatudo infra noctis XLII, sicut lex et nostra consuetudo est, apud tres aloarius et duodecim conlaudantes, [qui] iuraverunt et de linguas eorum legibus direxerant.

Id sunt qui præsentibus fuerunt.

CCCCXCIII.

INCIPIT IUDICIUS DE HOMICIDIO.

Eveniens illi et germanos suos illi Andecavis civetate, ante vero inluster illo comite vel reliquis racimburdis qui cum eo aderant, quorum nomina per suscripcionibus atque senacola subter tenuntur inserti, interpellabat alico homino, nomen illo. Dicebat quasi ante oss annis parentis

CCCCXCII. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. in Append. ad Marculf. nº 29. — 1) Corrig. *forbatudo*.

CCCCXCIII. Exstat h. f. in cod. Fuldensi; vulgat. inter Andegav. nº 49.

Digitized by Google

Iudicia missorum, comitum, etc.

quorum illo quomodo interfecissit. Interrogatum est sepe dicto illo quid ad hec causa darit in respunsis; sed hoc ad integra fortiter denecabat. Sic iuxta aptificantes sepe dictus germanus, visum est ad ipsis personas decrevisse iudicio, ut quatrum in suum, quod evenit ipso kalendas illas, aput homines duodecim, mano sua tertia decima, vicinus circa manentis sibi simmelus, in ecclesia seniore loci, in ipsa civetate, hoc debiat coniurare, quod ad morte sepe dicto numquam consentissit, nec eum occessisset, nec consciens nec consentanius ad hoc faciendum numquam fuissit; set hoc facere potest, diebus vite suæ de ipsa causa securus permaneat; sin autem non potuerit, in quantum lex pristat hoc emendare stodeat.

§ 2. *Incipit noticia ad superdicto iudicio.*

Noticia sacramenti, qualiter vel quibus presentibus adherant, in ipso dia kalendas marcias, ingressus est homo, nomen illi, in ecclesia seniores loci, Ardecavis civetate, secundum quod iudicios suos loquitur, aput homenis duodecim, mano sua tertia decima, iuratus dixit: Per hunc loco sancto et divina omnia sanctorum patrocinia, qui hic requiescunt, unde mihi aliquid homenis illi et germanus suos illi repotaverunt quod parente eorum illo quondam interficisse aut interficere rogasse, ipsum non occisi nec occidere rogavi, nec consciens nec consentanius ad morte sua numquam fui, nec illud de hac causa non redebio, nisi isto edonio sacramento, quem iudicatum habui [et] legibus transivi.

Id sunt quod de presente fuerunt, et hunc sacramentum audierunt, et hunc noticia manus eorum subter adfirmaverunt. Facto noticia.

Digitized by Google

CCCCXCIV.

NOTITIA DE ERBAS MALEFICAS.

Notitia qualiter et quibus præsentibus veniens femina aliqua, nomine illa, in pago illo, in mallo publico, in basilica sancto illo, ante illos et illos et alius quampluris bonis hominibus, qui subter firmaverunt, posita manu sua super sacrosancto altare sancto illo, sic iurata dixit : Hic iuro per hunc loco sancto et Deo altissimo et virtutis sancto illo, unde me ille ante vir magnifico illo vel ab his [1]) bonis hominibus malavit, quæ [2]) ego herbas maleficias temporasse vel bibere ei dedisse, per quid ipse infirmasset aut vita sua perdere debuisset, ego herbas maleficias nec potiones malas nunquam temporavi nec bibere dedi, per quid ipse infirmus vel insanus fuisset aut vita sua perdere debuisset, et alio de ista causa in nullum non redibio, nisi isto et idonio sacramento per hunc loco sancto et Deo altissimo et virtutis sancto illo. Insequenter vero post ipse tante iuraverunt et de linguas eorum legibus dixerunt. Id sunt.

Iudicia missorum, comitum, etc.

CCCCXCV.

INCIPIT IUDICIUS.

Veniens homo, nomen illi, Andecavis civetate, ante illo agente vel reliquis qui cum eo aderant, interpellabat aliquo homine, nomen illo, quasi iumento suo ad furtis condicionis abuissit. Et ipsi illi una cum genetore suo ibidem

CCCCXCIV. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. in Append. ad Marculf. nº 34. — [1]) Corrig. *aliis*. — [2]) Corrig. *quod*.

CCCCXCV. Exstat h. f. in cod. Fuldensi; vulgat. inter Andegav. nº 11.

Digitized by Google

Iudicia missorum, comitum, etc.

aderat, et hoc fortiter denegabat quod ipso iumento post se numquam habuisset. Sic visum fuit ipsi agente [vel reliquis] qui cum eo adherunt, ut genitor suos illi pro filio suo illo, quia et ipsi genitor, aput homines tantus ipse illi, in basileca domni illius, in noctis tantas, pro filio suo illo excusare deberit; se hoc facere potebat, ipsi illi contra ipso illo conpascere deberit; sin autem non potuerit, hoc contra ipso emendare stodiat.

§ 2. *Incipit noticia ad supradicto.*

Noticia sacramenti, qualiter vel quibus præsentibus ingressus est illi in basileca domne illius per iudicio illo agente. Iuratus dixit : Per hunc loco sancto et divina omnia quod hic aguntur, quæ hic Deo plenius offeruntur, unde me illi repotabat quasi iumento suo ad furtis condicionis post me habuissit, et per meum ingenium ipso iumento digere abuisset, nec ipso iumento numquam habui, nec per meum nullum ingenium ipso iumento numquam perdedit, nec aliut tibi de hac causa non redebio, nisi isto edonio sacramento.

CCCCXCVI.

INCIPIT SACRAMENTALIS.

Breve sacramenti, qualiter et quos presentibus ingressus est homo, nomen illi, Andecavis civetate, die illo, quod fecit minsus illi, dies tantus, in basileca domne illius. Iuratus dixit : Per hunc loco sancto et divina omnia que hic aguntur, que hic Deo plenius offeruntur, unde mihi homo, nomen illi, interpellabat eo quod caballo suo furassit, aut

CCCCXCVI. Exstat h. f. in cod. Fuldensi; vulgat. inter Andegav. nº 15.

Digitized by Google

in taxato post me abuissit, hoc coniurare quod caballo suo, quem mihi reputabat, numquam furavi, nec consciens ad ipso furandum numquam fuisset, nec post me in taxata ipso caballo numquam habui, nec alio tibi exinde non redebio, nisi isto edonio sacramento, quem iudicatum habui et legibus transibi.

Iudicia missorum, comitum, etc.

Id sunt qui hunc sacramento audierunt, manibus eorum subter firmaverunt.

CCCCXCVII.

INCIPIT IUDICIUS.

Eveniens illi Andecavis civetate, ante illo præposito vel reliquis hominibus qui cum eo adherunt, interpellabat aliquo homine, nomen illo, quasi animalia per sua menata heos dicere habuissit, et ipsa animalia per sua menata aliquas mortas fuerant, et ipsa pecora illi excorticassit posteaque mortas fuerunt. Interrogatum fuit ipsi illi qui[d] de hac causa respunso darit; et ipsi illi taliter locutus fuit, quod nec sua animalia numquam menassit, nec per sua menata ipsa animalia digere numquam habuissit, nec de manus suas excorticata numquam fuissent. Propterea visum fuit ad ipso proposito vel qui cum eo aderant, ut in noctes tantas, aput homines tantus, ipsi illi in basileca domni illius excusare deberit; se hoc facere potebat, de hac causa ipsi illi conpascere debirit; sin autem non poterit, quicquid lex de tale causa etdocet emendare stodiat.

CCCCXCVII. Exstat h. f. in cod. Fuldensi; vulgat. inter Andegav. n° 24.

Digitized by Google

CCCCXCVIII.

NO[TI]TIA DE COLONO EVINDICATO.

Iudicia missorum, comitum, etc.

Notitia qualiter vel quibus presentibus veniens homo aliquis, nomine illo, advocatus sancti illius de monasterio illo et illo abbate, in civitate illa, [in mallo publico, ante inlustri] viro illo comite vel aliis quampluribus personis ibidem resedentes, interpellabat homine alico, nomen illo. Repetebat ei dum diceret eo quod ante os dies ipse homo sacramentum contra ipsa casa Dei vel ipsius abbate habuisset adframitum ad sua ingenuitate tensandum, in ipso mallo, in basilica sancto illo, ob hoc iurare debuisset, et ipse homo de ipso sacramento iectivus remansit, et ipse homo nullatenus rationes potuit tradere, per quid ingenuus esse deberet vel ipso sacramento iurare potuisset. Et dum hac causa apud ipso comite vel ipsis racimburgiis diligenter fuit inventum vel inquisitum et legibus fuit definitum, ipse homo in præsente pro colono ad casa sancti illius vel ipsius abbatis sibi recognovit vel recredidit, et ipse vicarius per iussionem ipsius comitis ipsum hominem per manibus pro colono ipsius advocato illius abbatis visus est reddidisse. Propterea taliter ei fuit iudicatum ut de ac causa notitia bonorum hominum manibus roboratam accipere deberet, quod ita et fecit, ut ipsum hominem ipsa casa Dei vel ipse abba seu rectores eorum pro colono habeant evindicatum, et sit inter ipsos postmodum ex hac re subita causatio.

His præsentibus, qui subter firmaverunt.

CCCCXCVIII. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. in Append. ad Marculf. nº 1.

Digitized by Google

CCCCXCIX.

IECTA CARTA.

Dum plurimum conpertum est qualiter veniens homo aliquus, nomine ille, ante illum vicarium vel reliquis bonis homines racineburgis qui ibidem aderant in eorum præsentia, homine aliquo, nomine illo, visus fuit interpellasse. Repetebat ad eum dum diceret eo quod servum suum, nomine illum, male ordine recontendebat. Sed ipse ille præsens aderat. Interrogatum fuit ab ipsis viris quid sibi de hac causa dicere vellebat, per quem sibi de ipso servo saciret aut in antea sacire vellebat. Sed ipse in præsente taliter dedit in responsis quod ante hos annos genitor suus, nomine illo, ipsum servum eum dimis[is]set, et per hoc de ipso servo ipse sacibat vel in antea sacire vellebat. Dum taliter agitur, iudicatum fuit prædicto illo ut apud duodecim homines suos consimiles, in basilica illius, in noctis institutis, hæc coniurare deberet, et ipso servo legibus sacire deberet. Sed veniens conscriptus ille ad eum placitum, de mane usque ad vesperam custodivit; sed ipse ille nec ad placitum venit, nec misso in pecio suo direxit, qui de hac causa denuntiare debuisset, sed inde neglegens vel iectus apparuit. Proinde oportunum fuit ipsi illo ut tale iectam cartam suprascripto illo exinde accipere deberet, quod ita et fecit.

Iudicia missorum, comitum, etc.

D.

ITEM SOLSADII.

Noticia qualiter solsadi vel quibus presentibus veniens

CCCCXCIX. Exstat h. f. in cod. Vatic. A; nondum vulgata mihi videtur.

D. Exstat h. f. in cod. Fuldensi; vulgat. inter Andegav. nº 14.

Digitized by Google

Iudicia missorum, comitum, etc.

illi in basilica sancti illius, Andecavis civetate, placetum suum adtendedit econtra homine, nomen illo, quem ante illo agente fuit in raciones pro argente, quod hoc die illo, quod fecit mensis illi, dies tantus, coniurare deberit una cum hominis suis. Qui illi ad placitum adfuit una cum antestis suis, per legibus triduum custodivit et solsadivit; nam illi nec ad placitum adfuit, nec ulla persona ad vicem sua direxit, qui ipso placito custodisset aut sonia nonciare deberit.

Quos presens placitus ipsius fuit custoditus aut solsaditus, aut hanc noticia manibus eorum subter firmaverunt.

DI.

INCIPIT ITEM SOLSADIA.

Noticia solsadii, qualiter vel quibus presentibus veniens homo, nomen illi, placitum suum adtendit Andecavis civetate, in basileca domni illius, unde eum hec contra homine, nomen illo, quem ante illo agente fuit in racione pro iumento suo. Et ipsi illi ad placetum suum adfuit, et triduum legebus custodivit et solsadivit; nam illi nec ad platitum adfuit, nec nulla persona ad specie sua direxit, qui ipso placito custodisset [a]ut sonia nonciare [de]buissit.

Caus presentis placitus ipsius fuit custoditus aut saulsaditus, aut hanc noticia manibus eorum subter firmaverunt.

DI. Exstat h. f. in cod. Fuldensi; vulgat. inter Andegav. nº 13.

Digitized by Google

DII.

NOTICIA DE CRUCE EVINDICATA.

(e cod. Paris. E.)

Dum et omnibus non est incognitum qualiter veniens homo alicus, nomine illo, ante vigario inluster vir illo comite, nomine illo, adversus homine alico, nomine illo, repedebat ei dum diceret eo quot terra sua de suo maso vel de sua potestate malo ordine proprisisset. Sed ipsi illi de præsente adstare videbatur, et hac causa fortiter denegavit quod sua terra de suo maso malo ordine nunquam proprisisset, nec post se nunquam retenuerit iniuste. Sed taliter ei fuit iudicatum in ipso placito ante ipso vigario vel ante ipsos pagensis, ut ad crucem ad iudicium Dei pro ipsa terra, in noctis XLII, in ipsa placita, pro hoc deberent adstare, quod ita et fecerunt. Sed venientes ad

DII[bis].

IUDICIO EVINDICATO DE CRUCE.

(e cod. Vatic. A.)

Dum et omnibus non est incognitum qualiter veniens homo aliquis, nomine illo, ante illum vecarium, hominem aliquem, nomine illo, repetebat ei dum diceret eo quod terra sua de suo manso vel de sua potestate male ordine proprississet. Sed ipse ille in præsente adstabat, et hanc causam fortiter denegabat quod sua terra nunquam proprississet, vel post se numquam retinuisset indebiti. Sed taliter in eo placito ei fuit iudicatum, ut ad crucem ad iudicium Dei pro ipsa terra, in noctes XLII, in ipso placito, pro hoc deberent adstare, quod ita et fecerunt. Sed venientes ad eum placitum, in noctes XLII, sicut eis fuit iudicatum, ante ipsum vecarium vel ante ipsos pagenses, ad ipsum iu-

Iudicia missorum, comitum, etc.

DII. Exstat h. f. in codd. Paris. E, Vatic. A; vulgat. inter Bignon. nº 12; sed quum plurimum inter se codd. discrepare viderentur, textum cod. Paris. E e regione textus cod. Vatic. A recudendum curavi.

Digitized by Google

Iudicia missorum, comitum, etc.

ipso placito, sicut eis fuit iudicatum, ante ipso vigario vel ante ipsos pagensis, ad ipso iudicio vel ad ipsa cruce visi fuerunt stetisse. Sed ipso illo omine, qui ipsa terra proprisit, ad ipso iudicio vel ad ipsa cruce eum convincuit, sed ipsi illi in ipso placito ad ipsa cruce visus fuit cadisset. Sed dum hac causa sic fuit inventa, quod ipsi illi, qui ad ipso iudicio vel ad ipsa cruce cadisset, solidos tantos ei transsolvere deberet, quod ita et fecit, et de ipsa terra ipso illo legibus revestire deberet, quod ita et fecit, tunc taliter ei iudicaverunt ut ipsi illi de præsente die ipsa terra, [tam] contra ipso illo vel heredis suis quam contra quemlibet hominem, omneque tempore habeat evindicata adque elidiata, [et] tam ipsi illi quam et posteritas sua de post hunc die prædicta terra quieto ordine valead possidere vel dominare, et ducti et securi exinde valeant resedere.

Facto iudicio in illo loco, publiciter.

dicium vel ad ipsam crucem visi fuissent adstare. Sed ipse ille homine suo, qui ipsam terram proprisit, ad ipsum iudicium vel ad ipsam crucem eum convincuit, sed ipse ille ad ipsum iudicium visus fuit cadisse. Sed dum hæc causa sic fuit inventa, quod ipse ille ad ipsum iudicium cadisset, solidos tantos ei transsolvere deberet, et ipsam terram ei legibus recipere deberet, quod ita et fecit, propterea oportunum fuit ipso loco ut tale iudicium evindicato bonorum hominum vel ipse vicario exinde accipere deberet, quod ita et fecit.

Digitized by Google

DIII.

INCIPIT SECURITAS DE SUPERSALLICIONE, HIC EST :

Dum non est incognetum qualiter aliquos homo, nomen illi, aliquo homine, nomen illo, mallavit de res suas, et ipse illi male ei exinde numquam fecissit, proinde ipsi illi ante bonis hominibus convenit ut hanc epistola facere deberit, ut nullumquam tempore contra ipso agere non presumat. Quod si illi, aut aliqua persona ad vicem suam, ipsa causa resultare presumpserit, soledus tantus inter tibi et fisco conponere debiat, et quod repetit vindicare non valeat, et hec securitas firma permaneat. Securitates.

DIV.

INCIPIT EPISTOLA, QUEM HOMINEM REPOTAVIT DE RES SUAS.

Dum cognitum est quod homo, nomen illi, alico homene, nomen illo, mallavit pro res suas, et ipsi illi male ei exinde numquam fecisset, proinde ipsi illi ante bonis hominebus convenit ut hanc epistola facere deberit, ut nullumquam tempore contra ipso agere non presumat. Quod si illi, aut aliqua persona ad vicem suam, ipsa causa resultare presumserit, soledus tantus inter tibi et fisco conponere debiat, et quod repetit vindecare non valeat, et hec epistóla firma permaniat.

DV.

INCIPIT SECURETAS.

Ego enim illi, qui conmaneo villa illa sancti illius. Con-

DIII. Exstat h. f. in cod. Fuldensi; vulgat. inter Andegav. nº 5.

DIV. Exstat h. f. in cod. Fuldensi; vulgat. inter Andegav. nº 42.

DV. Exstat h. f. in cod. Fuldensi; vulgat. inter Andegav. nº 41.

Digitized by Google

Securitates. venit mihi bona volumtate ad securitate ad homine, nomen illo, facere debere, quod ita et fici, pro eo quod illa rem ad furtis condicionis post se abuissit, et accipit exinde argento tantum. Proinde mano mea et bonorum firmata tibi exinde dedisse, ut post hunc diæ de hac causa quietus et securus resediat. Et si fuerit, aut ego ipsi, aut aliqua persona, qui contra hanc securitate, quem ego mano mea firmata tibi deti, resultare voluerit, soledus tantus inter tibi et fisco conponere debiat, et quod repetit vindecàre non valea[t], et hæc securitas adque volomtas mea firma permaneat.

DVI.

INCIPIT SECURITAS.

Ego enim illi. Quia dum non est incognitum qualiter aliquos homo, nomen illi, et quia ante os dies abuit interpellado dum dicerit quasi casa sua infregisset et res suas exinde deportassit, unde et ipsi illi abuit ut hoc in basilica sancti illius aput homines tantus coniurare deberet; set metuantes bonis hominibus eus concordiare duxerunt, et si recognovi et in nullo modo culpabile exinde ipso non invenit, convenit ut manus sua exinde facere deberet, quod ita et feci, ut nullumquam tempore contra ipsis nulla calomnia neque repeticione facere non debias, set, sicut dixi, quietus et securus resedias. Et si fuerit, aut ego ipsi, aut quislibit, qui contra hoc resultare voluerit, soledus tantus conponere debiat, et hec epistola mano mea firmata firma permaneat.

DVI. Exstat h. f. in cod. Fuldensi; vulgat. inter Andegav. nº 38.

Digitized by Google

DVII.

INCIPIT ITEM SECURITAS.

Dum non est incognitum quia ante hos dies aliquos homo, nomen illi, litem in via puplica aput illo ei habuit, et colebus super eum ipsi illi ei posuit, sic taliter convenit ipsus homo, admeduantis bonis hominibus, ut hanc securitate ipsius homo de ipsus collebus seu et de ipsa lite, quem aput mihi abuit, facere deberit, quod ita et fecit. Et, quod futurum esse non credo, si fuerit, aut ego ipsi, aut aliquis de heretibus meis, vel qualibet obposita persona, qui contra hanc securitate resultare presumpserit, soledus tantus ei conponat, et quod repetit nihil valeat vindecare, et hec securitas ista perenni tempore firma permaneat. Securitates.

DVIII.

INCIPIT SECURETAS DE RAPTO.

Ego enim illi. Constat me accipi de illo integro conposcione pro eo quod aput homine, nomen illo, puella sua tradendi fuit; dedi ei ad ipso illo soledus tantus. Proinde manu sua firmata et bonorum hominum accipi, ut post hunc diæ nequæ illi nequæ nullus de heredibus suis nulla calomnia nec repetitione habere non debias, set, sicut dixi, de hac causa quietus resedies. Et si fuerit, aut ego ipsi, aut ullus de propinquis meis, vel qualibet persona, qui contra hoc securetate [i]re presumpserit, soledus tantus inter tibi et fisco conponere debiat, et quod repetit vindicare non valeat, et hec securitas ista firma permaneat.

DVII. Exstat h. f. in cod. Fuldensi; vulgat. inter Andegav. nº 6.

DVIII. Exstat h. f. in cod. Fuldensi; vulgat. inter Andegav. nº 43.

Digitized by Google

DIX.

INCIPIT SECURITAS.

Securitates.

Dum non abitur incognitum qualiter aliqua femena, nomen illa, aput homine sancti illius, nomen illo, litis intencione abuit de illo rapto, quod ipsa fuit pras, ut ipsa ad pacem cumcordia volumtate ad ipsa femena facere deberunt, quod ita et fecerunt; unde convenit ut si homo manu sua firmata exinde accipere deberunt, quod ita et fecit, ut se ipsa femena post hunc diæ resultare voluerit, contra homine soledus tantus conponat.

Facta securitas.

DX.

SECURITAS DE HOMICIDIO.

Fratri illo, ego enim ille. Dum et omnibus habetur percognitum qualiter tu ante hos dies, instigante adversario, germano meo vel quolibet parente interfecisti, unde et postea ex hoc conprobatus apparuisti, et ante me apud illum iudicem exinde in rationes fuisti, et pro integra conpositione pro iam dicto parente meo, pro ipsa morte, sicut mihi bene conplacuit, argentum soledos tantos dedisti, ideo hanc epistolam securitatis tibi ex hoc emittendam decrevi, ut neque a me, neque ab heredibus meis, neque a quolibet opposita vel emissa persona, nullam calumniam neque repetitionem de iam dicto homicidio habere non pertimescas, neque tu, neque ullus de parte tua qui tecum commorantur, sed ducti atque securi in omnibus exinde valeatis residere. Si quis vero, si fuerit aut ego ipse, aut ullus de

DIX. Exstat h. f. in cod. Fuldensi; vulgat. inter Andegav. nº 26.

DX. Exstat h. f. in cod. Keller; vulgat. inter Sirmond. nº 39.

Digitized by Google

heredibus meis, seu quislibet persona, qui contra hanc securitatem venire aut agere vel refragare temptaverit, et a me vel ab heredibus meis defensatum non fuerit, sociante fiseo, qui litem intulerit soledos tantos conponat, et sua repetitio nullum obtineat effectum, sed sit inter nos vel heredibus nostris ex hac re omnique tempore calcanda causatio, et hæc securitas meis vel bonorum hominum manibus roborata, cum stipulatione inserta, diuturno tempore maneat inconvulsa. Securitates.

DXI.

SECURITAS [1]) PRO HOMICIDIO FACTO [2]).

Domino fratre illi, ille [3]). Dum et [4]) instigante adversario, quod non debueras, germano nostro illo visus es interfecisse, et ob hoc vite periculum incurrere potueras; sed intervenientes sacerdotes et magnificis viris, quorum [5]) nomina subter tenentur adnixa, nos ad pacis concordia ob hoc visi fuerint revocasse [6]), ita ut pro ipsa causa solidos tantos in pagalia [7]) mihi dare deberes [8]), quos [9]) et in presente per wadio tuo visus es transolvisse, et nos ipsa causa per festuca [10]) contra te visus sum verpasse [11]). Propterea, iuxta quod convenit, hanc epistolam securitatis in te nobis conscribere conplacuit [12]), ut de ipsa morte germano nostro, nec a me, nec ad [13]) heredibus meis aut [14]) suis, nec de iudiciaria potestate, nec a quemlibet, nullo

DXI. Exstat h. f. in codd. Paris. A, B, C, Lugd. Bat. B; vulgat. inter Marculf. II, 18. — [1]) Paris. C, *Securitatem*. — [2]) H. v. deest in Paris. B; Paris. C addit *si se pacificaverint*. — [3]) Paris. B, *ego ille;* h. v. deest in Paris. C. — [4]) H. v. deest in Paris. B, C. — [5]) Paris. C, *corum*. — [6]) Paris. C, *revocare*. — [7]) Paris. C, *pacalia*. — [8]) Paris. B, *deberitis*. — [9]) Paris. B, C, *quod*. — [10]) Paris. B, *fistuco*. — [11]) Paris. B, *virpisse*. — [12]) Paris. B, *placuit*. — [13]) Paris. B, C, *ab*. — [14]) Paris. B, *nec a*.

Digitized by Google

Securitates.

casu nec refragatione aliqua aut damnietate amplius habere non pertimescas, sed in omnibus exinde ductus [15]) et absolutus appareas [16]). Et [17]) fortasse ego ipse, aut aliquis de heredibus meis, vel quicumque, te ob hoc inquietare voluerit, et a me [18]) defensatum non fuerit, inferamus tibi cum cogenti fisco duplum quod nobis dedisti, et quod repetit quis vindicare non valeat, sed præsens epistola securitatis a me facta firma permaneat [19]).

— 15) Paris. B, *eductus*. — 16) Paris. C, *aparias*. — 17) Paris. B, *Quod si*. — 18) Paris. B addit *vel ab heredibus meis*. — 19) Paris. B addit *et reliqua*.

Digitized by Google

FORMULÆ

AD JUS CANONICUM ET RITUS

ECCLESIASTICOS SPECTANTES.

DXII.

DECRETUM, QUOD CLERUS ET POPULUS FIRMARE DEBET DE ELECTO EPISCOPO.

Dominis patribus illis, venerabilibus scilicet episcopis diœceseos metropolitanæ, clerus, ordo et plebs huic sanctæ ecclesiæ specialiter obsequentes. Vestrę paternitati est cognitum quantum temporis est, ex quo, accidentibus variis eventibus, hæc sancta ecclesia metropolis nostro sit viduata pastore ac destituta rectore; quod non solum ad nostrum, verum ad vestrum ac omnis diœceseos detrimentum pertinere dinoscitur, cum totius provincię sollicitudinem metropolitano constet esse commissam. Propterea eligimus huius diœceseos, huius ecclesię, presbyterum, nomine illo, nobis sufficientissime cognitum, natalibus et moribus nobilem, apostolica et ecclesiastica

Episcoporum electio.

DXII. Exstat h. f. in cod. Monac. D; vulgat. a Cordesio inter *Opuscula Hincmari*, p. 616; eam recudit Baluzius ad calcem *Formularum promotionum episcopalium*.

Digitized by Google

Episcoporum electio.

disciplina imbutum, fide catholicum, natura prudentem, docibilem, patientem, moribus temperatum, vita castum, sobrium, humilem, affabilem, misericordem, litteratum, in lege Dei instructum, in scripturarum sensibus cautum, in dogmatibus ecclesiasticis exercitatum, et secundum scripturarum tramitem traditionemque orthodoxorum et canonum ac decretorum sedis apostolicę præsulum constitutiones sano sensu ecclesiasticas regulas intelligentem sanoque sermone docentem ac servantem, amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, et cum modestia corripientem eos qui resistunt, et, si qui sanæ doctrinæ adversantur, eis resistere et redarguere prævalentem, hospitalem, modestum, suæ domui bene præpositum, non neophytum, habentem testimonium bonum, in gradibus singulis secundum traditionem ecclesiasticam ministrantem, ad omne opus bonum et satisfactionem omni poscenti rationem de ea quæ in illo est spe paratum *a*). Quem vobis quantocyus petimus ordinari pontificem, quatenus, authore Domino, regulariter nobis præesse valeat et prodesse, et nos sub eius regimine salubriter Domino militare possimus, quia integritas præsidentium salus est subditorum, et ubi est incolumitas obedientiæ, ibi sanæ est forma doctrinæ. Ut autem omnium nostrum vota in hanc electionem convenire noscatis, huic decreto canonico promptissima voluntate singuli manibus propriis laborantes subscripsimus.

§ 2. *Item subscriptio episcoporum in electione episcopi* [1]).

Ille illius ecclesiæ archiepiscopus in electionem do-

— [1]) Hæc rubrica deest in Cordesio et Baluzio.

a) Cf. *Epist. pr. B. Pauli ad Timoth.*, cap. III.

Digitized by Google

mini nostri ecclesiæ illius episcopi subscripsi. Isti in ordinationem illius ecclesiæ episcopi, ipso consentiente ordinari, consenserunt, quod præsens inscriptio manifestat *a*). Episcoporum electio.

DXIII.

ELECTIO QUOMODO A CLERO ET A POPULO ELIGITUR EPISCOPUS IN PROPRIA SEDE CUM CONSENSU REGIS ARCHIPRÆSULISQUE OMNIQUE POPULO [1]).

Domino Francorumque [2]) meritis coequando pa[t]ri patrum domno N. præsuli summo, cunctus clerus omnisque populus sanctæ illius ecclesiæ, multimodam in Domino obtamus salutem. Igitur quoties aliqua pleps vestræ dictioni subdita a proprio fuerit viduata pastore, non aliunde nisi a vobis est implorandum auxilium, quem ad hoc divina præordinavit maiestas, ut non solum vestros specialiter pascatis filios, sed etiam rectores non habentibus et spiritali pabulo indigentibus pastores tribuetis. Quapropter ad vestræ sanctitatis paternitatem fiducialiter nostras fundimus preces, poscentes videlicet ut hunc illum summe

DXIII. Exstat h. f. in cod. Paris. X; vulgat. a Menardo in *Notis ad Librum Sacramentorum S. Gregorii*, col. 509, not. 758 (ed Benedict.), Morino in *Commentario de sacris ordinationibus*, t. I, p. 110 (ed. Assemani), Ruinarto in *Appendice operum S. Gregorii Turonensis*, col. 1356; eam recudit Baluzius inter *Formulas promotionum episcopalium*, nº 11. — [1]) Baluzius rubricam sic inscripsit : *Epistola cleri et plebis ecclesiæ vacantis ad metropolitanum, ut electum ab ipsis episcopum consecrare dignetur.* — [2]) Corr. *sanctorumque*.

a) Cette seconde partie de notre formule est évidemment tirée d'une autre source que la première. On y voit, en effet, le métropolitain confirmer l'élection d'un de ses suffragants, tandis que dans la première partie il s'agit précisément de l'élection du métropolitain. Le rédacteur avait sans doute sous les yeux deux modèles différents, qu'il a maladroitement confondus.

Digitized by Google

Episcoporum electio.

honestatis humilem vestrum famulum nobis pontificem ordinare indigemini. Cuius conversationem et mores, in quantum cognovimus, laudamus, et ad tam dignum opus idoneum testificamus; et quamdiu ad benedictionem episcopali inmunes sumus, eius doctrinæ et exemplo roborati, ad viam salutis, Domino miserante, quasi perdita onus [3]) et inventa, redituros nos credimus. Quod decretum nostris manibus roboratum illi ecclesiæ vestræ vobis dirigere statuimus, anno incarnationis Domini et episcopatus vestri et regi illi anno illorum, indictione tale, datarum tale.

DXIV.

ALIUD DECRETUM CLERI ET PLEBIS.

Universalis ecclesiæ sacrosanctis patribus præcipueque illius diœcesis præsulibus, ecclesia illa, unanimitas scilicet totius cleri et plebis, submisse devotionis obsequium in Domino. Ad aures vestræ beatitudinis pervenisse iam novimus excessum piissimi patris et pastoris nostri illius, et qualiter ecclesia sibi credita præstantissimo pastore sit viduata plurimis terrarum finibus manifestum esse comperimus. Et ideo lachrymabiliter preces unanimis supplicationis vestræ paternitati mittimus, ut nobis in substituendo pastore morem patrum et prædecessorum beatorum pontificum imitantes, paternum nobis ferre auxilium. . . . .
. . . . . humiliter poscentibus pio. . . . . .
. . . . . moribus et scientia. . . . . .
. . . . . decoratum comperimus

— [3]) Corr. *ovis*.

DXIV. Hanc formulam vulgavit Cordesius inter *Opuscula Hincmari*, p. 618; eam Baluzius recudit ad calcem *Formularum promotionum episcopalium*.

Digitized by Google

illum gloriosis. . . . . Episcoporum electio.
. . . . . decubantem eiusque servitiis immorantem, nobis expetivimus [et] postulavimus habendum, et per Dei misericordiam quæsivimus [benedi]cendum. Et quoniam divina miserante clementia in eiusdem postulationis devotione benevolum atque concordem prænominatum nostræ unanimitati effecit regem, iuxta hoc quod scriptura testatur dicendo : *Cor regis in manu Dei est, quocumque voluerit vertet illud* a), totius ecclesiæ, cleri scilicet plebisque, in eiusdem præclarissimi viri electione par est devotio, unus idemque assensus, in nullo dissimilis adclamatio; sed sicut nobis est unus Dominus, una fides unumque baptisma, ita et nobis omnibus in supradicti electione pontificalisque ordinis consecratione atque substitutione unum est per omnia velle et nullum extraneum appetere, quin totius ecclesiæ voce præsenti decreto concorditer et consonanter conclamando virum memoratum non simplici sed multiplici sermone cordis et corporis devotione nobis pastorem eligere, eumque idoneum, quantum nostræ fragilitati nosse conceditur, tanto pontificio esse, sicut voce fatemur, ita etiam omnium nostrorum subscriptionibus devotissime roboramus, et communi adnotationis decreto, Dei misericordia preduce, diuturnitate temporum nobis pastorem habendum eligimus et optamus, more quoque canonico sub gestorum serie confirmamus.

a) Cf. *Lib. Proverb.*, XXI, 1.

Digitized by Google

DXV.

CONCESSIO [1]) CIVIUM PRO EPISCOPATUM [2]).

(e codd. Paris. A, B, C, Lugd. Bat. B.)

Episcoporum electio.

Suggerendo piissimo ac præcellentissimo domno illo regi vel seniorem commune illo [3]), a servis vestris, quorum [4]) subscriptiones vel signacula subter tenentur inserte. Principalitates vestre circumspecta clementia novit iusta [5]) petentibus [6]) adnuere, suo moderamines iudicio pondera[n]te, præsertim cum illa deposcuntur generali [7]) præci cunctorum voci communiter, quod [8]) proficiat constanter ecclesie regimine polulare [9]), qui et [10]) ipse regale clementiæ prosit [11]) salutis pariter ac mercedes. Quo-

DXV bis.

EPISTOLA AD REGEM PRO ELEGENDO EPISCOPO.

(e cod. Monac. A.)

Piissimo ac præcellentissimo domno N. suggerendo. Principalitatis vestræ circumspecta clementia novit iusta petentibus dignanter annuere, et sui moderaminis iuditio ponderante, præsertim cum illa deposcuntur generali prece cunctorum, quæ omnibus prosit communiterque proficiat, tam pro statu ecclesiæ seu regimine populari, quam et ipsi regali clementiæ prosit salutis ac mercedis. Quum sanctæ memorie vir apostolicus ille, illius urbis antestis, die obitus sui adpropinquante,

DXV. Exstat h. f. in codd. Paris. A, B, C, Lugd. Bat. B, Monac. A; vulgat. inter Marculf. I, 7; sed quum plurimum inter se codices discrepare viderentur, textum cod. Paris. A e regione textus cod. Monac. A recudendum curavi. — 1) Paris. B, C, Lugd. Bat. B, *consensu*, *concessum*, *consensio*. — 2) Verba *pro episcopatum* desunt in Paris. B, C. — 3) Verba *vel seniorem commune illo* desunt in Paris. B. — 4) Paris. C, *corum*. — 5) Paris. B, *iuxta*. — 6) Paris. B, C, addunt *dignanter*. — 7) Paris. B, *generaliter*. — 8) Paris. C, Lugd. Bat. B, *que*. — 9) Cæteri, *regimini populari*. — 10) Paris. C, *quieti*. — 11) Paris.

Digitized by Google

niam [12]) sanctæ memoriæ vir apostolicus ille, illius urbe [13]) episcopus, fine adpropinquante [14]), ab hac luce migravit, tempore nature complenti, ne distitute sint, quod absit, oves decidente pastore, in loco eiusdem suppliciter postolamus ut [15]) instruere [16]) digneris [17]) inlustrem virum illum, aut venerabilem illum, cathedre illius successorem, in quo est prespicuetas sublimis, ingenuetas nationes, elagantia refulgens [18]), diligentia castitatis [19]), caritatis, locuplex [20]) voluntatis. Inrefragabiliter manus nostræ hunc consensu decrevimus roborare.

ex hac visus est luce discessisse, cursum vite suæ feliciter peragens, ergo ne destitute sint, quod absit, oves decidente pastore, in loco eiusdem subrogari faciatis virum inlustren N. cathedre illius successorem, in quo paret esse circumspecta moderatio, sublimis scientia, nobilitas generis, eligantia morum, continentia laudabilis, amor civium, sollicitudo pastoralis seu bonæ voluntatis adsensus. Nos siquidem fideles servientes vestri de civitate illa una cum consensu totius cleri, vestræ serenitatis largitati suffragantes, hanc ad vos deprecatoriam direximus scedolam.

Episcoporum electio.

C, *possit*. — 12) Paris. C, *quam*. — 13) Cæteri, *urbis*. — 14) Paris. C, Lugd. Bat. B, *finem adpropinquantem*. — 15) H. v. deest in Paris. B. — 16) Cæteri, *instituere*. — 17) Paris. C, Lugd. Bat. B, *dignetis;* Paris. B, *dignanter*. — 18) Paris. C, *eligacia refungens*. — 19) Paris. C, *castitas*. — 20) Paris. B, C, *lucuplex*.

Digitized by Google

DXVI.

CARTA DE EPISCOPATU [1]) *a*).

Episcoporum electio.

Dum iuxta [2]) apostoli dictum : *Omnes potestas sublimatur a Domino b*), et quatenus post Deum [3]) in regia manet potestate, qualiter cuncta terrena debeantur gubernare; unde oportit nobis salubri consilium retractare [4]), ut illi erga locis [5]) sanctorum instituantur custodes, qui digne ab [6]) ipso offitio [7]) gubernandum [8]) aparere nuscuntur. Igitur dum et vestra, et clerum vel pagensium civitatis [9]) illius adfuit peticio, ut relicta urbe illa, qua prius regere aut gubernare [10]) videbamini, in superscripta urbe illa cathedra pontificale suscipere deberitis, et dum vos apud animos nostros [11]) et accio commendat probata, et nobilitatis ordo sublimat, ac morum probitas vel mansuetudo et prudentiæ [12]) onestatis [13]) exornat, cum consilio et vo-

DXVI. Exstat h. f. in codd. Paris. B, C, Lugd. Bat. A, B, Monac. A; vulgat. a Lindenbrog. nº 4. — [1]) In cod. Monac. A rubrica sic inscribitur : *Epistola regis pro episcopo ordinando.* — [2]) Lugd. Bat. A, Monac. A, *Domino almifico apostolicæ dignitatis honorificando N. præsuli, ille gratia Dei rex. Igitur dum iuxta....;* Lugd. Bat. B, *Ille rex Francorum. Dum iuxta.....* — [3]) Monac. A, *Dominum.* — [4]) Cæteri, *pertractare* — [5]) Monac. A, *loca.* — [6]) Cæteri, *ad.* — [7]) H. v. deest in Lugd. Bat. A, Monac. A. — [8]) Lugd. Bat. A, *gubernantes.* — [9]) Verba *gubernandum..... civitatis* desunt in Paris. C. — [10]) Monac. A, *gubernare et regere.* — [11]) Paris. C, *animus noster;* Monac. A, *amicos nostros.* — [12]) Verba *et prudentiæ* desunt in Paris. C. — [13]) Cæteri, *honestas, honestitas.*

a) Les manuscrits de Paris C et de Leyde B donnent pour rubrique à cette formule les mots *Ad germanam.* Le manuscrit de Paris ajoute même à la suite quelques lignes, qui sont évidemment tirées d'une lettre écrite par un évêque à sa sœur. On voit clairement qu'il y a eu, dans les deux manuscrits, confusion et mélange de deux formules très-différentes; mais il est singulier que la même erreur ait été commise à la fois par les deux copistes.

b) Cf. *Epist. B. Pauli ad Roman.*, cap. I, ℣. 21.

Digitized by Google

luntate pontificum procerumque nostrorum, iuxta voluntate et consensu clerum et plebium [14]) ipsius civitatis, in superdicta [15]) urbe illa pontificalem, in Dei nomine, vobis commisimus dignitatem. Propterea per præsentem præceptum decernimus [16]) hac iubemus ut supradicta [17]) urbis [18]) vel rebus [19]) æcclesiæ ipsius et clerus sub vestro arbitrio et gubernatione consistant, et erga regimine nostro [20]) semper [21]) fidem inlibata custodire debeatis, et iusta [22]) canonica institutionem plebem vobis commissam assiduæ prædicationem sermonibus expolire [23]), et non minus pietate quam severitate constringere studeatis, et cura pauperum vel necessitate patientium [24]) cum ingente cura et dileccione procuretis, et adquesita multiplicataque [25]) gregis vestri salute, nulis maculis sordidato ad ovile dominico valeatis præsentare; quatenus, dum æcclesia vobis ad dispensacione divina commissa strinuæ regere [26]) atque gubernare videamini, vobis apud æternum retributorem [27]) mercedum suffragia largiantur [28]), et [29]) vos inmensum [30]) Dominum pro nostrorum mole peccaminum [31]) assiduæ exorare debeatis.

Episcoporum electio.

— 14) Lugd. Bat. A, Monac. A, *plebis;* verba *voluntate..... plebium* desunt in Paris. C. — 15) Lugd. Bat. B, Monac. A, *supradicta;* Lugd. Bat. A, *suprascripta.* — 16) Paris. C, *discernimus.* — 17) Lugd. Bat. A, *suprascripta.* — 18) Cæteri, *urbs.* — 19) Cæteri, *res.* — 20) Lugd. Bat. A, Monac. A, *regimen nostrum.* — 21) Verba *vestro.... semper* desunt in Paris. C. — 22) Cæteri, *iuxta.* — 23) Lugd. Bat. A, Monac. A, *adortare et erudire faciatis.* — 24) Lugd. Bat. A, Monac. A, *indigentium.* — 25) Lugd. Bat. A, Monac. A, *adquisita vobis multipliciter.* — 26) Paris. C, *stringere.* — 27) Lugd. Bat. A, Monac. A, addunt *Dominum.* — 28) Lugd. Bat. A, Monac. A, *merces suffragetur.* — 29) Lugd. Bat. A, Monac. A, addunt *ut.* — 30) Lugd. Bat. A, Monac. A, *universorum.* — 31) Lugd. Bat. A, *pro nostrorum scedulas mole;* Monac. A, *pro nostris sceleribus.*

Digitized by Google

DXVII.

PRÆCEPTUM DE EPISCOPATUM [1]).

Episcoporum electio.

Ille rex, viro apostolico illi episcopo. Quamlibet [2]) nos ad ministrandum gubernandumque rerum statuę [3]) præcelsis occupationibus regię sollicitudinis causa [4]) constringat, nihil tamen tam principali quam principi dignum est, ut, cum a [5]) pastoralis paulolum oberat [6]) plebs distituta præsidio, pro [7]) salutem animarum huiusmodi personas locis celsioribus pontificalem prospiciat [8]) conmittere dignitamen [9]), in quibus maneat duppliciter sermo, ut populi magistrum actus [10]) Christi emitetur [11]), qui plebem non minus pietate quam severitate constringat, qui sciat commissa sibi talenta assiduæ prædicationis sermonibus expollire [12]), et adquesita multiplicataque gregi sui [13]) salutem, ad ovili dominico nullis maculis [14]) sordidato valeat præsentare. Et quia cognovimus sanctæ recordationis domno illi, urbis illius antestite, evocatione divina ab hac luce migrasse, de cuius successore sollicitudinem congruam una cum pontificibus vel proceribus nostris plenius detractantes [15]), decrevimus inlustris viro aut venerabile illo in ipsa urbe [16]) pontificale, in Dei nomine, committere dignitatem; quem plerumque apud animos nostros et actio probata commendat, et nobilitas [17]) ordo

DXVII. Exstat h. f. in codd. Paris. A, B, C, Lugd. Bat. B; vulgat. inter Marculf. I, 5. — 1) Paris. B, *episcopato*. — 2) Paris. B, *quamvis*. — 3) Paris. B, *statu;* Paris. C, *statute*. — 4) Cæteri, *cura*. — 5) H. v. deest in Paris. B, C. — 6) Paris. B, *aberrat*. — 7) H. v. deest in Paris. B. — 8) Cæteri, *præspiciat*. — 9) Cæteri, *dignitatem*. — 10) Paris. B, C, addunt *ut*. — 11) Cæteri addunt *discipulus*. — 12) Paris. B, *expleri*. — 13) Paris. C, Lugd. Bat. B, *gregis suæ*. — 14) Verba *nullis maculis* desunt in Lugd. Bat. B. — 15) Cæteri, *pertractantes*. — 16) Paris. B, *in urbe illa*. — 17) Lugd. Bat. B, *nobilitatis*.

Digitized by Google

sublimat, ac morum probitas vel mansuetudinis et prudentię honestitas [18]) exornet. Qua de re statuta præsentibus ordinamus, et cum adunatorum caterva pontificum, ad quos tamen nostrę serenitatis devotio scripta pervenit, ipsum, ut ordo postolat, benedici [19]) vestra industria studeat [20]), voluntatis nostrę deliberationis reseratis [21]) oraculis publicare, atque effectum, Domino annuente, sortire; quatenus, dum ecclesia sibi a dispensatione divina commissa strinuę regere adque gubernare videtur, nobis apud æternum retributorem mercedem [22]) suffragia largiantur, et illi pro peccatorum nostrorum mole indesinenter inmensum Dominum debeat deprecare.

Episcoporum electio.

DXVIII.

INDICULUM REGIS AD EPISCOPO, UT ALIUM BENEDICAT [1]).

Domino sancto [2]) sedes apostolicæ dignitatis colendo [3]) in Christo patri illi episcopo, ille [4]) rex. Credimus [5]) iam ad vestram reverentiam pervenisse sanctæ recordationis [illum] [6]) illius urbis antestite evocatione divina de præsenti seculi luce [7]) migrasse. De cuius successorem sollicitudinem integram [8]) cum pontificibus vel primatus populi nostri pertractantes, decrevimus inlustris [9]) viro illo aut venerabile viro [10]) illo [11]) ad præfata [12]) urbe regulari-

— [18]) Paris. B, *honestas*. — [19]) Paris. C, *benedicio*. — [20]) Paris. C, *instruat*. — [21]) Paris. B, *refractis*. — [22]) Paris. B, Lugd. Bat. B, *mercedum, mercidum*.

DXVIII. Exstat h. f. in codd. Paris. A, B, C, Lugd. Bat. B, Monac. A; vulgat. inter Marculf. I, 6. — [1]) In cod. Monac. A rubrica sic inscribitur: *Epistola regalis ad archiepiscopum pro alterius successore*. — [2]) Monac. A, *magnifico*. — [3]) Monac. A, *alendo*. — [4]) Monac. A addit *gratia Dei*. — [5]) Paris. B, *creditis*. — [6]) H. v. e codd. Paris. B, C, Monac. A, supplevi. — [7]) Monac. A, *de præsenti seculo locum*. — [8]) Paris. B, *congruam*. — [9]) Paris. B, *inlustro*. — [10]) H. v. deest in Paris. C. — [11]) Monac. A addit *sacerdotali honore dignissimum*. — [12]) Monac. A, *in iam prefata*.

Digitized by Google

Episcoporum electio.

ter, Christo auspici, comittere dignitatem. Et ideo salutationum iura dignum debito [13]) honore solventes, petimus ut, cum ad vos pervenerit, ipsum, ut ordo postolat [14]), benedici [15]) vestra sanctitas non moretur, et iunctis vobiscum vestris [16]) conprovincialibus ipsum in suprascriptam urbem [17]) pontificem consecrare, Christo auspice, debeatis. Agat ergo almitas vestra ut et nostra voluntate devotionis [18]) incunctanter [19]) debeatis implere, et tam vos quam ipse pro stabilitate regni nostri iugi invigilatione [20]) plenius exoretis.

DXIX.

ITEM ALIA PRO EPISCOPO ORDINANDO.

Domino et patri P. Visocensis ecclesiæ pontifici *a*), C. [1]) indignus episcopus ecclesię C. *b*), a Deo Π et Υ et A, per intercessionem beati Π. α, gratiæ et misericordiæ pacisque [2]) habundantiam. Sublimitas vestra scire dignetur quia

— 13) Paris. C, Monac. A, *digno ac debito*. — 14) Monac. A, *exposcit*. — 15) Paris. B, *benediccio*. — 16) H. v. deest in Paris. B. — 17) Paris. C, *orbe*. — 18) Paris. B, *voluntatis devocione*. — 19) Monac. A addit *de hac re*. — 20) Monac. A, *sollicitudine*.

DXIX. Exstat h. f. in codd. Paris. H, Monac. B, Vindob. A; vulgat. inter Alsat. nº 13; eam recudit Ernst Dümmler in *Formelbuch des Bischofs Salomo III von Konstanz*, nº 27. — 1) Monac. B, Vindob. A, *S*. — 2) Monac. B, Vindob. A, *et pacis*.

a) Les catalogues des évêques de Besançon ne mentionnent aucun prélat dont le nom commence par un *P*. depuis saint Protade, qui monta sur ce siége vers 620, jusqu'à Ponce, qui l'occupait au commencement du douzième siècle. On verra par les faits discutés dans une des notes suivantes qu'il s'agit probablement ici de Théodoric ou Thierry, dont l'épiscopat a duré de 870 à 894.

b) La leçon des manuscrits de Munich et de Vienne, qui rectifie celle du manuscrit de Paris, montre que le prélat désigné ici est Salomon II, évêque de Constance, de 875 ou 876 à 890.

Digitized by Google

domnus noster K. rex *a*), comperto recessu fratris nostri N. Losaniensis episcopi, cuidam clerico suo eandem sedem tradere decrevit, pro quo mihi præcepit ut ex ministerio meo et consensu fratrum nostrorum ad sanctitatem vestram iuxta canonum decreta scriberemus. Quod Dei gratia oportune contigit; nam quando nobis eadem domni regis epistola præsentata est, numerosam synodam collectam habuimus. Quibus cum ipsam brevicolam [3]) legi fecissemus, maximo sunt omnes gaudio repleti, quod tanti apud illum sumus habiti, ut ex nobis aliquos summo sacerdotio non existimaret indignos. Commendamus ergo hunc fratrem nostrum, nomine A., religiositati vestræ *b*), Episcoporum electio.

— [3]) Monac. B, Vindob. A, *breviculam*.

a) Le souverain désigné ici par l'initiale *K*. n'est pas Charlemagne, comme le pensait Michel Denis, mais bien Charles le Gros.

b) Il est difficile de déterminer avec précision les circonstances qui ont donné lieu à cette formule, ou plutôt à la lettre originale qui lui a servi de modèle. Un seul fait peut nous servir de guide, c'est la coïncidence de la douzième indiction, mentionnée à la fin de la formule, avec la vacance de l'évêché de Lausanne. Cette coïncidence s'est présentée en 878 par le décès de l'évêque Hartmann. Une lettre du pape Jean VIII, datée de cette même année, nous apprend que la succession de ce prélat fut l'objet d'une lutte acharnée, et que l'archevêque de Besançon reçut la défense formelle de procéder à l'ordination d'un nouvel évêque, avant que la cour de Rome eût pris connaissance de l'affaire et statué sur la validité de l'élection. Nous savons encore par trois autres lettres du même pontife, écrites en 880, que Charles le Gros refusa pendant longtemps de reconnaître les droits de Jérôme, à qui le résultat de l'enquête avait été favorable, et dont le pape avait ratifié la nomination. Le cartulaire de Lausanne constate en effet que ce prélat ne fut consacré qu'en 881, trois ans après la mort de son prédécesseur. Ces quelques faits, dont l'exactitude n'est pas contestable, peuvent nous aider à reconstruire ceux auxquels notre formule fait allusion. Il est probable qu'aussitôt après la mort d'Hartmann, le peuple et le clergé de Lausanne lui donnèrent pour successeur Jérôme, tandis que le

Digitized by Google

Episcoporum electio.

nihil extra dicentes quam quod verum [4]) comperimus et scimus. Undique nobiliter genitus, moraliter enutritus, liberaliter instructus, in omni vita sua sine querela conversatus, ab anterioribus meis archiprespiteratus ministerio suscepto, cum omni diligentia plebem sibi commissam regere curavit. Cunctorum vitiorum osorem et omnium virtutum eum novimus amatorem. Pauperum et peregrinorum in eo susceptionem et omnibus hospitalitatem adeo cuncti scire et laudare consue[ve]runt, ut hanc ipsam dignitatem, quam nunc suscepturus est, non per aliquam ambitionem vel machinationem sive etiam subintroductam aut subimmissam personam, sed per solum hospitalitatis bonum, Deo benignitati eius vicem reddente, meruerit. Nam cum quodam in tempore dominus noster K. adhuc iuvenculus per flagrantissimum estum ad nocturnam mansionem sibi præparatam festinaret, et propter angustiam temporum per totam diem non habens quo diverteret, iuxta possessionem eiusdem prespiteri itineris rectitudine perveniens, devotissime ab eo susceptus et re-

— [4]) Monac. B, Vindob. A, addunt *de eo*.

roi nommait directement au siége vacant le clerc inconnu, que notre formule désigne par l'initiale A. La première lettre du pape Jean VIII semble indiquer, en effet, que c'était entre le candidat royal et celui de la population que la lutte était établie. Repoussé par le souverain, Jérôme se jeta dans le parti de Boson, et, quoiqu'il ne fût pas encore sacré, il suivit son métropolitain l'archevêque Théodoric à l'assemblée de Mantaille, le duc reçut la couronne royale. Cet acte de rébellion explique la longue opposition qu'il rencontra chez le roi Charles, même après que la cour de Rome eut prononcé en sa faveur. Cette opposition ne céda qu'aux efforts de Jean VIII, et probablement aussi à la soumission de Jérôme. Cf. *Annales Lausanenses* (ap. Pertz, *Mon. Germ.* III, 152); *Joannis papæ VIII epist.* CX, CCXLIII, CCXLIV, CCXLV (ap. Mansi, *Concil. amplisc. collect.* XVII, 89, 178); Gingins la Sarra, *Les Bosonides*, passim.

Digitized by Google

galiter honoratus est; cui decedens promisit quia, si aliquando sibi facultas subpeteret, hoc ei prandium recompensaret. Nunc ergo ei, quem Deus, ut credimus, elegit, offitii vestri munus impendere dignamini. Dulcissimam paternitatem vestram et ecclesiam sanctitati vestræ commissam et omnes suffraganeos vestros cum gregibus suę curæ commendatis ad laudem et gloriam nominis [5]) diu Deus omnipotens conservare dignetur. AMEN. Scripta est autem hęc epistola anno præsenti, indictione XII. MCLXXIV *a*). Episcoporum electio.

DXX.

CONCESSIO REGALIS [1]).

In nomine sanctę et individuæ Trinitatis, Hl. [2]) rex Germaniæ *b*). Si ergo [3]) loca ab anterioribus nostris divinŏ

— [5]) Monac. B, Vindob. A, addunt *sui*.

DXX. Exstat h. f. in codd. Paris. H, Monac. B, Vindob. A, Rhenaug. A; vulgat. inter Alsat. nº 6; eam recuderunt Ernst Dümmler in *Formelbuch des Bischofs Salomo III von Konstanz*, nº 1, Friedrich von Wyss in *Alamannische Formeln und Briefe*, nº 19. — [1]) Hæc rubrica deest in Monac. B. — [2]) Rhenaug. A, *Hludovicus*. — [3]) Monac. B, Rhenaug. A, *erga*.

a) Michel Denis (*Codd. mss. theolog. bibl. Vindob.*, t. I, part. III, p. 2990) a cru que ce chiffre représentait une date, et comme notre formule lui paraissait remonter au règne de Charlemagne, il a proposé de le corriger, et de lire DCCLXXIV au lieu de MCLXXIV. On s'explique difficilement une semblable erreur chez un homme aussi savant. En effet, ce chiffre ne représente point une date, mais la somme des différents nombres exprimés en lettres grecques, dont l'emploi constituait le caractère propre des *lettres formées*.

b) Si on ne connaissait d'autre manuscrit que celui de Paris, il serait impossible de déterminer à quel souverain appartenait le diplôme qui a servi de modèle à cette formule. En effet, le nom de ce prince est exprimé dans la suscription par les initiales *Hl.* et

Digitized by Google

Episcoporum electio.

cultui mancipata et servos Dei in eisdem commanentes liberalitas nostra aliquid beneficiorum contulerit, merce-

dans la signature par l'initiale *K*. Aussi Eccard (*Leges Francorum*, p. 235, not.) et Zurlauben (*Mémoires de l'Acad. des Inscript.*, XXXVI, 185) ont-ils pensé que le copiste s'était servi tour à tour de deux diplômes, dont l'un, émané de Louis le Germanique ou de Louis le Jeune, avait fourni le modèle de la suscription, tandis que l'autre, émané de Charles le Gros, avait fourni le modèle de la signature.

Quelque ingénieuse que soit cette conjecture, elle ne résout pas toutes les difficultés. Il reste à expliquer pourquoi Charles le Gros, cinq ans après son avénement à l'empire, *anno imperii eius quinto,* ne prenait encore que le titre de *rex*. Eccard, répondant d'avance à cette objection, proposait d'admettre dans les termes mêmes de la signature un nouveau mélange opéré par le copiste, qui aurait emprunté au diplôme de Charles le Gros le nom du souverain désigné par l'initiale *K*. et au diplôme de Louis le Germanique le titre de *rex in orientali Francia*. Mais j'avoue qu'en tout état de cause j'aurais quelque peine à suivre Eccard dans cette dernière supposition.

La comparaison des trois manuscrits de Munich, de Vienne et de Rheinau, rend heureusement toutes les conjectures inutiles. Les deux premiers expriment le nom du prince, dans la signature aussi bien que dans la suscription, par les initiales *Hl;* il est écrit en toutes lettres dans le troisième. Il demeure donc certain que le diplôme dont il s'agit émanait d'un souverain nommé Louis, et l'hésitation n'est possible qu'entre Louis le Germanique et son fils Louis le Jeune (Cf. *supra,* p. 60, note *a*). Eccard (*loc. cit.*) et Heumann (*Commentarii,* II, 2) se sont prononcés pour le premier; Zurlauben (*loc. citat.*) et Frédéric de Wyss (*Alamannische Formeln und Briefe*, p. 39, note 2) pour le second. Ce partage d'opinions ne doit pas surprendre, si on réfléchit que les formules diplomatiques employées par ces deux princes offrent la plus grande analogie, et que leurs chancelleries ont presque toujours suivi les mêmes traditions. (Cf. *supra*, p. 188, note *a*).

Je crois cependant avoir trouvé dans le texte même de la formule deux raisons de décider en faveur de Louis le Germanique. La première est tirée de la date, où se trouvent exprimés le jour, le mois et l'année du règne, sans aucune mention de l'année de l'incarna-

Digitized by Google

dem nobis ob hoc a Deo credimus rependendam et prolem nostram post nos feliciter regnaturam. Et idcirco omnes fideles nostri et filiorum nostrorum, præsentes scilicet et futuri, cognoscant quod venerabilis vir N., illius ecclesiæ præsul, precibus quibus ausus est serenitati [nostræ][4]) suggessit quia canonici et familia ipsius ecclesiæ sed et alii clerici et cunctus populus eiusdem dioceseos nimium solliciti essent et suspecti quisnam illis aut cuius gentis post se episcopus ordinaretur, timentes videlicet ne si ignotus ignotis vel etiam alterius linguæ diverso-

Episcoporum electio.

—[4]) H. v. e cæteris supplevi.

tion. Ces énonciations sont, en effet, les seules qu'on rencontre dans les diplômes de Louis le Germanique, tandis que dans ceux de Louis le Jeune l'année de l'incarnation est presque toujours jointe aux autres indications chronologiques (Cf. *Nouveau Traité de Diplomatique*, V, 722, 724; Natalis de Wailly, *Éléments de Paléographie*, I, 332). — La seconde est tirée du préambule, où le roi s'adresse à ses fidèles et à ceux de ses fils, *omnes fideles nostri et filiorum nostrorum*. Or ce langage convient à Louis le Germanique, dont les trois fils ont été, du vivant même de leur père, mêlés au gouvernement; mais il ne saurait appartenir à Louis le Jeune, qui n'eut qu'un seul enfant, mort avant d'avoir atteint sa deuxième année.

On peut enfin objecter à l'attribution que je propose le titre de *rex Germaniæ*, qui est inusité dans les diplômes de Louis le Germanique. Mais, d'une part, ce titre est également étranger aux diplômes de Louis le Jeune, et, d'autre part, il est certain que depuis l'agrandissement de ses états, en 833, Louis le Germanique reçut fréquemment des chroniqueurs et des rédacteurs d'actes privés le titre de *rex Germaniæ* (Cf. *Annales Bertiniani*, ad ann. 845, 846, 849, 869, 874, ap. Pertz, *Monum. Germ. hist.* I), quelquefois même celui de *rex Alemanniæ* (Cf. Neugart, *Cod. diplomat.*, nos CCLVI, CCLIX, CCLXIII, CCLXIV). On peut donc supposer que le rédacteur de notre formule a modifié sous ce rapport le diplôme qui lui servait de modèle, et qu'il s'est écarté des règles de la chancellerie royale pour adopter une expression consacrée en quelque sorte par l'usage.

Digitized by Google

Episcoporum electio.

rumque morum superponeretur [5]), eis nequaquam convenire potuisset. Cuius suggestioni assensum nostræ pietatis accommodantes et Christianę plebis utilitati prospi[ci]entes, per auctoritatem nostræ potestatis eidem ecclesiæ hoc pacto in eodem clero vel etiam in ipsa parrochia ius sibi eligendi episcopum in elemosinam nostram concessimus : id est si inter ipsos canonicos ingenui et nobiles homiles [6]) divine auctoritatis eloquiis et synodalium decretorum constitutis instructi et bonis moribus adornati fuerint inventi, per consensum sacrorum ordinum et natu maiorum nobilium [7]) laicorum qui dignus ex eis electus fuerit ad nostræ serenitatis deducatur aspectum, ut per nostram comprobationem clericis et monachis et omni populo acceptus et honorabilis habeatur. Quod si inter eos talis inveniri [8]) nequiverit, sunt Dei gratia monasteria in eadem diocesi nobilibus et eruditis viris referta; inde dignum et industrium [9]) ecclesię Dei rectorem invenientes, nostro conspectui perducant eligendum, ut per nos archiepiscopo commendatus offitii sui auctoritatem per nostram optineat potestatem. Si hoc noluerint, de tota parrœchia unum quemlibet clericum natalibus et doctrina pollentem cum consensu populi eligentes, nobis [10]) videndum et comprobrandum [11]) presentantes, petitionem suam apud clementiam nostram se obtinere confidant. Si vero, quod apsit [12]), personam servili iugo notabilem vel publicis exactionibus debitam aut etiam viciis suis consentaneam vel ipsi sine populo eligere vel nobis absque idoneis parrœchię testibus assignare præsumpserint, liceat nobis potestate regia uti, et iuxta scientiam nobis divinitus con-

— 5) Rhenaug. A, *supponeretur*. — 6) Cæteri, *homines*. — 7) Cæteri, *nobiliumque*. — 8) Rhenaug. A, *conveniri*. — 9) Rhenaug. A, *instructum*. — 10) Rhenaug. A, *nobisque*. — 11) Cæteri, *comprobandum*. — 12) Cæteri, *absit*.

Digitized by Google

cessam ecclesię Dei [13]) dignum constituere [14]) sacerdotem, qui et ecclesiam canonice sciad [15]) regere et ad nostram obsequelam vel obsequium [16]) per etatis et industriæ commoditatem sufficiat occurrere; quod etiam ceteri, [de quibus supra diximus] [17]), si perveniant [18]) ad episcopium, sibi noverint subeundum. Ut autem hęc concessio nostra firmitatis suæ diuturnum obtinere possit vigorem, placuit nobis eam propria manu roborare [19]) et anuli nostri inpressione munire. Episcoporum electio.

Signum [20]) K. [21]), serenissimi regis in orientali Francia.

Data kalendis maii, anno imperii eius quinto *a*).

Actum Regino curtę [22]) publica *b*) in regno [23]) Baioario-

— [13]) H. v. deest in Monac. B, Vindob. A. — [14]) Rhenaug. A, *construere.* — [15]) Cæteri, *sciat.* — [16]) Cæteri, *et ad nostrum obsequium.* — [17]) Verba uncis inclusa e cæteris supplevi. — [18]) Cæteri, *pervenerint.* — [19]) Vindob. A, *laborare.* — [20]) H. v. deest in Rhenaug. A. — [21]) Monac. B, Vindob. A, *Hl;* Rhenaug. A, *Hludovici.* — [22]) Monac. B, Vindob. A, *curta.* — [23]) Cæteri, *regione.*

a) J'ai déjà fait observer (Cf. *supra*, pag. 190, note *a*) que Louis le Germanique avait reçu quelquefois le titre d'*Augustus*, bien qu'il n'ait jamais été revêtu de la dignité impériale. On trouve de même dans quelques documents le mot *imperium* substitué au mot *regnum* dans la computation des années de son règne (Cf. *Charta synodi Wormatiensis*, ap. Schaten, *Annales Paderb.*, I, 163). La même confusion se rencontre dans la formule LXXII, au sujet des années d'Othon Ier.

b) La ville de Ratisbonne doit son origine à l'un des camps fortifiés élevés par les Romains sur les bords du Danube. Les routes qui venaient y aboutir du Norique et de la Pannonie et les avantages qu'elle tirait de sa position géographique lui assurèrent de bonne heure une grande importance commerciale. Elle fut pendant une longue suite de siècles la capitale de la Bavière, et son palais servit tour à tour de résidence aux souverains nationaux, aux princes Carlovingiens et aux ducs ou marquis qui leur succédèrent. Aussi les documents du moyen âge lui donnent-ils fréquemment la qualification de *civitas regia, curtis*

Digitized by Google

Episcoporum electio.

rum *a*), anno ab incarnatione Domini qualicumque, indictione quavis.

DXXI.

[*Sine rubrica.*] [1]).

Adnuntiamus vobis, dilectissimi fratres, quatenus divina inspiratione admonitus dominus clementissimus et imperator christianissimus Hludowicus unamquamque rem, quæ vitio aliquo depravata fuerat, ad suum ius et ad rectitudinis tenorem nititur revocare. Et maxime de his quæ ad Dei ecclesias pertinent curam gerit, ut suos omni modo habeant honores, et ut rectores earum apti sint ea provi-

DXXI. Hanc formulam a Sirmondo vulgatam Baluzius recudit inter *Formulas promotionum episcopalium*, n° 6. — [1]) Sirmondus rubricam sic inscripsit : *Adlocutio visitatoris episcopi ad clerum et plebem;* Baluzius autem : *Adlocutio missorum imperatoris Ludovici Pii ad clerum et plebem electionis causa congregatam.*

publica ou *regia, locus publicus regalis.* Elle devint plus tard ville libre et impériale, et demeura jusqu'au commencement de ce siècle le siége des diètes de l'Empire. Le nom de *Castra Regina* ou *Reginum,* sous lequel elle est désignée dans la *Notitia imperii* et dans la Table de Peutinger, vient de la *Regen,* petite rivière qui se jette dans le Danube précisément en face du lieu où Ratisbonne est bâtie. Ce nom se conserve encore intact dans la forme allemande *Regensburg,* dont la forme française *Ratisbonne* n'est probablement qu'une corruption. Cf. *Chronicon Gotwicense,* lib. III, p. 505; Knipschild, *Tractatus de juribus civitatum imperialium,* lib. III, cap. XLIII; Ried, *Cod. diplom. Ratisbonensis,* præfat.; *Notitia dignitatum imperii,* t. II, p. 765 (ed. Böcking); Max. de Ring, *Mémoire sur les établissements romains du Rhin et du Danube,* II, 111.

a) Le royaume de Bavière, érigé d'abord en 815 pour Lothaire, fut attribué à Louis le Germanique par le partage de 817. Cf. *Charta divisionis imperii* (ap. Baluz. *Capitul.*, I, 573); Buchner, *Geschichte von Baiern*, II, 32 et suiv.

Digitized by Google

dere quæ eis commissa sunt. Notum sit omnibus suis fidelibus, qui in ista parochia consistunt, ideo nos huc missos fuisse, ut concessam ab eo potestatem inter vos eligendi sacerdotem adnuntiaremus, quia multum ei vestra fatigatio abhorret, quod tamdiu absque pastore et rectore erratis. Quamobrem imperialis clementia atque prudentia talem virum a Deo electum et omnibus probatum eligere sanxit, qui ad utilitatem omnium in sancta Dei ecclesia proficiat; et universa vestræ sanctitati enumerare iussit, quibus virtutibus et moribus ornatus, quibusque vitiis et reprehensionibus innotabilis existere debeat, qui ad talem honorem desiderat pervenire. Cuius optime beatus Paulus apostolus vitam moresque discutiens in epistola, quam scripsit ad Timotheum. Dicit enim : *Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, sed suæ domui bene præpositum, filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Non neophytum, ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli. Oportet autem illum et testimonium habere bonum ab iis qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat et in laqueum diaboli* a). Item ad Titum de eadem re scribens, ait : *Huius rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea quæ desunt corrigas, et constituas per civitates presbyteros, sicut et ego disposui tibi : si quis sine crimine est, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ aut non subditos. Oportet enim episcopum sine cri-*

Episcoporum electio.

a) Cf. *Epist. pr. B. Pauli ad Timoth.*, III, 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7.

Digitized by Google

Episcoporum electio.

mine esse, sicut Dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sua et contradicentes resistere a). Adportetur liber, et præsentibus vobis istæ sententiæ legantur. Volumus ut etiam canones coram vobis legantur, in quibus præcepta nostræ vitæ continentur, ut in illis potius discamus quales ad tale ministerium promoveri conveniant. Ideo revera et sententias apostoli et capitula canonum legi præcipimus, ne quis ignorationis causa se possit tueri, si de electione fuerit iure correptus. De canone apostolorum cap. XVII et XVIII et XXX et XXXVII legatur. Item de canone Antiocheni [concilii] cap. XIX. Item de canone Laodicensium cap. XII et cap. XIII. Item de canone Chalcedonensi cap. II et cap. IV. Item de canone Sardicensis concilii cap. II et cap. V. Item de canone Africani concilii cap. XVII. Item de canone Hipponensis concilii cap. XVII et cap. LVII. Item de decretis papæ Siricii cap. VIII et cap. IX et XIV. Item in decretis Zosimi cap. III. Item in decretis Innocentii cap I. Item in decretis Gelasii cap. XXIV. Item in decretis Celestini cap. XVIII et XX. Item in decretis Leonis papæ cap. XXXIII et cap. XXXV et cap. XLIX.

Meminisse vos decet, o Dei sacerdotes, propositi et ordinationis vestræ, qui gubernacula tenetis animarum, et positi estis columnæ in ecclesia Dei ad sustentandos infirmos, ad confortandos imbecilles, ad consolandos pusillanimes. Vobis cura pauperum commissa est, vestro ore corpus Christi conficitur, per impositionem manuum vestrarum a

a) Cf. *Epist. B. Pauli ad Tit.*, cap. I, ℣. 5, 6, 7, 8, 9.

Digitized by Google

laqueis diaboli homines liberantur. Cavete ne ab adversario decipiamini, ut concessa potestas eligendi in maius vos ponat periculum. Bene nostis, fratres, quod periculum vobis dicimus : id est ne quis per adulationem aut per timorem aut per præmium aut per aliquam talem amicitiam, quam nonnulli inter se homines dando et remunerando habere solent, sed is qui dignus et omnibus amabilis et moribus bonis et sanctæ conversationis existens, ad istam sanctam et venerabilem sedem pontifex eligatur. Mementote quemadmodum de imperitis vel falsis pastoribus Salvator loquitur dicens : *Quod si cæcus cæcum duxerit, nonne ambo in foveam cadent a*)? Non dominum eligite, sed sacerdotem; non tyrannum, sed episcopum; non qui præesse, sed prodesse velit; non eum cui dominari magis quam consulere subditis placet. Huc usque sacerdotibus loquimur, de quibus Dominus dicit : *Sancti estote, quoniam ego sanctus sum b*). Nunc ad cæteros clericos veniamus, qui cum humilitate et patientia expectant donec ad altiorem promoveantur gradum, qui benedictionem iam sibi datam bonis operibus adornent, et nullis vitiis subiaceant. Vos etiam, fratres, ammonemus ut in hac electione unanimes sitis vestrisque prioribus obedientes, pari devotione communique consilio utilitatem vestram considerantes, nihil præter illorum conscientiam facientes, una voce pariter unum Deum suppliciter deprecamini, ut qui nullis meritis facientibus potestatem vobis eligendi tribuit, sibi placibilem et vobis utilem gubernatorem inter vos manifestet. Adtendite ne tam præclarum ac deificum munus ab illis deludatur, qui magis sua considerant commoda

Episcoporum electio.

a) Cf. *Evang. sec. Matth.*, cap. XV, ℣. 14.

b) Cf. *Lib. Levitic.*, cap. XI, ℣. 44.

Digitized by Google

Episcoporum electio.

quam aliorum. His enim nullus in hac electione locus detur, qui sanctum rectumque consilium vestrum perniciosis argumentationibus disturbare pertemptant; sed iuxta canonum instituta plurimorum ac meliorum prævaleant et roborentur sententiæ. Vos ergo, virgines viduæque, admonemus, quæ vitam vestram soli Deo dicastis, ut ab illo cumulum mercedis alii centesimum, alii sexagesimum reciperetis, ut simul cum his, quibus supra diximus, una mente Deum deprecemini, ut talem vobis sacerdotem dare dignetur, qui gregem sibi commissum ab omni periculo defendere valeat et velit. Non prætermittimus vos nobiles et fideles laicos, qui licitis connubiis adstricti et ad generandas proles legitimis coniugibus estis copulati, ut una voce, communi consilio, Deum omnipotentem pariter invocetis, ut non de aliena ecclesia sacerdotem vobis mittat, sed de ipsa familia, si dignus in ea aliquis fuerit inventus, dare dignetur. Sæpe enim inter eum, qui de aliena ecclesia fuerit pontifex factus, et inter gregem sibi commissum scandala et contentiones oriuntur, et peccatis facientibus fit lupus qui debebat esse pastor. Et semper inter eos, ut ait apostolus, *foris pugnæ, intus sunt timores a*). Absit ut inter vos talis eligatur, qui postea de pravis actibus incriminari [aut] condemnari possit. *Nolite errare,* inquit apostolus, *Deus non irridetur b*). Si forte aliquis per vestrum præmium aut per aliquam malitiosam artem hanc sedem subripere conaverit, et hoc vobis malum consentientibus ut in illum electio veniat, hoc nequaquam consentiemus vobis, sed domno imperatori adnuntiemus, et ille sine ullo periculo et cum licentia canonum, undecun-

a) Cf. *Epist. II B. Pauli ad Corinth.*, cap. VII, ℣. 5.

b) Cf. *Epist. B. Pauli ad Galat.*, cap. VI, ℣. 7.

Digitized by Google

que et cuicunque clerico voluerit, dare potuerit; et tunc merito auferetur a vobis potestas eligendi, quia Deo offendistis, et vosmet abominationem exhibuistis. Id noverit vestra tantummodo astutia in hac re esse sequendum quod nec præceptis apostolicis contrarium nec decretis sanctorum inveniatur adversum.

Episcoporum electio.

Hactenus singulariter unumquemque per gradum et propositum suum admonuimus. Nunc generaliter ad omnes sermo noster dirigitur, quia non solum hi qui primores, sed etiam minimi qui in ista parochia sunt, istius modi rebus omnino indigent. Magnopere studendum est, dilectissimi fratres, Deum suppliciter deprecari, ut talem inter vos ad suum servitium aptum et vobis profectuosum per suam magnam clementiam manifestare dignetur. Ideoque ammonemus ut triduana ieiunia ab omnibus in ista parochia commorantibus fieri iubeantur, et ut eleemosynæ quantumcumque dare potuerit in suo maneat arbitrio. Simulque omnes una voce unaque mente omnipotentem Deum deprecamur, ut talis Dei famulus Deoque dignus et bonis hominibus acceptus ad illam venerabilem sedem pontifex eligatur, qui postmodum nullo vitio, nulla reprehensione arguatur; sed sit bonis moribus ornatus et sancta conversatione suffultus sacrisque litteris imbutus, ut idoneus minister esse possit ad perficiendum ea quæ ei commissa fuerint. Quisquis abutitur ministerio, non sibi tantummodo nocet, sed etiam illis, quibus ad instar speculi in altiori et eminentiori loco positus, cuius vita et actiones cunctis sub illius regimine constitutis exemplar esse debeat. Quod si eius opera, qui cæteris præpositus est, doctrinam destruunt, cunctis ad dispectionem suo exemplo semet ipsum præbet. Ideoque eadem vestigia reciprocis sermonibus iteramus, ut melius intelligatis quanto studio

Digitized by Google

Episcoporum electio.

atque prudentia ea debetis providere, quæ diutius et stabiliter debent permanere. Nobis quoque huius electionis tantum observatio credita est, ne per ignorationem aut ambitionem delinquere sinamus. Ideoque mandamus vobis ex verbo domini imperatoris, et per illam fidem, quam Deo et domno imperatori Hludowico iureiurando conservare promisistis, ut ne in illo terribili examine, in quo omnes ante tribunal iudicis consistere debemus, in gravissimam damnationis sententiam incidatis, unde ultra nullatenus evadere valeatis, sed æterna damnatione excusabilem lugitis in perpetuo pœnam, ut eum, quem meliorem et doctiorem et bonis moribus ornatiorem in ista congregatione conversari noveritis, nobis eum celare non dedignemini. Non enim parva res est, quam superius diximus. Eam animis infigite vestris, ut diutius ventilata ad puritatem huius rei et ad unanimitatem corda vestra convertat. Numquid tam obdurati animo estis, ut nostra monita surda aure pertranseant, aut lapideum cor et ex silice nati, corum nostra non emolliat oratio? Quis infelicium de tali non terreatur supplicio? Quis miserorum, qui talibus dictis non vereatur? Audiant hi et timeant, qui fautores fieri volunt iniquorum, psalmistam dicentem : *Si videbas furem, currebas cum eo, et cum adulteris portionem tuam ponebas* a). Et etiam nihilominus delinquunt, qui pravis actibus consentiunt, quam in perversa agunt. Non eos solummodo esse reos apostolus testatur, *qui mala faciunt, sed qui consentiunt facientibus* b). Timemus ergo vestram offendere dilectionem, quod tam duriter loquimur; sed confidimus in Deo, quia idcirco nobis indignari

a) Cf. *Psalm. XLIX*, ℣. 19.

b) Cf. *Epist. B. Pauli ad Roman.*, cap. I, ℣. 32.

Digitized by Google

non vultis, quia perversa consilia vel acta testamur; sed quicunque irasci mavult, suam magis indicare conscientiam poterit, quam nostram depravare sententiam. Ideoque prius vitium accusamus quam oriatur, ut penitus deleatur, et ne nocivum vel pestiferum genus ambitionis detrimentum in vobis creat, aut quod ulla ambiguitas sermonum vel diversitas voluntatum a vero rectitudinis tramite vosmet deviare posset. Episcoporum electio.

DXXII.

EPISTOLA VOCATORIA METROPOLITANI PRO CONSECRATIONE EPISCOPI ELECTI.

Dilectissimis fratribus et filiis, presbyteris, diaconis, honoratis, clericis et possessoribus, vel cunctæ plebi illius ecclesiæ, simulque vocato episcopo illi, M., auxiliante Domino, metropolitanus sanctæ sedis apostolicæ illius. Dilectionem vestram salubriter alloquimur. Quia prædictum talem a vobis electum episcopum, virum venerabilem, tali ecclesiæ ordinare compellimur, laudemus et honoremus Iesum Christum, ut qui vobis hanc electionis devotionem dedit, nobis quoque perficiendi tribuat facultatem. Iam fatum virum religiosa violentia tenete, et ad sanctam nostram sedem illam perducere festinate, qui forte magis dignior erit, si se occultare voluerit *a*). Ob quam rem Episcoporum benedictio.

DXXII. Hanc formulam vulgavit Cordesius inter *Opuscula Hincmari*, p. 619; eam Baluzius recudit ad calcem *Formularum promotionum episcopalium*.

a) Le rédacteur du *Liber diurnus*, en insérant cette formule dans son recueil, a omis la phrase qui suit (Cf. cap. III, tit. II, ed. Garnier). Cette phrase, en effet, n'a aucun rapport avec le sujet, et semble n'avoir été introduite que par suite d'une confusion entre la présente formule et celle qu'on lira plus bas, n° DXXV.

Digitized by Google

Episcoporum benedictio.

hanc direximus admonitionem, quemadmodum optime placuit sanctæ synodo episcopum sine vocatoria suscipi non debere, ne obscuritas dubiæ ordinationis incurrat.

DXXIII.

[*Sine rubrica*] [1]) *a*).

In die ordinationis episcopi manissime pulsetur, et cantetur prima; post quam eatur ad capitulum, ibique a decano, archidiacono, cantore et cancellario ordinentur qui debent procedere ministri, sicut in maioribus mos est festivitatibus, hoc est duo acoliti cum turibulis, duo subdiaconi cum crucibus, septem acoliti cum candelabris et cereis, septem subdiaconi cum evangeliorum libris, septem diaconi cum sanctis reliquiis, duodecim presbiteri induti planetis, acolitus indutus podere cum vasculo aureo chrismatis.

Tercia pulsetur temporanee, et interim preparet se domnus archiepiscopus sandaliis et ceteris omnibus usque ad dalmaticam. Tunc induitur cappa, et tenens baculum pastoralem in manu procedit e sacrario. Similiter omnes episcopi exeant induti. Ipse autem electus necdum induatur sandaliis, sed tantum alba et stola et cappa, nec ferat baculum, sed ponatur super altare cum anulo, usque dum consecratus accipiat de manu archiepiscopi.

Venientes autem in ecclesia ponantur sedes ita : domnus

DXXIII. Exstat h. f. in cod. Rotomagensi; eam vulgavit Mabillonius inter *Vetera analecta*, II, 466 (p. 228, ed. in-f°). — [1]) Mabillonius rubricam sic inscripsit : *Ritus ordinandi pontificis in metropoli Rotomagensi.*

a) On lit un grand nombre de formules analogues dans le traité du P. Morin, *De sacris ecclesiæ ordinationibus*, et dans le recueil de D. Martene, *De antiquis ecclesiæ ritibus*.

Digitized by Google

metropolitanus sedebit verso dorso ad altare; sedilia vero ceterorum episcoporum ponantur ante oculos metropolitani; sedes autem ipsius electi ponatur in medio, non tamen ad maius altare. Episcoporum benedictio.

Comprovinciales autem episcopi offerant electum domno metropolitano his verbis : Reverende pater, postulat sancta mater ecclesia N. ut hunc presentem presbiterum ad onus episcopatus sublevetis. *Et respondeat metropolitanus :* Scitis illum dignum esse? *Et episcopi :* Scimus et credimus illum esse dignum, quantum humana fragilitas sinit nosse. *Et respondeant omnes :* Deo gratias. *Tunc metropolitanus ad episcopos :* Audiamus, si placet, quid de tanta consecratione sancti patres statuerunt. *Tunc cancellarius legat distincte et aperte ad intellegendum hæc decreta, dicens :* Iube, domne, benedicere. *Et domnus :* Quicquid in nobis Christo displicet, hoc Sanctus Spiritus emundet.

Ex decretis Anacleti pape.

Anacletus episcopus, universis episcopis in Italia constitutis, *et cet.....* *a*).

Tunc metropolitanus ad electum : Audisti, karissime, quod antiqua sanctorum patrum institutio docet et precipit, ut is qui ad ordinem episcopatus eligitur, maxime ut legimus in canone Kartaginensi *b*), antea diligentissime examinetur cum omni karitate de fide sancte Trinitatis, et interrogetur de diversis causis vel moribus qui huic regimini congruunt, et que necessaria sunt retinere, secun-

a) Cf. *Epist. secund. Anacleti papæ* (ap. Mansi, *Concil. ampliss. collect.*, I, 608). Les lettres attribuées à ce souverain pontife sont généralement regardées comme supposées. Cf. Coustant, *Epist. Roman. pontif.*, I, 50.

b) Cf. *Concil. Carthag. IV*, can. I (ap. Mansi, *Concil. ampliss. collect.*, III, 949).

Digitized by Google

Episcoporum benedictio.

dum apostoli dictum : *Manus nemini cito imposueris a*); et ut etiam is qui est ordinandus antea erudiatur qualiter sub hoc regimine constitutum oportęat conversari in ęcclesia Dei, ut inreprehensibiles sint qui ei manus ordinationis imponunt. Eadem divina auctoritate et precepto interrogamus te, dilectissimé frater, karitate sincera, si omnem prudentiam tuam, quantum tua capax est natura, divinę scripturę sensibus accomodare volueris.

Interrogatio. Vis ea, quę ex divinis scripturis intellexeris, plebem, cui ordinandus es, et verbis docere et exemplis? — *R.* Volo.

Interrogatio. Vis per Dei gratiam et tuam diligentiam talis esse, qualem episcopum esse debere docet apostolus, videlicet *sobrium, prudentem, pudicum, ornatum, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum? b*) — *R.* Volo.

Inter. Vis castitatem mentis et corporis, Deo donante, custodire, et in ea filios tuos enutrire? — *R.* Volo.

Inter. Vis beato Petro et sanctę Romanę ecclesiæ esse subditus, secundum statuta patrum? — *R.* Volo.

Inter. Vis sanctę Rotomagensi æcclesię michique et successoribus meis obediens esse et subditus? — *R.* Volo.

Inter. Vis mihi et æcclesię meæ professionem facere, sicut mos antiquitus constitutus obtinuit? — *R.* Volo et paratus sum in omnibus obedire.

Inter. Pauperibus et peregrinis omnibusque indigentibus vis esse propter nomen Domini affabilis et misericors? — *R.* Volo.

Deinde dicatur ei hæc oratio : Hæc omnia et cetera bona

a) Cf. *Epist. pr. B. Pauli ad Timoth.*, V, 22.

b) Cf. *Epist. pr. B. Pauli ad Timoth.*, III, 2, 3.

Digitized by Google

tribuat tibi Dominus, et custodiat te atque corroboret in omni bonitate. *Et respondeant omnes :* Amen. Episcoporum benedictio.

Interrogatio credulitatis.

Credis secundum intelligentiam et capacitatem sensus tui sanctam Trinitatem, id est Patrem et Filium et Spiritum Sanctum unum esse naturaliter atque essentialiter Deum, omnipotentem, eternum et incommutabilem, neque tamen ipsum Patrem esse qui Filius est, nec Filium ipsum esse qui Pater est, nec Spiritum Sanctum ipsum esse qui Pater aut Filius est, sed Patrem semper Patrem, Filium semper Filium, Spiritum Sanctum semper Spiritum Sanctum? — *R.* Credo.

Inter. Credis quod Pater plenus Deus est in se, et Filius plenus Deus est in se, et Spiritus Sanctus plenus Deus est in se, et tamen istas tres personas non tres Deos, sed unum esse Deum, vivum et verum, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, que sunt in cœlo et in terra, visibilia et invisibilia? — *R.* Assentior et ita credo.

Inter. Credis Dominum nostrum Iesum Christum Deum verum, plenum et perfectum, coomnipotentem et coequalem per omnia Patri in divinitate, temporaliter natum de Spiritu Sancto et Maria semper virgine, cum anima rationali, duas habentem nativitates, unam ex patre eternam, alteram ex matre temporalem, Deum verum et hominem verum, proprium in utraque natura atque perfectum, non adoptivum nec fantasticum, unicum et unum Deum, Dei filium, in duabus naturis, in unius persone singularitate, impassibilem et immortalem divinitate, sed in humanitate pro nobis et pro salute nostra passum vera carnis passione, die quadragesimo post resurrectionem cum carne qua resurrexit et anima ascendisse in cœlum et sedere ad

Digitized by Google

Episcoporum benedictio.

dexteram Patris, inde venturum iudicare vivos et mortuos et redditurum unicuique secundum opera sua? — *R.* Credo.

Inter. Credis panem, qui in mensa dominica proponitur, panem tantummodo esse ante consecrationem, sed in ipsa consecratione ineffabili potentia divinitatis converti naturam et substantiam panis in naturam et substantiam carnis, carnis vero non ullius alterius, sed illius quę concepta est de Spiritu Sancto et nata ex Maria virgine? — *R.* Credo.

Inter. Similiter vinum, quod aquę mixtum in calice sanctificandum proponitur, vere et essentialiter converti in eum sanguinem, qui per lanceam militis de vulnere dominici lateris emanavit? — *R.* Credo.

Inter. Credis unam sanctam, catholicam et apostolicam æcclesiam, in qua hęc singularis gratia conficitur, in qua unum datur baptisma, et vera omnium remissio peccatorum? — *R.* Credo.

Inter. Anathematizas omnem heresim extollentem se adversus hanc sanctam æcclesiam catholicam? — *R.* Anathematizo.

Inter. Credis veram resurrectionem eiusdem carnis, quam nunc gestas, et vitam æternam? — *R.* Credo.

Oratio. Hæc tibi fides augeatur a Domino ad veram et æternam salutem, dilectissime frater.

Oratio ad missam.

Adesto, Deus, supplicationibus nostris, ut quod nostrę humilitatis gerendum est ministerio, tuę virtutis impleatur effectu. Per.....

Alia.

Propiciare, Deus, supplicationibus nostris, et inclinato

Digitized by Google

super hunc famulum tuum cornu gratiæ sacerdotalis, benedictionis tuę in eo effunde virtutem. Per..... Episcoporum benedictio.

Secreta.

Hæc hostia, quæsumus, Domine, emundet nostra delicta, et ad sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora mentesque sanctificet. Per Dominum.....

Infra [a]ctione.

Hanc igitur oblationem servitutis nostrę, sed et cunctę familię tuæ, quam tibi offerimus etiam pro famulo tuo N., quem ad episcopatus ordinem promovere dignatus es, quesumus, Domine, ut placatus accipias, et propitius in eo tua dona custodias; ut quod divino munere consecutus est, divinis effectibus consequatur, diesque nostros.....

Postcommunio.

Hæc nos communio, Domine, purget a crimine, et cœlestis remedii faciat esse consortes.

Ad pollicem consecrandum.

Deus et pater Domini nostri Iesu Christi, qui te ad pontificalem sublimari voluit dignitatem, ipse te chrismate et misticę delibutionis liquore perfundat, et spiritualis benedictionis ubertate fæcundet; ut quicquid sanctificaveris sanctificetur, et consecratę manus istius vel pollicis impositio cunctis proficiat ad salutem.

Benedictio baculi.

Omnipotens et misericors Deus, qui ineffabili bonitate votis supplicantium assistis, quique ex tuę pietatis habun-

Digitized by Google

Episcoporum benedictio.

dantia affectum petendi adtribuis, baculo huic, quem ad pastoralis officii signum in tuo nomine dedicamus, tuæ benedictionis vim copiose infunde; ut eo pastor insignitus sic populum tuum sollicite custodiat, quatenus ab unitate æcclesiæ nullatenus deviare permittat, sed infractum redintegret, quassatum consolidet, seque una cum grege suo integrum tibi atque immaculatum conservet.

Benedictio anuli.

Deus totius creaturæ principium et finis, in quo clausa sunt omnia, hunc anulum benedicere et sanctificare digneris; ut qui per eum famulo tuo honoris insignia concedis, virtutem et premia largiaris, quo et discretionis habitum semper retineat, et veræ fidei fulgore prefulgeat, sanctæ Trinitatis quoque armatus munimine, miles inexpugnabilis acies diaboli constanter evincat.

DXXIV.

PROFESSIO GENERALIS ORDINANDI ARCHIEPISCOPI.

Ego huius sedis ordinandus archiepiscopus, et sacro ministerio vestro, sancti patres, prædicationis officium suscepturus, confiteor sanctam atque ineffabilem Trinitatem, Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, unum Deum naturaliter esse, unius substantiæ, unius naturæ, unius maiestatis atque virtutis. Dominum quoque nostrum Iesum Christum de Deo Patre ante tempora genitum, eundemque sub tempore de Spiritu Sancto conceptum et de Maria virgine natum credo, qui passus est pro redemptione humani generis, ad inferna descendit, indeque victor resurgens,

DXXIV. Hanc formulam a Sirmondo vulgatam recudit Baluzius inter *Formulas promotionum episcopalium,* nº 15.

Digitized by Google

et in cœlos ascendens, venturus est in fine seculi, ut reddat singulis prout gesserunt in corpore positi, sive bonum, sive malum. Præterea constitutiones quatuor principalium conciliorum, Nicæni, Constantinopolitani, Ephesini et Chalcedonensis, canones quoque synodorum et decreta, quæ orthodoxa fides suscipit et complectitur, me suscipere, tenere et prædicare velle confiteor. Hæreses vero et schismata, quæ catholica ecclesia anathematizat, et quicquid sanæ fidei adversatur, condemno, respuo, anathematizo. Beato vero Petro et vicario eius debitam subiectionem et obedientiam, suffrageneis vero nostris adiutorium me exhibiturum profiteor. Et huic professioni meæ coram Deo et angelis, sub testimonio quoque præsentis ecclesiæ, subscribo.

Episcoporum benedictio.

DXXV.

FORMATA EPISCOPO DANDA.

Dilectissimis fratribus et filiis, presbiteris, diaconibus, honoratis, clericis et possessoribus vel cunctæ plebi illius ecclesiæ, N., auxiliante Domino, archiepiscopus sanctæ sedis catholicæ illius. Electionem vestram Deo acceptissimam comprobantes, virum venerabilem N. in primo ordine vobis consecravimus sacerdotem. Ideoque dilectionem vestram solliciti commonemus, ut prædictum tali veneratione colatis, qua eum vobis voluistis consecrari pontificem. Quamobrem talem missum sedis nostræ direximus, ut optime placuit sanctæ synodo episcopum sine formata suscipi non debere, ne obscura aut dubia nota ordinationis incurrat.

DXXV. Exstat h. f. in cod. Monac. D; simillimam exhibet *Ordo romanus* (ap. *Bibl. max. Patrum*, t. XIII).

Digitized by Google

Episcoporum benedictio.

Ego N. recognovi. Isti N. in ordinatione illius ecclesiæ episcopi conscripserunt. Ego N. illius ecclesiæ episcopus subscripsi.

DXXVI.

ITEM EPISTOLA [1]).

Concilia.

L. [2]) sancte Magontiacensis ecclesiæ præsul *a*), fratri et consacerdoti Salomoni [3]) *b*) in Salvatore mundi salutes. Dilectio tua novit quod a recordatione iuventutis tuę, ut reor, nunquam in nostra diocesi episcoporum concilium est habitum. Et idcirco puto, quin potius metuo, quod in ecclesiis nostrę pusillitati conmissis multa grandia et insanabilia, tum propter suimet enormitatem, tum etiam propter incurię vel occupationis nostrę diuturnitatem, adeo concreverint, ut aut vix aut certe nequaquam sine magna auctoritate et vigore corrigi valeant. Quapropter, ut dicta canonum præcipere nosti, ut non dicam quod ad omnia meus semper fuisti, II nonas aprilis ad urbem Magontiam venire ne præteromittas [4]), ita paratus ut quamdiucumque causarum necessitas exposcit, ibi manere pro habundantia sumptuum possis. *c*) Et quicumque aliquid gravioris negotii, quod

DXXVI. Exstat h. f. in codd. Monac. B, Vindob. A, Paris. H; vulgat. inter Alsat. nº 24; eam recudit Ernst Dümmler in *Formelbuch des Bischofs Salomo III von Konstanz*, nº 38. — [1]) Hæc rubrica deest in Paris. H. — [2]) H. v. deest in Paris. H. — [3]) H. v. deest in Paris. H. — [4]) Paris. H, *prætermittas*.

a) Liutbert occupa le siége de Mayence de 863 à 889. Cf. *Gallia christ. nov.*, V. 449.

b) Salomon II, évêque de Constance, de 875 ou 876 à 890. Cf. *supra*, p. 622, note *b*.

c) Zurlauben (*Mémoires de l'Acad. des Inscript.*, XXXVI, 203) et Denis (*Codd. mss. biblioth. Vindob.*, I, 2998) ont cru pouvoir rapporter cette formule au concile tenu à Mayence en 888 (Mansi,

Digitized by Google

supra vires tuas existimes, vel nunc vel antecessorum tuorum temporibus habuerunt, aut tecum pariter venire aut seorsum tibi occurrere in loco memorato præcipe, ut ibi omnis eorum controversia finiatur. Vale. Concilia.

DXXVII.

RESPONSIO [1]).

Domino et in Christo patri illi archiepiscopo N., indignus ecclesiæ N. excubitor. Sanitate dulcedinis vestræ conperta omni gaudio repletus sum. Ad præcepta vestra, non solum ea quibus pro auctoritate regiminis [2]) vestri

DXXVII. Exstat h. f. in codd. Monac. B, Vindob. A, Paris. H, Rhenaug. A; vulgat. inter Alsat. nº 25; eam recuderunt Ernst Dümmler in *Formelbuch des Bischofs Salomo III von Konstanz,* nº 39, Friedrich von Wyss in *Alamannische Formeln und Briefe,* nº 29. — [1]) Hæc rubrica deest in Paris. H. — [2]) Hic incipit cod. Rhenaug. A.

Concil. ampliss. collect. XVIII, 61). C'est, en effet, le seul dont l'histoire fasse mention pendant toute la durée du pontificat de Liutbert, et comme l'évêque de Constance ne paraît pas y avoir assisté, puisqu'il ne figure pas au nombre des signataires, cette conjecture expliquerait la formule suivante, dans laquelle ce prélat s'excuse de ne pouvoir se rendre à l'invitation de son métropolitain. Cependant M. Dümmler a fait valoir une objection sérieuse: c'est qu'en 888 Salomon II n'était pas, comme l'indique sa réponse, dans la seconde, mais bien dans la douzième année de son pontificat. Un diplôme publié par Neugart (*Cod. diplom.*, nº D) prouve, en effet, qu'en 876 il était déjà en possession de son siége épiscopal, contrairement à l'opinion de Manlius, de Bucelin et de quelques autres, qui reculent son avénement jusqu'en 885. On est donc réduit à supposer que vers 877 ou 878, Liutbert convoqua un synode provincial, dont les historiens n'ont pas conservé le souvenir. Ce fait paraîtra d'autant plus vraisemblable qu'il n'est pas isolé; M. Dümmler cite un autre synode, également oublié par l'histoire, que Liutbert convoqua en 867, et que Binterim devait publier dans le *Supplementum conciliorum Germaniæ.*

Digitized by Google

Concilia. obtemperare subiectionem meam convenit, sed et omnia, quamvis gravia et difficilia, me semper esse paratissimum, utinam ita experimento probaveritis, sicut ego, memor scilicet beneficiorum et educationis vestrę, libentissime vobis ostendere desidero. Obsecro vero ne aures sapientissimi magisterii vestri forsitan offendat, si pietate vestra confisus unam [3]) apologiam, immo querimoniam vobis insinuare vel potius implorare præsumo. Sollertissima vestra novit industria quamdiu episcopium mihi conmissum ab infirmis et senio defessis hominibus retentum est, adeo ut iam nonus annus pene sit exactus, ex quo nullus eorum ipsam parrœchiam circuire potuerit. Et ego secundo iam anno illam retinens ob perturbationem reipublicę causarumque varietates et domini mei regis servitium nisi tantum dimidiam pertransire non [4]) potui; et licet in illis partibus, quas adhuc visitavi, non satis multa prava invenerim, metuo ne in illis, quas modo adire debeo, plurima distorta et incorrigibilia insipientiam meam deprehendere contingat, quę tamen cum gratia Dei et adiutorio prudentium virorum aliquantulum eventilare et discutere necessarium puto, antequam ad notitiam dignitatis vestrę [5]) et tantę synodi tam multa hęc et tam [6]) gravia ita incorrecta vel indiscussa perveniant, ne in mei peccatoris ministerio plus facinorum et flagitiorum [7]) reperiatur quam in cunctis suffraganeorum vestrorum parrœchiis. Ideoque supplico mansuetissimę religiositati vestrę ut, si vestrę benignitati placuerit, per hunc missum vilitati meę remandare dignemini si me ab hac profectione excusatum habere velitis, donec aliquid eorum, quę minus

— 3) Rhenaug. A, *vestram.* — 4) H. v. deest in Paris. H. — 5) Paris. H, *ad notitiam vestram vel dignitatis vestre.* — 6) Rhenaug. A, *etiam.* — 7) Verba *et flagitiorum* desunt in Rhenaug. A.

Digitized by Google

adhuc correcta sunt, ad normam iusticię dirigere queam. Nihil tamen in voluntate mea ponens, vestrę sanctitatis iussis impigrum me exhibere studebo. [8])

Concilia

DXXVIII.

[*Sine rubrica.*] [1]) *a*)

Prima hora diei induentur episcopi et abbates in sacrario, archidiaconus dalmatica, subdiaconus tunica, ceteri ministri albis et duo qui letaniam cantaverint cappis; et sic procedentes veniant ante altare, et ibi super tapeta prosternantur episcopi. Ipsi vero, qui cappis induti fuerint, confestim incipiant antiphonam : Exaudi nos, Domine, quoniam benigna; *qua cum psalmo* Salvum me fac *b*) *et* Gloria Patri *expleta, incipiant letaniam. Moxque surgentes episcopi pergant ad locum, ubi sedilia in choro disposita fuerint, ubi, finita letania, archidiaconus, accepta benedictione a pontifice, evangelium* Ego sum pastor bonus *c*) *legat. Quo perlecto, clamet alta voce :* Orate; *statimque omnes, tam episcopi quam clerici, solo tenus prosternentur, et orantibus eis surgat solus metropolitanus, dicens hanc orationem :*

Adsumus, Domine, Sancte Spiritus, adsumus peccati

— [8]) Paris. H addit *Valete.*

DXXVIII. Exstat h. f. in cod. Rotomagensi; eam vulgavit Mabillonius inter *Vetera analecta,* II, 457 (p. 226, ed. in-f°). — [1]) Mabillonius rubricam sic inscripsit: *Vetus formula celebrandi concilii provincialis in ecclesia Rotomagensi.*

a) D. Martene, dans son recueil *De antiquis ecclesiæ ritibus*, a donné plusieurs formules de conciles et de synodes provinciaux.

b) Cf. *Psalm. XI.*

c) Cf. *Evang. sec. Iohan.*, X, 11.

Digitized by Google

Concilia. quidem immanitate detenti, sed in nomine tuo specialiter aggregati. Veni ad nos et esto nobiscum et dignare illabi sensibus nostris. Doce nos quid agamus, quo gradiamur ostende, et quid efficiamur operare, ut te auxiliante tibi in omnibus placere valeamus. Esto salus et suggestor et effector iudiciorum nostrorum, qui solus cum Deo Patre et eius Filio nomen possides gloriosum. Non nos patiaris perturbatores esse iusticię, qui summam diligis ęquitatem, ut in sinistrum nos non ignorantia trahat, non furor inflectat, non acceptio muneris vel persone corrumpat, sed nos iunge tibi efficaciter solius tuę gratiæ dono, ut simus in te unum et in nullo deviemus a vero, quatinus in nomine tuo collecti sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis iusticiam, ut hic a te in nullo dissentiat sententia nostra et in futuro pro bene gestis consequamur premia sempiterna.

Finita oratione et responso ab omnibus Amen, *rursum archidiaconus dicit:* Erigite vos. *Confestim omnes surgant, et cum omni timore Dei, tam episcopi quam presbiteri, sedeant; sicque omnibus in suis locis in silentio consedentibus, faciat pontifex subscriptum sermonem de evangelio et de his quæ pertinent ad ea quæ tractanda sunt.*

Tunc archidiaconus, codicem canonum in medio proferens, iussu archiepiscopi capitula de agendis conciliis pronunciet:

Ex Niceno concilio, cap. V.

Servetur ista sententia, ut hi qui ab aliis excommunicantur, ab aliis in communionem non recipiantur. Requiratur autem ne pusillanimitate aut pertinacia aut aliqua episcopi molestia sint excommunicati. Ut hoc ergo decentius requiratur, placuit singulis annis per singulas provin-

Digitized by Google

cias bis in anno concilia fieri, ut omnibus simul episcopis in unum congregatis tales questiones inquirantur, et ita qui manifeste offenderint episcopum, rationabiliter excommunicati esse apud omnes putentur, quamdiu aut in communionem recipiantur, aut episcopo placeat humaniorem pro his ferre sententiam *a*). Concilia.

De concilio Calcedonensi, hera XVIII [2]).

Statuit sancta sinodus secundum patrum regulas bis in anno in unum convenire per singulas provincias episcopos, ubi singula corrigantur quę emerserint. Qui vero convenire noluerint, canonice corrigantur *b*).

Item de capitulis orientalium patrum.

Propter ecclesiasticas curas et altercationum solutiones bene placuit per singulas provincias bis in anno concilium fieri, convocante metropolitano omnes provincię episcopos. Qui vero venire contempserit, nisi summa necessitate, reus erit fraterni concilii.

Item de concilio Toletano IV [3]), hera XVIII.

Sermo.

Oportet nos, fratres karissimi, in omni concilii conventu fidem recitare, quam sancti patres Niceni, Constantinopolitani, Ephesini primi, Calcedonensis concilii sanxerunt,

— [2]) Corrig. XIX. — [3]) Corrig. III.

a) Cf. Mansi, *Concil. ampliss. collect.*, II, 667 et suiv. Le texte de ce passage, tel qu'il est reproduit dans notre formule, n'est littéralement conforme ni à la version connue sous le nom de la *Prisca*, ni à celle de Denys le Petit, ni à celle d'Isidore.

b) Cf. Mansi, *Concil. ampliss. collect.*, VII, 389. La première partie de ce passage est conforme à la version d'Isidore.

Digitized by Google

Concilia. corroboraverunt, ut eam firmiter et unanimiter teneamus, nec in aliquo ab eis dissentiamus, sed in nobis vera sit unitas fidei et firma et perseverans actio iusticię et pietatis. Unde, si placet vestrę sanctitati, iustum nobis videtur ut in audientia omnium recitetur, ut omnium mens in ea perseverabiliter corroboretur.

Tunc iubente archiepiscopo, dicit archidiaconus:

FIDES NICENI CONCILII.

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium et invisibilium conditorem; et in unum Dominum Ihesum Christum, Filium Dei, natum ex Patre unigenitum, hoc est ex substancia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum non creatum, ομουσιον, hoc est eiusdem cum Patre substancię; per quem omnia facta sunt cęlestia et terrena, qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de cęlis, et incarnatus est, et homo factus passus est et resurrexit tercia die, et ascendit in cęlum, inde venturus iudicare vivos et mortuos; et in Spiritum Sanctum. Eos autem qui dicunt: Erat tempus quando non erat, et antequam nasceretur non erat, et quod nullis existentibus factus est, aut ex alia substantia vel essentia, aut convertibilem aut mutabilem Filium Dei, anathematizat catholica et apostolica ecclesia *a*).

Et quia de Spiritu Sancto non ad plenum ibi disputatum est, insurgente falsa Eunomii et Macedonii contra Spiritum Sanctum plasphemia, qui dicebant Spiritum Sanctum minorem Patre et Filio, annexum esse a prefatis sanctis patribus Constantinopolitane synodi subsequens capitulum:

a) Cf. Mansi, *Concil. ampliss. collect.*, II, 666.

Digitized by Google

Credimus et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem, ex Patre et Filio procedentem, cum Patre et Filio adorandum et conglorificandum, qui locutus est per prophetas; unam catholicam atque apostolicam ecclesiam. Confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum. Expectamus resurrectionem mortuorum et vitam futuri seculi, amen *a*). Concilia.

Tunc dicat metropolitanus: Hanc, fratres, fidem, quę vobis exposita est, oportet ut firmiter teneatis, et tenere vero corde profiteamini. *Dicant omnes:* Hanc tenemus, hanc laudamus, hanc tenere profitemur.

Oportet etiam, fratres karissimi, ut fides vestra de corpore et sanguine Domini, quam presidente huic sanctę sedi venerabilis memorię Maurilio communi assensu contra spurcissimos Berengarii eiusque sequacium latratus diffinistis *b*), iterum recitetur:

Professio corporis et sanguinis Domini a Maurilio venerabili archiepiscopo exposita cum suis suffraganeis.

Corde credimus et ore profitemur panem in mensa dominica propositum panem tantummodo esse ante consecrationem, sed in ipsa consecratione ineffabili potentia divinitatis converti naturam et substantiam panis in naturam et substantiam carnis, carnis vero non ullius alterius,

a) Cf. Mansi, *Concil. ampliss. collect.*, III, 566.

b) Maurille occupa le siége archiépiscopal de Rouen de 1055 à 1067. Ce fut probablement dans le concile qu'il tint l'année même de son avénement qu'il fit condamner les doctrines de l'hérésiarque Béranger. Cf. *Gallia christ. nov.*, XI, 30; D. Bessin, *Concil. Rotomag. provinc.*, 47, 49; Mansi, *Concil. ampliss. collect.*, XIX, 841, 1027; Fleury, *Histoire ecclésiastique*, lib. LX, § 19.

Digitized by Google

Concilia. sed illius quę concepta est de Spiritu Sancto, nata ex Maria virgine, quę etiam propter nos et propter nostram salutem flagellis cęsa iacuit in sepulchro, tercia die resurrexit a mortuis, et sedet ad dexteram Dei Patris; similiter vinum, quod aquę mixtum in calice sanctificandum proponitur, vere et essentialiter converti in eum sanguinem, qui per lanceam militis de vulnere dominici lateris in redemptionem mundi feliciter emanavit *a*). Anathematizamus contra hanc sanctam et apostolicam fidem superbe atque heretice sentientes et impia temeritate garrientes.

Nunc, fide nostra exposita, oportet ut de commisso nobis ordine aliqua loquamur.

Finito sermone, archiepiscopus precipiat archidiacono ut primum capitulum XI Toletani concilii legat :

In loco benedictionis considentes domini sacerdotes nullis debent aut indiscretis vocibus perstrepere aut quibuslibet tumultibus perturbari, nullis etiam vanis fabulis vel risibus agi, et quod est deterius obstinatis concertationibus tumultuosas voces effundere. *Si quis enim,* ut apostolus ait, *putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio b*). Cultum enim suum iustitia perdit, quando silentium iudicii obstrepentium turba confundit, dicente propheta : *Erit cultus iusticie silentium c*). Debet ergo quicquid aut considentium collationibus agitur aut accusantium parte proponitur, sic mitissima verborum relatione proferri, ut nec contentiosis vocibus audientiam turbent, nec iudicandi vigorem de tumultu enervent. Quicunque ergo in conventu concilii hęc quę premissa sunt violanda crediderit, et

a) Cf. *supra*, form. DXXIII.

b) Cf. *Epist. cathol. B. Iacobi*, cap. I, ℣. 26.

c) Cf. *Isai.* XXXII, 17.

Digitized by Google

contra hęc interdicta aut tumultu aut contumeliis vel risibus concilium perturbaverit, iuxta divine legis edictum, quo precipitur : *Eice derisorem et exibit cum eo iurgium a*), cum omni confusionis dedecore abstractus a communi cetu secedat, et trium dierum excommunicationis sententiam perferat *b*). Concilia.

Tunc dicat pontifex hanc exhortationem :

Ecce, sanctissimi, premissis Deo precibus, fraternitatem vestram cum pia exhortatione convenio et per divinum nomen obtestor, ut ea, quę de nobis, de Deo, de sacris ordinibus vel nostris moribus vobis fuerint dicta, cum omni pietate suscipiatis, et cum summa reverentia intentis auribus auscultetis. Quod si forsitan aliquis vestrum aliter quam dicta fuerint senserit, sine aliquo scrupulo contentionis in nostrum omnium copulationem ea ipsa, de quibus dubitaverit, conferenda reducat, qualiter, Deo mediante, aut doceri valeat aut doceat. Denique simili vos obtestatione coniuro, ut nullus vestrum in iudicando aut personam accipiat, aut quolibet favore vel munere pulsatus a veritate discedat, sed cum tanta pietate quicquid cetui nostro iudicandum illatum fuerit, retractate, ut nec discordans contentio ad subversionem iusticię inter nos locum inveniat, nec idem in perquirenda ęquitate vigor vestri ordinis vel sollicitudo tepescat.

Nunc, si vobis placet, congruum mihi videtur ut sententiæ, quas ad utilitatem Christianę religionis e diversis sanctorum canonum institutis statuimus, in hoc sacro concilio recitentur, ut si quid ab aliquo neglectum est, cano-

a) Cf. *Lib. Proverb.* XXII, 10.
b) Cf. *Collectio canonum ecclesiæ Hispanæ*, 476 (Madrid, 1808, in-f°).

Digitized by Google

Concilia. nice corrigatur, quod vestrę sanctitati committimus. Si enim postposita impunita remanserint, timendum est ne ea, quę statuenda sunt, eadem temeritate contempnantur.

Tunc recitatis sententiis incipiat concilium celebrari.

Item de contemtoribus canonum in Toletano concilio VII:

Si quis contra ea, quę in sancto concilio diffiniuntur, temerarius violator extiterit, communione et honore multetur *a*).

Genecleus episcopus dixit: Omnia ergo, quę a cetu gloriosissimo statuta sunt, placet ab omnibus custodiri?—*Ab universis episcopis dictum est:* Placet ut custodiantur ab omnibus.

Genegleus episcopus dixit: Si, quod non opinamur, ab aliquo fuerint violata quid statuitis, quid debeat fieri? — *Ab universis episcopis dictum est:* Qui contra suam professionem vel subscriptionem venerit, ipse se ab hoc cetu separabit.

Divine Trinitatis inseparabile numen, sicut inspiratione mirabili nostrum tractatum primordio illuminavit, ita consummatione sublimi eundem iam perficiendo concludit, ut in illo sit nostrum explicuisse, a quo nobis fuit inchoasse. Damus ergo gloriam et honorem eidem sanctę atque indivisibili Trinitati, quę nobis et ex se dicere et in se dicta complevit, quę reformavit in extremitate seculorum remedia pietatum et resolvit ligamina vinculorum. Sit gratiarum actio, salus et benedictio exercituum Domino; gratia-

a) Mabillon fait remarquer en note que ce passage n'existe pas dans le septième concile de Tolède. D. Bessin indique le chapitre XI du huitième concile. On y trouve, en effet, le même sens, mais non les mêmes expressions. Cf. *Collectio canonum ecclesiæ Hispanæ*, 439.

Digitized by Google

rum actio et reverentię plenitudo a nobis omnibus in commune ipsi clementissimo principi, bonorum gratifico largitori, cuius votorum instantia benigna Deus attulit complementa, cuius dispositio piissima pressurarum removit exitia, cuius temporibus conferat vigere iustitiam et exuberare misericordiam opulentam, cuius post presentis evi tempora diuturna cum sanctis omnibus tribuat in remuneratione coronam. Nos autem omnes hanc decretorum nostrorum seriem ex rectę fidei vel pietatis ac iusticię fonte manantem coram Deo et sanctis angelis eius ortodoxis omnibus et nunc et in futurum impensissime commendamus, obsecrantes ut hanc et reverenter adimpleant, et ab emulis benigne defendant, contemnentibus autem eam divinę veritatis ultio pavenda proveniat, observantibus autem misericordia profluens, pax perpetua et gloria sempiterna contingat. Huius quoque sententię fortitudine vel vigore decreti nostri seriem, quam in serenissimi domini nostri edidimus nomine, pro rebus a divinę memorię patre suo quolibet titulo conquisitis, decernimus omnino custodiri. Legem denique, quam pro coercenda principum ocupiditate idem clementissimus edidit princeps, simili robore firmamus, atque ut futuris temporibus modis omnibus observetur pari sententia definimus. Quę etiam, ne taciturna temporum vel obliviosa vetustate deserantur, huic nostrę constitutioni utraque decrevimus innectenda, ita cunctorum memorię commendanda, ut a cunctis regulis superius ordinatis nusquam maneant segregata. Cetera quoque decretorum nostrorum iudicia, quę ab hac sancta sinodo noscuntur esse confecta, si quis convellere fortasse decreverit, aut implere neglexerit, vel infringere quandoque voluerit, per iudicium omnipotentis Dei anathema sit. Soli autem Deo nostro gloria in secula seculorum, amen.

Concilia.

Digitized by Google

DXXIX.

[*Sine rubrica.*] [1])

Episcoporum iurisdictio.

In Christo nomine, ille episcopus, illo episcopo amico nostro, devotam dirigo salutem. Gratias vobis refferimus de caritate vestra, quam erga fidelem nostrum dignati estis facere, et circa congregationem nostram, quæ est in opido sita, quod dicitur illum. Fecisti enim ut apostolus commendans ait : *Prædica verbum, insta oportune et inoportune, oportune volentibus, et inoportune nolentibus* a). Qui enim sequitur apostolorum vestigia, luce gaudebit perpetua. Rogo vos humiliter dirigere nobis per epistolam vestram quid mihi de nostro liceat cælebrare officium in parrochia vestra et in ecclesiis vestris, quę in nostro sunt beneficio; si predicare liceat, si emendare, si corrigere, si erigere ecclesiis, si confirmare, aut baptizare, aut penitentiam dare, aut quid nobis concedatis, aut quid prohibeatis, scire nos faciatis citius petimus. Amicitiam vero vestram valde firmam obtamus inter nos consistere. Et obsecro ut mihi commendare dignemini, quasi firmo amico tuo, quodlibet servitium, et paratum me habetis in omnibus honestis et iustis mandatis vestris. Bene valeto.

DXXX.

INDICULUM DE ARCHIEPISCOPUM AD ARCHIEPISCOPUM.

Venerabiliter venerando et desiderabiliter desiderando

DXXIX. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. inter Baluz. maj. nº 1. — [1]) Baluzius rubricam sic inscripsit : *Petitio episcopi peregrini ad episcopum proprium.*

DXXX. Exstat h. f. in cod. Vatic. A; nondum vulgata mihi videtur.

a) Cf. *Epist. II B. Pauli ad Timoth.*, IV, 2.

Digitized by Google

domno et in Christo patri illo archiepiscopo, ego, in Dei nomine, ille episcopus de civitate illa, quæ primis sunt, salutes perennis temporibus vobis in Domino de cœlo ministrentur. Notum sit vobis qualiter pervenit inter nos talis causas de sacerdote, quod periculum est nostrum per nos ipsos non volumus emendare, sed quod ante nos veniat. Propterea supplicamus sanctitate vestra ut vos nos tale consilium donetis, aut in vestra epistola ipsum iudicium mittere iubeatis et nos transmittere iubeatis, et nos transmittere quod ei deiudicare debeatis. Et Deus scit quia die noctuque orationes a Domino pro vobis fundimus, ut omnia et in omnibus nobis innotescere non dedignemini. Mereamur vos videre felix, felice opitulante Domino, feliciter intueri.

Episcoporum iurisdictio.

DXXXI.

INDICULUM AD EPISCOPUM.

Eximio, orthodoxo, sapientiæ spiritu predito, intellectus gratia claro, consilii ratione pleno, fortitudinis spiritu confido, scientiæ dono perfecto, pietatis munere celso, timoris Domini gratia repleto, illo dono Dei metropolitane ecclesiæ Treveris pontifici, ille episcopus vilis atque ultimus omnium servorum Dei servus, sine merito vel opera itemque episcopus vocor, cum omni congregatione semper virginis Marie, inmarcessibilem vobis in Domino Iesu Christo optamus salutem. De ceterum cognoscat caritas vestra de illo presbitero, nomine illo, quod vos minime fallet. Dominus rex de ipsum nobis præcepit requirere, si domnus ille eum ad presbiterum ordinasset; et nos ac iussa viriliter per testes veraces inquisivimus, quod ipsa femina abbatissa

DXXXI. Exstat h. f. in cod. Lugd. Bat. A; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

Episcoporum iurisdictio.

pro suo clerico a domno illo transmisit, et eum in canonicas presbiteri ordinavit. Propterea has apices salutantes atque supplicantes ad vos direximus, ut vos a causa apud vosmet ipsos vel fidelibus vestris considerare faciatis. Sicut vos me nescitis, quia Deus scit, cui nulla latet, in quantum nobis Deus intellectum dedit, vobis fidelis sum et cupio esse, dum adhuc vivo, et nostri canonici propter illud, quod superius pernotavimus, cotidie per illorum partiones psalterium specialem pro vobis Domini misericordiam imploramus, ut ipse vobis sit arma iustitiæ, lurica capitis vestri, galea salutis, virtus et fortitudo, pax et gaudium, victoria perennis, amen. O pontifex alme, mirificus, que cœli arce est conspicuus, ipse vos custodiat diebus et noctibus, horis atque momentis, sicut David et Iosue, quem elegit super Israhel; et beatissimus Michahel archangelus præliator fortissimus committet vobiscum. Valete feliciter, amen.

DXXXII.

INDICULUM DE ARCHIDIACONO AD ARCHIDIACONUM.

Pio patri, pio domno archidiacono, nomen illo, ego quidem, in Dei nomine, bene cupiens vester, nomen ille, quasi indignus peccator archidiaconus, quæ prima sunt, salutem perennem atque amabilem vobis in Domino distinamus. De cetero cognoscatis quia pervenit iste frater, nomine ille, ad nos de vestra parochia, et dixit nobis eo quod vos de suo sacerdotio et de sua ordinatione scire vultis, si presbiter est, an non, aut pro qua causa exivit de suo pago seu de sua parochia, aut si reprobus est, aut

DXXXII. Exstat h. f. in cod. Vatic. A; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

si dignus est. Propterea mandamus vobis quia nos diligenter hoc inquirere fecimus per confratres nostros seu pagenses, et non invenimus de eius opinione nulla mala nec nulla blasphemia, sed secundum ordinem fuit ordinatus et examinatus in nostra civitate, in sabbato illo, ad titulum illum et testimonia vera illius et illius. Valete, mi pater, in Christo.

Episcoporum iurisdictio.

DXXXIII.

[*Sine rubrica.*] [1])

Summum gradum in ecclesia summa sanctitate promerito patri et provisori meo N., humilis suffraganeus et fidelis [2]) obsecrator vester ac devotus servitor N., illius ecclesię pastor indignus. Scrutatorem cordium testem invoco in animam meam, quam invitus et coactus aliquid sinistri et quod placiditatem vestram turbare valeat auribus dulcedinis vestræ aliquando ingerere præsumo; sed quia melius est ut errata populi nos incusemus et damnare studeamus, quam ab ipsis pro nostra negligentia circa illos iure forsitan laceremur, notum sit religiositati vestræ quia quosdam coniuges, quos iniuste et contra Christianę disciplinę regulam coniunctos audimus, ad nos evocari fecimus, et, prout cleri iuditium et ipsa iustitia dictavit, separari præcepimus. Qui, ut erant nobiles, de principibus populi multos sibi complices adunantes, tyrannico more contra ecclesiasticam normam iurata bella susceperunt; sed nos, vigore iustitiæ contumacię illorum opposito, ne-

DXXXIII. Exstat h. f. in codd. Paris. H, Monac. B, Vindob. A; vulgat. inter Alsat. nº 17; eam recudit Ernst Dümmler in *Formelbuch des Bischofs Salomo III von Konstanz*, nº 31. — [1]) In codd. Monac. B, Vindob. A, rubrica sic inscribitur : *Epistola ad archiepiscopum*. — [2]) Monac. B, Vindob. A, *fidus*.

Digitized by Google

Episcoporum iurisdictio.

quaquam iniustitię cedendum putavimus. At illi in maiorem insaniam versi, propter meæ persone vilitatem officii nostri auctoritatem pro nihilo reputantes, ad vestram celsitudinem appellaverunt. Vos autem, ad quem nos omnes spectare debemus, nolite inani loquio eorum credere, quia notitiam civium suorum [3]), inter quos degunt, evitantes, ad ignota loca se transferre satagunt, ut ibi mendatia sua tutare prævaleant. Porro ego in fide mea omnia vobis vera narrabo. Cum diocesim meam circuirem, deveni ad locum ubi memorati homines habitabant, et ibi didici a maioribus [4]) vici illius quia idem coniuges ita sibimet consanguinitate iuncti essent, ut de uno parente in quinta, de altero in quarta generatione mutuam ducerent propagationem. Quod inquisitione facta et fide cum iuramento data ita verum esse didici, ut omnes a minimo usque ad maximum id ita se habere proclamarent. Quod si hęc facultas inprobis hominibus inhibita non fuerit, ut episcopi sui præceptum contemnere non audeant, sicut minores mihi, ita maiores quique vobis facere incipient, et periclitabitur apud domnum apostolicum nostrum ministerium. Communibus ergo viribus communes hostes Christi debellare studeamus. De cetero, domine pater, de gratia vestra super me subiectionem meam certiorare dignamini. Religiositatem vestram ad regimen ecclesię suę [5]) mediator Dei et hominum roborare dignetur.

— [3]) H. v. deest in Monac. B, Vindob. A. — [4]) Monac. B, Vindob. A, addunt *natu*. — [5]) H. v. deest in Monac. B, Vindob. A.

Digitized by Google

DXXXIV.

EPISTOLA AD PAPAM ROMANUM.

Episcoporum iurisdictio.

Domino Adriano sedis apostolice præsuli *a*), infimus servorum Dei servus, L. [1]) ecclesię Magontiacensis episcopus vel Magontinę *b*). Religiosissima dominatio vestra scire dignetur quod si quando, iustitia dictante, criminibus publicis, et quę [2]) neglecta magnam vitiis possunt ædificationem conferre, aliquantulum resistere et eis cum adiutorio coepiscoporum nostrorum finem vel modum imponere conamur, potentiores quilibet parvitatem nostram spernentes, quasi fera bestia vitam nostram lacerare et omni auctoritate indignam, ut merito possunt, garrire consueverunt; adicientes insuper et comminantes apud vos de nobis se vindicaturos et de gradu æpiscopali deposituros. Nobis autem, misericordissima Dei gratia custodiente nos, pro minimo est ab humano die iudicari. Sed quia servum Dei non oportet litigari, immo [3]) quia Dominus dicit : *Qui ecclesiam audire contempnit, pro ethnico habendum c*), verbosationis eorum revincere non invenientes, secundum potestatem nostram, quam dedit nobis Dominus in ædificationem et non in destructionem, segregamus eos de cœtu fidelium, ne lapides, in quibus lepra perseverans est, si eruti non fuerint, totam faciant

DXXXIV. Exstat h. f. in codd. Monac. B, Vindob. A, Rhenaug. A; eam vulgaverunt Ernst Dümmler in *Formelbuch des Bischofs Salomo III von Konstanz*, n° 43, Friedrich von Wyss in *Alamannische Formeln und Briefe*, n° 33. — [1]) Rhenaug. A, *ille*. — [2]) Rhenaug. A, *quia*. — [3]) Verba *quia servum Dei non oportet litigari, immo* desunt in Rhenaug. A.

a) Adrien II a occupé le saint siége de 867 à 872.

b) Cf. *supra*, p. 646, note *a*.

c) Cf. *Ev. s. Matth.*, XVIII, 17.

Digitized by Google

Episcoporum iurisdictio.

domum destrui et in loco mundo iactari. Specialiter tamen sanctitati vestrę de illis duobus viris significamus, quam presumptores sint et prevaricatores, quos horno dominationem vestram adisse et vestra auctoritate licentiam accepisse non uxores sed meretrices habendi certa [4]) relatione conperimus; siquidem feminas ipsas beatissimæ memoriæ S. Constantiensis episcopus *a*) sua manu ad propositum virginitatis consecravit, et ipse eis velamina benedixit, et eo præsente regularem vitam professę sunt, et tanto tempore in monasterio positas omnis Germania novit. Viros ergo tales indemnatos relinquere fas et iura [5]) sinebant? Audacter [6]) dicimus, sed non præsumptorię, quod virum illum, quem decessor vester, vir apostolici vigoris, iuxta nomen suum victor populorum, beatissimus Nicolaus *b*), non pecuniæ cupiditate, sed omnimoda eius inlectus rationabilitate post nostram legationem absolvit, evidentissimæ ultio divina perculerit, adeo ut filiam eius, quam de eadem muliere susceperat, subitanea mors et inopinata prævenerit, et eadem ipsius coniux ab illo concilio multimodis infirmitatibus confecta postera die fuerit extincta. Quod si omnibus pravis hac inconmodissima conmoditate conceditur [7]) uti, omnes monachi, omnes sanctimoniales, quotienscunque carnis titillatione stimulantur, propositum suum habent relinquere, et ad laïcam vitam reverti. Que consuetudo ne temporibus vestri regiminis insolescere possit, flagitamus dominationem vestram ut epistolam vestra [8]) auctoritate vigentem pusillitati nostrę dirigere dignemini, quę iteratam [9]) ipsorum

— [4]) Rhenaug. A, *certi*. — [5]) Rhenaug. A, *cura*. — [6]) Rhenaug. A, *audaciter*. — [7]) Rhenaug. A, *citant*. — [8]) Vindob. A, *vestram*. — [9]) Rhenang. A, *itera*.

a) Salomon I, évêque de Constance, de 839 à 871.

b) Nicolas I a occupé le saint-siége de 858 à 867.

Digitized by Google

Episcoporum iurisdictio.

contineat obligationem, donec nobis congrua satisfactione reatum suum visi fuerint emendasse, et coram ipsis, quibus decernentibus [10]) eos obligavimus, etiam absolvere debeamus. De illis etiam factionibus, quæ Witbertum [11]) cognomento *superbum* et filium Chuonradi iunioris secutę maximam in ecclesia ruinam fecerunt, notum sit vobis quia eos excommunicavimus, donec pœniteri de miserabili illa cœperint strage *a*). Hoc siquidem provincialibus nostris est solitum, ut quotienscunque bellum contra paganos illis fuerit indictum *b*), quidam Romam pergere [12]), quidam dominos suos in aliis regionibus invisere, alii morbos etiam gestiant simulare, et in se mutua cede bachantes armaque sequentes, impia gentilis etiam viri testimonio pabula ignis ęterni non vereantur fieri. Sanctissimam dominationem vestram diu valere iugibus et devotissimis implorare [13]) non cessamus orationibus.

Scripta est autem hæc epistola pridie kal. maii, anno ab incarnatione Domini DCCCLXXVII, indictione IV *c*).

— [10]) Rhenaug. A, *decentibus*. — [11]) Vindob. A, *Wicbertum;* Rhenaug. A, *Wipertum*. — [12]) Rhenaug. A, *agere*. — [13]) Hic desidit cod. Rhenaug. A.

a) M. Dümmler voit dans ce passage une allusion à la révolte organisée contre Liutbert en 866, et dont ce prélat tira une cruelle vengeance (*Annal. Fuld.* ad ann. 866, ap. Pertz, *Monum. Germ.* I, 379); mais il avoue qu'il n'a pu trouver dans les historiens aucune trace des deux personnages qui s'y trouvent mentionnés.

b) Liutbert prit lui-même en 872 et 874 une grande part aux expéditions contre les païens, c'est-à-dire contre les Slaves, dont il est ici question. Cf. *Annal. Fuld.* ad ann. 872, 874 (ap. Pertz, *Monum. Germ.* I, 384, 387).

c) L'année et l'indiction exprimées dans cette date sont en désaccord; mais comme le pape Adrien II, à qui la formule est adressée, mourut en 872, c'est incontestablement l'indiction et non l'année qu'il faut suivre. La date ainsi rectifiée correspond au 30 avril 871. Cf. Denis, *Codd. mss. theolog. biblioth. Vindob.*, I, 3004.

Digitized by Google

Episcoporum iurisdictio.

Missum vos perquirite quando a nobis abierit, ne qua fraus subripere possit. Valete.

DXXXV.

[*Sine rubrica.*]

..... non fuit accessus, ibique nunc usque ægræ..... sionis et deprædacionis erunt; nam tales et tam vehementer oppressos relevare et consolari sanctitas vestra deberet, non super mala prædicta excommunicacionis molestiam irrogare. Semper etenim sacratissima illa sedes perfugium extitit miserorum, et patientes iniusta materno affectu ac solita pietate adiuvit, quod utinam vestris temporibus esse non desinat! Providete igitur huic vulneri adhibere remedium, et amicos, quos in partibus istis plures et fidos habetis, ne offendatis cavete. Non est enim dubium quod, nisi facti huius flamma fuerit consopita, quod ea diversarum parcium episcopos sollicitabit atque succendet, quippe cum maior pars eorum etiam episcoporum, qui in præfata sinodo fuerunt, ad excommunicationem non sponte proruperint, sed Widonis instinctu et violentia sunt ad eandem compulsi. De talibus quid a sanctis sancitum sit patribus omnibus constat esse notissimum. Sixtus namque Romane urbis episcopus refert: *Nemo pontificum aliquem suis rebus exspoliatum aut a sede pulsum excommunicare aut diiudicare præsumat, quia non est privilegium, quo exspoliare* [1]) *possit iam nudatur* [2]) *a*).

DXXXV. Exstat h. f. in cod. Rhenaug. A, sed initio et fine mutila; eam vulgavit Friedrich von Wyss in *Alamannische Formeln und Briefe*, nº 34. — [1]) Corrig. *exspoliari*. — [2]) Corrig. *nudatus*.

a) Cf. *Epist. II Sixti papæ* (ap. Mansi, *Concil. ampliss. collect.*, I, 653). Cette décrétale est tirée du Pseudo-Isidore.

Digitized by Google

Zeferinus quoque præfate urbis antistes hoc inquid : *Præceptum est in antiquis statutis episcopos eiectos atque suis rebus exspoliatos ecclesias proprias recipere et primo sua* [*omnia*] *eis reddi; et ita demum, si quis* [*eos*] *iuste accusare voluerint*[3]), *æquo periculo facere, nec prius eos respondere debere quam omnia sua eis et ecclesiis eorum legibus integerrime restituantur a*). Felix etiam papa in eundem modum iubet universa restitui, et respondendi inducias usque in mensem septimum præbet *b*). Cum ab his et aliis hec similia multa constat esse statuta, etiam dictus Antonius ne accusatus in aliquo fuerit, et que supra sunt comprehensa perpessus, mirum quomodo in eum temeraria est promulgata sentencia. Decernendum igitur et statuendum de hoc est, ne huiuscemodi fama latius evagetur quietosque conturbet. Fieri enim potest, nisi fuerit cito conprehensa, ut per hanc occasionem episcopi plurimi parvi pendant. Hæc omnia propter nimiam fidelitatem et amorem, quem erga vos habemus, exsequimur, qui nolumus vestro tempore illa fieri, quæ vobis esse obprobrio possunt, aut unde Romana vilescat ecclesia, quæ omnium ecclesiarum semper exstitit caput, et ex qua equitatis et iustitie norma ab inicio hucusque processit. Verumtamen nos inducias LXX dierum, inter quas præfatus episcopus apostolicam iussus est petere sedem, parvas admodum estimamus, quia multa scrutantes tam breves.....

Episcoporum iurisdictio.

— 3) Corrig. *voluerit*.

a) Cf. *Epist. II Zephyrini papæ* (ap. Mansi, *Concil. ampliss. collect.*, I, 732). Quoique ce passage soit extrait d'une décrétale tirée du Pseudo-Isidore, il a été admis dans le Décret de Gratien, Part. II, caus. II, quæst. 2, cap. 6.

b) Cf. *Epist. II Felicis papæ* (ap. Mansi, *Concil. ampliss. collect.*, I, 1108). Cette décrétale, comme les deux précédentes, est tirée du Pseudo-Isidore.

Digitized by Google

DXXXVI.

DE IURATORIBUS SYNODI [1]).

Iuramenta in synodo præstita.

Episcopus in synodo residens, post congruam allocutionem, septem ex plebe ipsius parochiæ vel eo amplius aut minus [2]), *prout viderit expedire, maturiores, honestiores atque veraciores viros in medio* [3]) *debet evocare, et allatis sanctorum pignoribus unumquemque illorum tali sacramento constringat:*

Iusiurandum [4]) *synodale.*

Amodo in antea quidquid nosti aut audisti aut postmodum inquisiturus es, quod contra Dei voluntatem et rectam Christianitatem in ista parochia factum est [5]) aut futurum erit, si in diebus tuis evenerit, tantum ut ad tuam cognitionem quocunque modo perveniat, si scis aut tibi indicatum fuerit synodalem causam esse et ad ministerium episcopi pertinere, quod tu nec propter amorem, nec propter timorem, nec propter præmium, nec propter parentelam ullatenus celare debeas [6]) archiepiscopo [7]) de Treveris [8]) aut eius misso [9]), cui hoc inquirere iusserit, quandocunque te ex hoc interrogaverit. Sic te Deus adiuvet et istæ sanctorum reliquiæ.

DXXXVI. Hanc formulam deprompsi ex opere Reginonis, *De synodalibus causis*, lib. II, cap. 2, 3, 4 (ed. Wasserschleben); exstat quoque in *Decreto* Burchardi Wormaciensis, lib. II, cap. 91, 92, 93, 94. — [1]) In Burchardo rubrica sic inscribitur: *Quid episcopi in synodo quærere debeant.* — [2]) Verba *aut minus* desunt in Burchardo. — [3]) Burch. *in medium.* — [4]) In ed. Baluz. legitur: *Sacramentum.* — [5]) Burch. *factum sit.* — [6]) Burch. *cæles.* — [7]) Bal. *episcopo;* Burch. *episcopum.* — [8]) Verba *de Treveris* desunt in Burch. — [9]) Burch. *missum.*

Digitized by Google

§ 2. *Reliqui ita iurent* [10]).

Istud sacramentum, quod iste iuravit de synodali causa, quod tu illud [11]) observabis, in quantum sapis aut audisti aut ab hac die in antea inquisiturus es. Sic te Deus adiuvet.

Iuramenta in synodo præstita.

§ 3. *Post datum sacramentum iuratores* [12]) *episcopus alloquatur* [13]):

Videte, fratres, ut Domino reddatis iuramenta vestra; non enim homini iurastis, sed Deo creatori vestro. Nos autem, qui eius ministri sumus, non terrenam substantiam vestram concupiscimus, sed salutem animarum vestrarum requirimus. Cavete ne aliquid abscondatis, et ex alterius peccato vestra fiat damnatio.

DXXXVII.

SACRAMENTUM [1]) DE PARENTELA, QUOMODO INQUIRENDA [2]) SIT.

De illa [3]) parentela, quam dicunt esse inter illum et istam eius coniugem, quidquid inde scis aut audisti computare [4]) a tuis vicinis aut tuis antecessoribus [5]), quod tu per nullum ingenium, nec propter amorem, nec propter timorem aut [6]) præmium aut [7]) consanguinitatem, celabis

— [10]) Burch. *Iuramentum cæterorum.* — [11]) Burch. addit *ex te ita.* — [12]) Burch. *illos qui iuraverunt.* — [13]) In Baluz. hæc rubrica sic inscribitur: *Allocutio episcopi.*

DXXXVII. Hanc formulam deprompsi ex opere Reginonis, *De synodalibus causis*, lib. II, cap. 232, 233 (ed. Wasserschleben); exstat quoque in *Decreto* Burchardi Wormaciensis, lib. VII, cap. 25, 26. — [1]) Bal. *Iuramentum.* — [2]) Bal. Burch. *inquirendum.* — [3]) Burch. *ista.* — [4]) H. v. deest in Burch. — [5]) Burch. *antiquioribus propinquis.* — [6]) Burch. addit *per.* — [7]) Burch. addit *per.*

Digitized by Google

Iuramenta in synodo præstita.

episcopo tuo [8]) aut eius misso [9]), cui hoc inquirere iusserit, quandocunque te ex hoc interrogaverit. Sic te Deus adiuvet, *et cetera* [10]).

§ 2. *Item ceteri* [11]).

Istud sacramentum, quod iste iuravit de illa parentela, quæ inter illum et eius coniugem computatur, quod tu illud observabis, in quantum sapis aut audisti. Sic te Deus adiuvet.

DXXXVIII.

SACRAMENTUM DE INCESTUOSO DISCIDIO.

Ab isto die in antea [1]), quod tu per nullum ingenium te sociabis huic tuæ consanguineæ, nomine illi [2]), quæ [3]) contra legem et rectam Christianitatem usque in hunc diem tua uxor fuit [4]), nec in coniugio, nec in adulterio vel fornicatione [5]), nec cum illa ad unam mensam manducabis et bibes, aut sub uno tecto manebis, nisi forte in ecclesia aut in aliquo publico loco, ubi nulla mala suspicio possit esse, ut ibi coram testibus [6]) pro certa necessitate pariter colloquamini. Nec aliam coniugem accipies, nisi forte post peractam [7]) pœnitentiam tibi licentia data fuerit ab episcopo tuo aut eius misso. Sic te Deus adiuvet et istæ sanctorum reliquiæ.

— 8) Burch. *episcopum tuum.* — 9) Burch. *missum.* — 10) Burch. *et istæ sanctorum reliquiæ.* — 11) Bal. *De eadem re;* Burch. *Iuramentum testium.*

DXXXVIII. Hanc formulam deprompsi ex opere Reginonis, *De synodalibus causis,* lib. II, cap. 234 (ed. Wasserschleben); exstat quoque in *Decreto* Burchardi Wormaciensis, lib. VII, cap. 27. — 1) Bal. *Ab isto die iurabis.* — 2) Verba *nomine illi* desunt in Burch. — 3) Burch. *cum qua.* — 4) Burch. *adulterium et incestum perpetrasti.* — 5) Verba *vel fornicatione* desunt in Burch. — 6) Burch. addit *idoneis.* — 7) Bal. *actam.*

Digitized by Google

DXXXIX.

IURAMENTUM DE RECONCILIATIONE CONIUGATORUM [1]).

Iuramenta in synodo præstita.

Ab isto die in antea istam tuam coniugem, nomine illam, quam iniuste dimiseras, ita tenebis sicut per rectum maritus suam debet habere coniugem in dilectione et debita disciplina, nec eam per ullum malum ingenium a te separabis, nec ea vivente aliam accipies. Sic te Deus adiuvet.

§ 2. *Femina sic iuret* [2]):

Amodo in antea istum tuum maritum, quem iniuste dimiseras, ita tenebis et amplexaberis, et ei in servitio, in amore et in timore ita eris subiecta et obediens, sicut per rectum uxor suo debet subiecta esse marito, nec unquam ab eo te separabis, nec illo vivente alteri viro te sociabis in coniugio aut adulterio. Sic te Deus adiuvet.

DXL.

INVOCATIO AD IUDICIUM [1]).

De hoc, quod mihi reputatum est in hac synodo, quod simul cum ista femina adulterium vel fornicationem fecissem, quod ego non ita feci, nec unde [2]) me culpabi-

DXXXIX. Hanc formulam deprompsi ex opere Reginonis, *De synodalibus causis*, lib. II, cap. 241, 242 (ed. Wasserschleben); exstat quoque in *Decreto* Burchardi Wormaciensis, lib. IX, cap. 81, 82. — [1]) Burch. *Reconciliatio coniugatorum*. — [2]) Bal. Burch. *De eadem re*.

DXL. Hanc formulam deprompsi ex opere Reginonis, *De synodalibus causis*, lib. II, cap. 235 (ed. Wasserschleben); exstat quoque in *Decreto* Burchardi Wormaciensis, lib. IX, cap. 79. — [1]) Bal. *Invocatio iudicii*; Burch. *Iudicii examinatio*. — [2]) Bal. Burch. *inde*.

Digitized by Google

Iuramenta in synodo præstita.

lem recognosco. Sic me Deus adiuvet ad istud iudicium suum [3]).

DXLI.

IURAMENTUM POST DATAM POENITENTIAM DE LUXURIA FACTA [1]).

Ab isto die in antea [2]) cum ista femina, cum qua adulterium vel fornicationem fecisti, unde disciplinam vel pœnitentiam suscepisti, amplius non adulterabis nec fornicaberis [3]), nec eam [4]) in uxorem accipies, nisi forte post peractam pœnitentiam tibi licentia data fuerit ab episcopo aut eius misso. Sic te Deus adiuvet.

DXLII.

INVOCATIO DE MORTE MARITI VEL UXORIS.

De hoc, quod tu accusata es in præsentia istius episcopi in hac synodo, quod per tuum factum et per tuum consilium tuus maritus ille [1]) vel tua coniux illa [2]) mortem recepisset et vitam perdidisset, omnino non est ita, nec tu in eius vita aut membris quidquam fecisti aut cum aliis consiliatus es, unde merito secundum ecclesiasticum iudicium pœnitentiæ remedia suscipias, aut secundum mundanam legem mortem aut aliquod damnum sustineas. Sic te Deus adiuvet ad istud iudicium.

— 3) H. v. deest in Burch.

DXLI. Hanc formulam deprompsi ex opere Reginonis, *De synodalibus causis*, lib. II, cap. 236 (ed. Wasserschleben); exstat quoque in *Decreto* Burchardi Wormaciensis, lib. IX, cap. 80. — 1) Bal. *de perpetrata luxuria;* in Burch. rubrica sic inscribitur : *Separatio incestæ copulationis*. — 2) Verba *in antea* desunt in Bal.— 3) Burch. addit *cum ea*.— 4) Burch. *nec aliam*.

DXLII. Hanc formulam deprompsi ex opere Reginonis, *De synodalibus causis*, lib. II, cap. 239 (ed. Wasserschleben). — 1) Bal. *illius*. — 2) Bal. *illius*.

Digitized by Google

DXLIII.

IURAMENTUM VEL INVOCATIO DE HOMICIDIO IMPUTATO.

Iuramenta in synodo præstita.

De hoc, quod tibi imputatum est in præsentia tui episcopi, cuius parochianus es, quod tu illum hominem cum aliis hominibus sequacibus tuis occidisses, propter hanc causam ut bona illius diriperes et eius uxorem tibi in matrimonium sociares, in veritate non est ita, nec tu solus nec cum aliis hominibus illum hominem occidisti, nec ut suam vitam aut membra perderet cum aliis consiliatus es, nec in eius morte quidquam habes factum, unde merito aut pœnitentiam suscipias, aut faidam [1]) sustineas, aut pretium aliquod persolvas. Sic te Deus adiuvet.

DXLIV.

QUALITER EPISCOPUS EXCOMMUNICARE INFIDELES DEBEAT [1]) *a*).

Excommunicationes.

Episcopus, cum excommunicare vel anathematizare aliquem infidelem [2]) *pro certis et manifestis sceleribus dispositum habet, post lectionem evangelii clerum et plebem ita debet alloqui :*

DXLIII. Hanc formulam deprompsi ex opere Reginonis, *De synodalibus causis*, lib. II, cap. 240 (ed. Wasserschleben). — [1]) Bal. *vindictam*.

DXLIV. Hanc formulam deprompsi ex opere Reginonis, *De synodalibus causis*, lib. II, cap. 412, 413 (ed. Wasserschleben); exstat quoque in *Decreto* Burchardi Wormaciensis, lib. XI, cap. 2, 3; eam recuderunt Baluzius inter *Formulas exorcismorum et excommunicationum*, nº 12, Gerbertus, *Monumenta veteris liturgiæ*, part. II, p. 115, alter Reginonis textum, alter codicem Vindob. C secutus. — [1]) Gerbert. rubricam sic inscripsit : *Ordo excommunicationis, qualiter unusquisque incorrigibilis anathematizari debeat.* — [2]) H. v. deest in Burch. Gerbert.

a) On trouve plusieurs formules analogues dans le traité de D. Martene, *De antiquis ecclesiæ ritibus*, lib. III, cap. 4.

Digitized by Google

Allocutio [3]).

Excommunicationes.

Noverit caritas vestra, fratres mei, quod quidam vir, nomine N., diabolo suadente, postponens Christianam promissionem, quam in baptismo professus est, per apostasiam conversus post Satanam, cui abrenunciavit et omnibus operibus eius, vineam Christi, id est ecclesiam eius, devastare et deprædare non pertimescit, pauperes Christi, quos pretioso sanguine suo redemit, violenter opprimens et interficiens, et bona eorum diripiens. Unde, quia filius huius nostræ ecclesiæ, cui Deo auctore præsidemus, debuerat esse, quia in ea per aquam et Spiritum Sanctum renatus est et inter adoptivos filios Dei adnumeratus, quamvis modo filius diaboli sit imitando diabolum, solliciti ne per negligentiam pastoralem aliqua de ovibus nobis creditis deperiret, pro qua in tremendo iudicio ante principem pastorum Dominum nostrum Iesum Christum rationem reddere compelleremur, iuxta quod ipse terribiliter nobis comminatur dicens : *Si non adnunciaveris iniquo iniquitatem suam, sanguinem eius de manu tua requiram* a), misimus ad eum presbyterum nostrum et literas commonitorias semel et iterum atque tertio, invitantes eum canonice ad emendationem et satisfactionem et pœnitentiam, corripientes eum paterno affectu. Sed ipse, proh dolor! diabolo cor eius indurante, monita salutaria sprevit, et in cœpta [4]) malitia perseverans, ecclesiæ Dei, quam læsit, superbiæ spiritu inflatus, satisfacere dedignatur. De talibus itaque transgressoribus et sanctæ religionis pacisque, quam Christus [5]) suis discipulis dedit

— [3]) Hæc rubrica deest in Burch. Gerbert. — [4]) Gerbert. *in incepta*. — [5]) Bal. addit *ipse*.

a) Cf. *Ezech.*, cap. III, ℣. 18.

Digitized by Google

Excommunicationes.

atque reliquit, violatoribus præcepta dominica et apostolica habemus, quibus informamur quid de huiuscemodi prævaricatoribus agere nos oporteat. Ait enim Dominus in evangelio : *Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum a*). Fratres [6]), in unoquoque [7]) nostrum peccat, qui in sanctam ecclesiam peccat [8]). Si enim sancta ecclesia unum corpus est, cuius corporis caput Christus est, singuli autem sumus alter alterius membra; et [9]), quum patitur [10]) unum membrum, compatiuntur omnia membra, procul dubio in nos peccat, qui membra nostra lædit. Iubet ergo Dominus ut frater, id est Christianus, in nos peccans, primo secrete corripiatur, deinde cum testibus redarguatur, novissime in conventu ecclesiæ publice conveniatur. Quod si has tres admonitiones [11]) et pias correptiones contemnit, et satisfacere despicit, *post hæc sit tibi*, inquit [12]), *sicut ethnicus* [13]) *b*), id est gentilis atque paganus, ut non iam pro Christiano, sed pro pagano habeatur. Et in alio loco membrum, quod a sua compage resolvitur et a iunctura caritatis dissociatur et omne corpus scandalizat, Dominus abscindi [14]) et proici iubet, dicens : *Si oculus vel* [15]) *manus vel pes tuus scandalizat te, erue eum et proice abs te c*). Et apostolus : *Auferte*, inquit, *malum ex* [16]) *vobis d*). Et item [17]) : *Infidelis si discedit, disce-*

— 6) Gerbert. *frater*. — 7) Burch. Gerbert. *unumquemque*. — 8) Verba *qui in sanctam ecclesiam peccat* desunt in Gerberto. — 9) Burch. *et si*. — 10) Gerbert. *compatitur*. — 11) Burch. Gerbert. *commonitiones*. — 12) H. v. deest in Gerbert. — 13) Burch. Gerbert. addunt *et publicanus*. — 14) Bal. Gerbert. *abscidi*. — 15) H. v. deest in Burch. Gerbert. — 16) Cæteri, *a*. — 17) Burch. *iterum*.

a) Cf. *Evang. sec. Matth.*, XVIII, 15.

b) Cf. *Evang. sec. Matth.*, XVIII, 17.

c) Cf. *Evang. sec. Matth.*, XVIII, 8, 9.

d) Cf. *Epist. pr. B. Pauli ad Corinth.*, V, 13.

Digitized by Google

Excommunicationes.

dat a). Et in alio loco rapaces a regno Dei excludit, dicens : *Neque rapaces regnum Dei possidebunt b*). Et alibi [18]) : *Si quis frater nominatur, et est fornicator aut adulter aut homicida aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere licet c*). Et Iohannes dilectus præ ceteris Christi discipulus talem nefarium hominem salutare prohibebat [19]), dicens : *Ne ei ave dixeris, neque eum in domum receperis; qui enim ei ave dicit, communicat operibus eius malignis* [20]) *d*). Dominica itaque atque apostolica præcepta adimplentes, membrum putridum et insanabile, quod medicinam non recipit, ferro excommunicationis a corpore ecclesiæ abscidamus [21]), ne tam pestifero morbo reliqua membra corporis veluti veneno inficiantur.

§ 2. *Excommunicatio* [22]).

Igitur quia monita nostra et crebras exhortationes contemnit, quia tertio secundum dominicum præceptum vocatus ad emendationem et pœnitentiam venire despexit, quia culpam suam necdum cognovit, nec confessus est, nec missa nobis legatione, qui [23]) causam ipsius exsequimur, quia noster parochianus est, veniam postulavit, quia in cæpta malitia, diabolo cor eius indurante, perseverat, et iuxta quod apostolus dicit : *Secundum duritiam suam et cor impœnitens thesaurizat sibi iram in die iræ e*); id-

— [18]) Verba *Infidelis..... et alibi* desunt in Burch. Gerbert. — [19]) Gerbert. *prohibeat*. — [20]) Gerbert. *malignus*. — [21]) Burch. *abscindimus*. — [22]) Burch. *Prima excommunicatio;* Gerbert. *Ipsa anathematizatio*.— [23]) Gerbert. *quam*.

a) Cf. *Epist. pr. B. Pauli ad Corinth.*, VII, 15.
b) Cf. *Ibidem*, VI, 10.
c) Cf. *Ibidem*, V, 11.
d) Cf. *Epist. II B. Iohannis*, ℣. 10, 11.
e) Cf. *Epist. B. Pauli ad Romanos*, II, 5.

Digitized by Google

circo nos eum cum universis complicibus et communicatoribus fautoribusque suis iudicio Dei omnipotentis, Patris, Filii et Spiritus Sancti, et beati Petri principis apostolorum et omnium sanctorum, necnon et nostræ mediocritatis auctoritate et potestate nobis divinitus collata ligandi et solvendi in cœlo et in terra, a pretiosi corporis et sanguinis Domini perceptione et a societate omnium Christianorum separamus, et a liminibus sanctæ matris ecclesiæ in cœlo et in terra[24]) excludimus, et excommunicatum et anathematizatum esse decernimus, et damnatum cum diabolo et angelis eius et omnibus reprobis in igne æterno iudicamus, nisi forte a diaboli laqueis resipiscat, et ad emendationem et pœnitentiam redeat, et ecclesiæ Dei, quam læsit, satisfaciat. Excommunicationes.

Et respondeant omnes tertio : Amen, *aut :* Fiat, *aut :* Anathema sit.

Debent autem duodecim sacerdotes episcopum circumstare, et lucernas ardentes in manibus tenere, quas in conclusione anathematis vel excommunicationis proicere debent in terram et pedibus conculcare. Post hæc episcopus plebi ipsam excommunicationem communibus verbis debet explanare, ut omnes intelligant quam terribiliter damnatus sit, et ut noverint quod ab illa hora in reliquum non pro Christiano, sed pro pagano habendus sit, et qui illi quasi Christiano communicaverit, aut cum eo manducaverit[25]) *aut biberit, aut eum osculatus fuerit, vel cum eo colloquium familiare habuerit, nisi forte ad satisfactionem et pœnitentiam eum provocare studuerit*[26]), *procul dubio similiter sit excommunicatus. Deinde epistolæ presbyteris*

— [24]) Verba *a pretiosi.... et in terra* desunt in Gerbert. — [25]) Verba *aut cum eo manducaverit* desunt in Gerbert. — [26]) Cæteri addunt *aut in domo sua eum receperit, aut simul cum eo oraverit.*

Digitized by Google

Excommunicationes.

per parochias mittantur, continentes modum excommunicationis, in quibus iubeatur ut omnibus dominicis diebus post lectionem evangelii plebibus sibi commissis publice adnuncient ipsam excommunicationem, ut ne quis per ignorantiam communicet excommunicato. Oportet etiam ut aliis episcopis ipsa excommunicatio manifestetur[27]. *Præcipit enim Toletanum concilium ut invicem mox scripta percurrant per omnes provinciæ episcopos, quoscunque adire potuerint, ut excommunicatus audiatur a). Seniori etiam eius ipsa excommunicatio debet nota fieri b).*

DXLV.

ITEM ALIA[1]) EXCOMMUNICATIONIS ALLOCUTIO.

Audistis, dilectissimi, quanta et quam horrenda[2]) pravitatis ac iniquitatis opera ille a diabolo instigatus perpetrare non timuerit, et quomodo per apostasiam a totius Christianæ religionis cultu profana mente recesserit. Audistis quemadmodum canonice ad satisfaciendum evocatus sit, sed venire distulerit, quomodo frequenter admonitus ut resipisceret a diaboli laqueis, quibus tenebatur[3]) adstrictus, saluberrimas admonitiones obduratis auribus cordis audire contemserit. Dominus dicit in evangelio de

— [27]) Verba *Oportet.... manifestetur* desunt in Gerbert.

DXLV. Hanc formulam deprompsi ex opere Reginonis, *De synodalibus causis*, lib. II, cap. 414, 415 (ed. Wasserschleben); exstat quoque in *Decreto* Burchardi Wormaciensis, lib. XI, cap. 4, 5; eam recudit Baluzius inter *Formulas exorcismorum et excommunicationum*, nº 13. — [1]) H. v. deest in Burch. — [2]) Burch. *horrida*. — [3]) Burch. Bal. *tenetur*.

a) Cf. *Concil. I Tolet.*, cap. 11 (ap. *Collect. canon. eccl. Hisp.*, p. 324).

b) Cf. *Karloman. capit. apud Vernis pal. ann.* 884 (ap. Pertz, *Mon. Germ. hist.* III, 550).

Digitized by Google

tali contumaci fratre, qui ecclesiasticam renuit suscipere correptionem : *Si ecclesiam non audierit, sit tibi,* inquit, *sicut ethnicus et publicanus a*), id est iam non est computandus inter Christianos, sed inter paganos. Hinc Paulus Domini et magistri doctrinam sequens Corinthios redarguit quare cum criminosis ac sceleratis communionem haberent, dicens : *Vos inflati estis, et non magis luctum habuistis, ut tollatur* [4]) *de medio vestrum b*), id est separetur a vestro consortio, qui tale scelus operatus est. Et adiungit : *Ego quidem, absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicavi ut præsens eum, qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis* [5]) *et meo spiritu, virtute Domini mei Iesu tradere huiusmodi Satanæ in interitum carnis c*). Et post pauca : *Scripsi vobis ne commisceamini fornicariis d*). Et statim infert : *Si is, qui frater appellatur,* id est Christianus, *fornicator est aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere e*). Et alibi : *Auferte malum ex vobis f*); et : *Infidelis, si discedit, discedat g*). Una enim ovis morbida omnem gregem contaminat, et modicum fermentum totam massam corrumpit, et plerumque unum membrum putridum totum corpus inficit; et ideo tam perniciosa pestis a corpore ecclesiæ radicitus evellatur.

Excommunicationes.

— [4]) Burch. addit *vir*. — [5]) Burch. addit *in unum*.

a) Cf. *Ev. sec. Matth.* XVIII, 17.
b) Cf. *Epist. pr. B. Pauli ad Corinth.*, V, 2.
c) Cf. *Ibid.*, V, 3, 4, 5.
d) Cf. *Ibid.* V, 9.
e) Cf. *Ibid.* V, 11.
f) Cf. *Ibid.* V, 13.
g) Cf. *Ibid.* VII, 15.

Digitized by Google

§ 2. *Excommunicatio* [6]).

Excommunicationes.

Dominicis igitur atque apostolicis informati præceptis, iudicio Patris et Filii eius Domini nostri Iesu Christi et Spiritus Sancti, et auctoritate et potestate apostolis apostolorumque successoribus a Deo concessa, una vobiscum prædictum pessimum virum a liminibus sanctæ matris ecclesiæ excludimus, et ab omni societate et communione Christiana separamus separatumque esse in æternum decernimus, id est et in præsenti seculo et in futuro. Nullus ei Christianus ave dicat, aut eum osculari præsumat; nullus presbyter missam celebrare cum eo audeat, vel sacrosanctum corpus et sanguinem Domini tradere; nemo ei iungatur in consortio neque in aliquo negotio; et si quis ei se sociaverit et communicaverit eius operibus malignis, noverit se simili percussum anathemate, his exceptis qui ob hanc causam ei iunguntur ut eum revocent ab errore et provocent ad satisfactionem, nisi forte resipuerit, et, Dei gratia inspirante, ad pœnitentiæ remedium conversus fuerit, et digna emendatione ecclesiæ Dei, quam læsit, humiliter satisfecerit.

DXLVI.

ITEM ALIA TERRIBILIOR EXCOMMUNICATIO [1]).

Canonica instituta et sanctorum patrum exempla sequentes, ecclesiarum Dei violatores, videlicet raptores,

— [6]) Burch. *Excommunicatio secunda.*

DXLVI. Hanc formulam deprompsi ex opere Reginonis, *De synodalibus causis*, lib. II, cap. 416 (ed. Wasserschleben); exstat quoque in *Decreto* Burchardi Wormaciensis, lib. XI, cap. 6; eam recudit Baluzius inter *Formulas exorcismorum et excommunicationum*, nº 14, § 1. — [1]) Burch. *Item tertia excommunicatio.*

Digitized by Google

deprædatores et homicidas illos, in nomine Patris et Filii et virtute Spiritus Sancti, nec non auctoritate episcopis per Petrum principem apostolorum divinitus collata, a sanctæ matris ecclesiæ gremio segregamus, ac perpetuæ maledictionis anathemate condemnamus. Sintque maledicti in civitate, maledicti in agro, maledictum horreum eorum et maledictæ reliquiæ illorum, maledictus fructus ventris eorum et fructus terræ illorum. Maledicti sint ingredientes et maledicti [2]) egredientes, sintque in domo maledicti, in agro profugi, veniantque super eos omnes illæ maledictiones, quas Dominus per Moysen in populum divinæ legis prævaricatorem se esse missurum intentavit, sintque anathema maranatha, id est pereant in secundo adventu Dominí. Nullus eis Christianus ave dicat, nullus presbyter missam [3]) celebrare præsumat vel sanctam communionem dare. Sepultura asini sepeliantur, et in sterquilinium sint super faciem terræ; et sicut hæ lucernæ de manibus nostris proiectæ hodie extinguuntur, sic eorum lucerna in æternum [4]) extinguatur, nisi forte resipuerint, et ecclesiæ Dei, quam læserunt, per emendationem et condignam pœnitentiam satisfecerint.

Excommunicationes.

DXLVII.

EXCOMMUNICATIO BREVIS [1]).

Canonica instituta et sanctorum patrum exempla se-

— [2]) Burch. Bal. addunt *sint*. — [3]) Burch. addit *cum eis*. — [4]) Verba *in æternum* desunt in Bal.

DXLVII. Hanc formulam deprompsi ex opere Reginonis, *De synodalibus causis*, lib. II, cap. 417 (ed. Wasserschleben); exstat quoque in *Decreto* Burchardi Wormaciensis, lib. XI, cap. 7; eam recudit Baluzius inter *Formulas exorcismorum et excommunicationum*, nº 14, § 2. — [1]) Burch. *Excommunicatio quaria*.

Digitized by Google

Excommunicationes.

quentes, ecclesiarum Dei violatores illos auctoritate Dei et iudicio Sancti Spiritus a gremio sanctæ matris ecclesiæ et consortio totius Christianitatis eliminamus, quousque resipiscant et ecclesiæ Dei satisfaciant.

DXLVIII.

ALIA FORMULA EXCOMMUNICATIONIS, DIVERSA A SUPERIORIBUS.

Ex auctoritate Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus Sancti, et sanctorum canonum, sanctæque et intemeratæ virginis Dei genitricis Mariæ, atque omnium cœlestium Virtutum, Angelorum, Archangelorum, Thronorum, Dominationum, Potestatum, Cherubim ac Seraphim, et sanctorum Patriarcharum, Prophetarum et omnium Apostolorum et Evangelistarum et sanctorum Innocentium, qui in conspectu Agni soli digni inventi sunt canticum cantare novum, et sanctorum Martyrum, et sanctorum Confessorum, et sanctarum Virginum, atque omnium simul sanctorum et electorum Dei, excommunicamus et anathematizamus hunc furem vel hunc malefactorem, et a liminibus sanctæ Dei ecclesiæ sequestramus, ut æternis suppliciis cruciandus mancipetur cum Dathan et Abiron, et cum his qui dixerunt Domino Deo : *Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus* a); et sicut aqua ignis, extinguatur lucerna eius in secula seculorum, nisi resipuerit et ad satisfactionem venerit, amen. Maledicat illum Deus Pater, qui hominem creavit. Maledicat illum Dei Filius, qui

DXLVIII. Hanc formulam vulgavit Baluzius inter *Formulas exorcismorum et excommunicationum*, nº 20.

a) Cf. *Lib. Iob*, cap. XXI, ℣. 14.

Digitized by Google

pro homine passus est. Maledicat illum Spiritus Sanctus, qui in baptismo effusus est. Maledicat illum sancta Crux, quam Christus pro nostra salute hostem triumphans ascendit. Maledicat illum sancta Dei genitrix et perpetua virgo Maria. Maledicat illum sanctus Michael, animarum susceptor sacrarum. Maledicant omnes Angeli et Archangeli, Principatus et Potestates, omnisque militia cœlestis exercitus. Maledicat illum Patriarcharum et Prophetarum laudabilis numerus. Maledicat illum sanctus Iohannes præcursor et baptista Christi præcipuus. Maledicat illum sanctus Petrus et sanctus Paulus atque sanctus Andræas omnesque Christi Apostoli, simul et cæteri discipuli, quatuor quoque Evangelistæ, qui sua prædicatione mundum universum converterunt. Maledicat illum cuneus Martyrum et Confessorum mirificus, qui Deo bonis operibus placitus inventus est. Maledicant illum sacrarum Virginum chori, quæ mundi vana causa honoris Christi respuenda contempserunt. Maledicant illum omnes sancti, qui ab initio mundi usque in finem seculi Deo dilecti inveniuntur. Maledicant illum cœli et terra et omnia sancta in eis manentia. Maledictus sit, ubicunque fuerit, sive in domo, sive in agro, sive in via, sive in semita, sive in silva, sive in aqua, sive in ecclesia. Maledictus sit vivendo, moriendo, manducando, bibendo, esuriendo, sitiendo, ieiunando, dormitando, dormiendo, vigilando, ambulando, stando, sedendo, iacendo, operando, quiescendo, mingendo, cacando, flebotomando. Maledictus sit in totis viribus corporis. Maledictus sit intus et exterius. Maledictus sit in capillis, maledictus sit in cerebro. Maledictus sit in vertice, in temporibus, in fronte, in auriculis, in superciliis, in oculis, in genis, in maxillis, in naribus, in dentibus mordacibus, in labris sive molibus, in labiis, in

Excommunicationes.

Digitized by Google

Excommunications.

gutture, in humeris, in armis, in brachiis, in manibus, in digitis, in pectore, in corde et in omnibus interioribus stomacho tenus, in renibus, in inguinibus, in femore, in genitalibus, in coxis, in genibus, in cruribus, in pedibus, in articulis et in unguibus. Maledictus sit in totis compaginibus membrorum; a vertice capitis usque ad plantam pedis non sit in eo sanitas. Maledicat illum Christus Filius Dei vivi toto suæ maiestatis imperio; et insurgat adversus eum cœlum cum omnibus virtutibus, quæ in eo moventur, ad damnandum eum, nisi pœnituerit et ad satisfactionem venerit. Amen. Fiat. Fiat. Amen.

DXLIX.

DE IUREIURANDO CANONIZANDORUM [1]) *a*).

Canonicorum iuramentum.

Omnes vero canonici ante investituram præbendarum tenentur facere duplex iuramentum : videlicet primo ad caput beate Anne b), et postea in capitulo.

Iuramentum factum ad caput beate Anne tale est.

Cantor seu eius locum tenens dicit canonizando : Vos iuratis super istas sacras reliquias quod vos estis de legi-

DXLIX. Exstat h. f. in cod. Paris. V; exiguam ejusdem tantummodo partem vulgavit Mabillonius inter *Vetera analecta*, II, 593 (p. 237, ed. in-f°). — [1]) Mabillonius rubricam sic inscripsit : *Forma iuramenti investiendi canonici Carnotensis.*

a) Cf. D. Martene, *De antiquis ecclesiæ ritibus*, lib. II, cap. 5.

b) Le chef de sainte Anne fut un des trophées dont les croisés s'emparèrent après la prise de Constantinople. Le comte de Chartres, qui l'obtint en partage, s'empressa de l'envoyer à l'église de Notre-Dame. Cf. Lépinois, *Histoire de Chartres*, I.

Digitized by Google

timo matrimonio procreatus, et quod estis libere condicionis, nec estis colibertus nec filius coliberti. Item quod pro ista præbenda, cuius investituram expectatis, non dedistis nec promisistis, nec alius pro vobis dedit nec promisit, vobis scientibus, aurum vel argentum vel pecuniam aliquam, vel aliud quod per pecuniam aliquam debeat aut valeat comparari, et, si promissum fuerit, per vos non solvetur. Item iuratis quod in percipiendis cotidianis distributionibus fraudem aliquam non facietis. Sic vos Deus adiuvet et hec sancta.

Canonicorum iuramentum.

Quod iuramentum vel simile faciant novi canonici, antequam installentur.

§ 2. *Iuramentum factum in capitulo tale est.*

Ego talis, canonizandus in ecclesia Carnotensi, iuro super istas sanctas reliquias quod pro ista præbenda, cuius investituram expecto, non dedi nec promisi, nec alius pro me dedit aut promisit, me sciente, aurum vel argentum vel pecuniam aliquam, vel aliud quod per pecuniam aliquam debeat aut valeat comparari, et, si promissum fuerit, per me non solvetur. Preterea iuro me servaturum bona fide cum auxilio capituli consuetudinem forennitatum huius ecclesie; et quod ego, quamdiu vixero, nihil de corpore præbende mee ultra quadraginta solidos per annum percipiam, nisi prius in propria persona mansionem fecero in civitate Carnotensi, per dimidium annum, infra spacium quod est ab una nativitate beati Iohannis ad alteram, salvis exceptionibus a capitulo receptis et approbatis; et quod ab aliquo nullam indulgentiam de plus percipiendo impetrabo; et, si alius mihi impetraverit, vel quocumque modo mihi concessa fuerit, numquam

Digitized by Google

Canonicorum iuramentum.

ea utar. Iuro etiam bona fide me observaturum cum auxilio capituli consuetudinem huius ecclesie, que est de non recipiendis in canonicos seu clericos de choro manumissis seu manumissorum filiis, exceptis quos ecclesia Carnotensis scienter recipere consuevit, et de non recipiendis in canonicos seu clericos de choro filiis concubinarum. Preterea iuro bona fide me fideliter observaturum pro posse meo et propriis expensis, si necesse fuerit, quicquid alii de capitulo faciant, etiam si omnes, quod absit, ab hoc recesserint, consuetudinem factam a reverendo patre R. bone memorie quondam Carnotensi episcopo *a*), cum consilio et approbatione magistri Melioris, sedis apostolice tunc legati *b*), de quatuor præposituris antiquis, scilicet de Nogento fisci *c*), de Fontaneto *d*), de Amilliaco *e*) et de Belsia *f*), quas idem pater dedit canonicis deservientibus in ecclesia Carnotensi, et de quatuor precariis, scilicet de Normannia *g*), de Anver-

a) L'évêque Renaud appartenait par son père à la famille des comtes de Bar et descendait par sa mère de Thibaut le Grand, comte de Blois et de Champagne. Il occupa le siége de Chartres de 1182 à 1217. Cf. *Gallia christ. nov.*, VIII, 1152.

b) Mélior, d'origine française, fut créé cardinal-prêtre du titre de Saint-Jean et Paul par le pape Lucius III, et envoyé comme légat en France par Célestin III, au sujet du divorce de Philippe-Auguste et d'Ingeburge de Danemark. Cf. Ciaconius, *Vitæ et res gestæ pontific. Roman. et S. R. E. cardinalium*, I, 1118.

c) Nogent-le-Phaye, départ. d'Eure-et-Loire, à 7 kilom. de Chartres.

d) Fontenay-sur-Eure, départ. d'Eure-et-Loire, à 8 k. de Chartres.

e) Amilly, dép. d'Eure-et-Loir, à 7 kil. de Chartres.

f) La prévôté de Beauce était probablement située, comme les trois précédentes, dans les environs de Chartres. En effet, quoique le *pagus Belsiæ* s'étendît à la fois sur les diocèses d'Orléans et de Chartres, cette dernière ville en était considérée comme le centre et la capitale.

g) Les terres qui formaient la prêtrière de Normandie étaient

Digitized by Google

sio *a*), de Masengeyo *b*) et de Unogradu *c*), quas prænominato patri capitulum dedit ad constituendum quatuor præposituras, ne Carnotensis ecclesia dignitatum numero fraudaretur *d*). Item iuro quod ubicumque præbendam meam percipiam, non permittam scienter alienari ab ista ecclesia terras, nec redditus, nec quascunque posses-

Canonicorum iuramentum.

situées dans le comté d'Évreux et avaient été données par le duc Richard, en 1014. Cf. Lépinois, *Hist. de Chartres*, I, 119.

a) Anvers, dans le Gâtinais.

b) Mézengé, dans le Vendômois.

c) Ingré, dép. du Loiret, à 6 kil. d'Orléans.

d) Les faits auxquels ce passage se rapporte ont été racontés d'une manière complète et pittoresque par le vieil et curieux historien de l'église de Chartres, Sébastien Roulliard, dans sa *Parthénie*, Part. II, p. 101 et suiv. Le chapitre de Chartres possédait dans son sein quatre dignitaires nommés *Prévôts*, qui administraient seuls et sans contrôle les revenus de la communauté. Ces prévôts furent accusés à plusieurs reprises par les chanoines de détourner à leur profit tout le produit des prébendes, et de réduire leurs confrères à la pauvreté. Les évêques Yves, Guillaume et Renaud, les rois Louis VI et Philippe-Auguste, les papes Pascal II et Célestin III, intervinrent successivement dans la querelle, qui se termina par la défaite des prévôts. Ils se virent enlever l'administration dont ils avaient abusé, et l'évêque Renaud les força même à abandonner aux chanoines les quatre grandes prébendes qui formaient les titres de leur office, et à recevoir en échange quatre prêtrières d'une moindre importance. En même temps chaque chanoine obtint la libre gestion des biens qui lui étaient attribués et la perception directe de leurs revenus. Cet arrangement, qui détruisait l'ancienne puissance des prévôts et réduisait leur office à une dignité purement nominale, fut considéré par le chapitre comme une des conditions essentielles de son organisation, et notre formule montre que c'était une des règles que les nouveaux chanoines devaient s'engager spécialement à observer. Cf. *Ivonis epist.* 265, 271 (Opp., part. II, p. 113, 115); *Epist. Paschalis II papæ*, 28 oct. 1114 (ap. D. Bouquet, XV, 54); *Dipl. Philippi II regis*, 1193 (ap. *Gallia christ. nov.*, VIII, pr. 347); Lépinois, *Histoire de Chartres*, I, 87, 119.

Digitized by Google

Canonicorum iuramentum.

siones alias, nec servos, nec ancillas, nec eorum filios ad clericatum promoveri sine conscientia capituli; et si aliquod horum contingeret forte fieri, quod per me revocare non potero, hoc capitulo fideliter nunciabo; et summam denariorum et avenarum, tam ratione leguminum quam ratione præpositure, impositam præbende mee, ubicumque eam percipiam, cui capitulum iusserit solvam in termino vel infra a capitulo constituto; et quod non committam fraudem in cotidianis distributionibus percipiendis. Item [2]) iuro quod non revelabo facto vel verbo, nutu vel signo, occasionaliter vel fraudulenter, alicui, nisi sit canonicus Carnotensis, qui similiter sacramentum prestitit sicut ego, consilia et facta et secreta capituli, vel verba, vel consilia, que aliquis canonicus dixerit in capitulo in negociis capituli, et dixerit quod vult ea haberi secreta. Item iuro quod ego defendam bona fide et contribuendo meis expensis, si opus fuerit, cum consilio capituli, libertates ecclesie, statuta, consuetudines legitimas approbatas ac maxime privilegiatas, et privilegia quibus non est derogatum et quibus ecclesia in suis negociis utitur et causis. Item iuro quod in negociis, que habemus et habebimus contra comitem Carnotensem et Blesensem et suos baillivos, ministros et servientes, et contra alias quascunque personas, prestabo fidele consilium et auxilium bona fide secundum conscientiam meam pro ecclesia Carnotensi, et nunquam scienter contra ecclesiam, consuetudines, statuta, privilegia et libertates ipsius, et hoc, si præsens fuero, in capitulo, vel absens, cum fuero requisitus. Item iuro quod si aliquis canonicus vel persona Carnotensis dampnum aut iniuriam sine evidenti culpa ipsius

— [2]) Quæ sequuntur desunt apud Mabillonium.

Digitized by Google

per comitem aut suos [passus fuerit] occasione litis mote in eum, suos et nos, consilium et auxilium prestabo, et in prædictis contribuam, si necesse fuerit. Item iuro quod ego per me et amicos meos tam de bursa communi quam de propria, si necesse fuerit, Carnotense [capitulum] contra abbatem et conventum Cluniacensis ordinis et priorem de Caritate et eisdem adherentes defendam et sustinebo pro facto captionis et detentionis prioris Parvi Belliloci monachorum *a*), quod factum capitulum provocat et attrahit ad se, sive agatur contra universitatem capituli vel contra singulares canonicos vel aliquem vel aliquos de familia eorumdem. Item iuro quod ego faciam unam capam de serico vel aliud ornamentum officio huius ecclesie deputandum de primis fructibus præbende mee usque ad valorem viginti librarum Turonensium, sive cedam sive decedam. Et iuro sacramentum ei simile quod fecit capitulum Carnotense pro procuratione super advocatione burgensium a pace reformata super advocatis inter capitulum *b*). Sic me Deus adiuvet et hec sancta.

Canonicorum iuramentum.

a) En 1094, l'évêque Yves avait autorisé l'abbé de Cluny et les religieux de la Charité-sur-Loire à fonder une église et un monastère au Petit-Beaulieu, près Chartres. Cf. Lépinois, *Histoire de Chartres*, I, 266.

b) Les chanoines de Chartres avaient le droit *d'avouer*, c'est-à-dire d'admettre dans leur domesticité un certain nombre de bourgeois de la ville, qui dès ce moment jouissaient des priviléges ecclésiastiques, étaient exempts de toute taille ou imposition seigneuriale, et ne relevaient que de la juridiction du chapitre. La parenté qui existait entre un grand nombre de chanoines et la riche bourgeoisie faisait que très-souvent ces *avoués* étaient choisis parmi les bourgeois puissants tombés dans la disgrâce du comte, ou qui voulaient soustraire leur fortune à ses exactions. Aussi le droit *d'avouerie*, dont l'origine est du reste inconnue, était-il une cause de contestations incessantes et de violen-

Digitized by Google

DL.

PRÆCEPTO DE CLERICATO [1]).

Præceptum de clericis.

Si eis [2]), qui se ad honus clericati transferre [3]) deliberant, licentiam non negamus, retributorem Dominum exinde habere confidimus, quia scriptum est : *Noli prohibere benefacere ei qui potest; si valis, et ipse benefac a*). Ille [4]) ad nostram veniens præsentiam petiit serenitati nostre ut [5]) ei [6]) licentiam tribuere deberemus qualiter comam capiti sui ad honus clericati deponere deberet, et ad basilica illa aut monasterio deservire deberet; quod nos [7]) propter nomen Domini [8]) hoc eidem gratante animo præstitisse cognoscite. Præcipientes ergo iubemus ut se [9]) memoratus ille de capud suum bene ingenuus esse videtur, et in puletico [10]) publico [11]) censitus non est, licentiam habeat comam capiti sui tonsorare [12]) et ad suprascripta basilica vel monasterio deservire vel pro nobis Domini misericordia adtentius [13]) exorare.

DL. Exstat h. f. in codd. Paris. A, B, C, Lugd. Bat. B; vulgat. inter Marculf. I, 19. — 1) Paris. C, Lugd. Bat. B, *Præceptum de clericatum*. — 2) Paris. C, *quis*. — 3) Paris. C, *transferi*. — 4) Paris. C, Lugd. Bat. B, *Igitur ille;* Paris. B, *Igitur veniens ille*. — 5) H. v. deest in Paris. B. — 6) H. v. deest in Paris. C. — 7) Paris. C, *nobis*. — 8) Paris. B, *propter Deum*. — 9) Cæteri, *si*. — 10) Paris. B, Lugd. Bat. B, *poleptico*. — 11) H. v. deest in Paris. C. — 12) Lugd. Bat. B, *tunsorari*. — 13) Lugd. Bat. B, *adtenticius*.

ces réciproques entre le chapitre et les officiers du comte. Cf. Lépinois, *Histoire de Chartres*, I, 117, 126, 145, 148, 170.

a) Cf. *Lib. Proverb.*, IV, 27.

Digitized by Google

DLI.

AD ARCHEPRESBITERUM INSTITUENDUM.

Presbyterorum institutio.

In Christo venerabili fratre illi, ille archediaconus. Conperta fide et conversatione tua seu et sollertiam mentis, ideo committimus tibi vico illo, res eius ac menisteria tibi, in Dei nomine, credimus præponendum, ut ibi archepræsbeteriæ curam indesinenter agas, ut serves conposita, diruta restaures, populum tibi conmendatum assidua foveas prædicatione. Ita age ut ordinationem nostram ornes, et in antea te reprobum inveniri non patiaris, sed meliora tibi committantur.

DLII.

INDICULUM AD ARCHIDIACONUM.

Domno et in Christo venerabili illo archidiacono, ego ille ac si indignus peccator, per has apices dirigimus vobis visceralem in Domino. De cetero postulamus vobis ut illa ecclesia vestra, qui dicitur, in loco illo, non sit viduata, nec illi officius ibi privatus, interim que nos insimul fabulare faciamus, et de alia causa unde nos necessitas est. Quid plura? Precamus vobis vestris et sanctis orationibus.

DLI. Exstat h. f. in cod. Páris. C; eam vulgavit Pardessus in *Bibliothèque de l'École des Chartes*, t. IV.

DLII. Exstat h. f. in cod. Vatic. A; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

DLIII.

INDICULUM, QUEM ABBA TRANSMITTIT AD ARCHIDIACONUM.

Presbyterorum institutio.

Dilecto et venerabile in Christo illo archidiacono, Deo amabile et a nobis multum desiderabile, ego, in Dei nomine, ille, gratia Dei abbas, in primis quæ in Christo sunt, amabile salutatione vobis direximus, que ad maximum gaudium et lætitia plena de cetero quantum archana cordis nostræ continet plenitudo. Ideo innotescimus vobis atque precamus in Dei amore et sancti illo tam nostra de illo presbitero, nomine illo, quod ei liceat in ista parochia, in basilica nostra et sancti illo, curam liceat decantare et Dei servicio adimplere, interim usque nos et domnus episcopus insimul loquimur. Et precamus vobis quem mercedes vestræ inde adcrescat, et sic exinde agite quomodo per vos multa bona confidimus. Iterum salutamus vobis. Valete in Christo, amen.

DLIV.

[*Sine rubrica.*]

Episcopo reverentissimo Gisleverto *a*), L. abbas et grex sibi commissus, præsentis ævi et futuri salutem. Vestræ celsitudini hos dirigimus apices, quibus ecclesiam nostram, quæ est in villa illa, huic diacono, nomine illo,

DLIII. Exstat h. f. in cod. Vatic. A; nondum vulgata mihi videtur.

DLIV. Exstat h. f. in cod. Vatic. D; nondum vulgata mihi videtur.

a) Il s'agit peut-être ici de Gislevert ou Gislebert, nommé aussi Willebert, Galnier, Galvier ou Gauthier, qui occupa le siége épiscopal de Chartres de 856 à 880 environ. Cf. *Gallia christ. nov.*, VIH, 1106; Lépinois, *Histoire de Chartres*, I, 425.

Digitized by Google

nos dedisse intimamus. Qua de re volumus atque honeste precamur quatenus idem diaconus iam dictam ecclesiam per vestræ auctoritatis potestatem teneat et reget, et ut valeat ad huius honoris conscendere gradum vestro nutu ac ministerio adimpleatur. Valete.

Presbyterorum institutio.

DLV.

PETITIO NOVITIORUM [1]).

Monachorum petitiones et promissiones.

Ego ille initio conversationis meæ diligenter attendens, considero quod petitionibus meis primum non facilis concessus est introitus, sed dum mihi pulsanti vix hospitii locus est misericorditer attributus, in quo per paucos dies demoratus novitiorum sum domum progressus, in qua mihi dura et aspera primum a seniore sunt prædicata, et stabilitatis meæ promissio expetita, et ter in anno lecta atque tradita regula cum ammonitione dicentis : *Ecce lex sub qua militare vis; si potes observare, ingredere; si non potes, liber discede.* Hoc ergo videns ordinatissimum atque morosum mihi spatium attributum, dubitationis aditu prætermisso, ut me iam vestro corpori sociare dignemini humiliter deposco. Ego tamen huius regulæ instituta, Domino adiuvante, servare promitto, et propter vitæ æternæ præmium coram Deo et angelis et humiliter militaturum subicio : ita ut ex hac die non liceat mihi collum de sub iugo excutere regulæ, quia sub annuali optione aut excusare licuit aut suscipere. Et ut hæc professionis meæ petitio a vobis firmiter teneatur, ad nomen sanctorum,

DLV. Exstat h. f. in cod. Bambergensi; vulgat. inter Baluz. maj. nº 32; eam recudit Pertzius in *Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde*, VII, 815. — [1]) Baluzius rubricam sic inscripsit : *Promissio stabilitatis in monasterio.*

Digitized by Google

Monachorum petitiones et promissiones.

quorum hic reliquiæ continentur, et præsentis abbatis conscriptam trado in perpetuum habendam, et manu mea roboratam super altare pono in hoc monasterio perenniter reservandam.

§ 2. [*Sine rubrica.*]

Ego ille promitto stabilitatem meam et conversationem morum et obedientiam secundum regulam sancti Benedicti coram Deo et sanctis suis.

DLVI.

PETICIO MONACHORUM [1]).

(e cod. Paris. B.)

Domno venerabili [et] in Christo patre illo abbate de monasterio illo, qui est constructus in onore sancti illi, simul cum felici congregatione vestra, quam Domnus de diversis provinciis ad peregrinandum propter nomen suum sub iugo miliciæ servitutis Christi atque alam proteccionis dulcedinis Dei regulariter vobis quoadunavit. Igitur audivimus quod

DLVI bis.

[*Sine rubrica.*]

(e Gerberto.)

Domino venerabili et in Christo patri abbati simul cum felici vestra congregatione, quam Dominus de diversis provinciis ad peregrinandum propter nomen suum sub iugo militiæ atque servitutis alaque protectionis secundum evangelium Christi regulariter vobiscum coadunavit. Audivimus quod Dominus Ihesus Christus per evangelium

DLVI. Exstat h. f. in cod. Paris. B; vulgat. inter Baluz. maj. nº 33; eam e cod. Rhenaug. B recudit Gerbertus, *Iter Alemannicum*, p. 283 (in-8º, 1773); sed quum plurimum inter se discreparent, textum Gerberti e regione textus cod. Paris. B recudendum curavi. — [1]) Baluzius rubricam sic inscripsit : *Petitio quam ante votum monachi quislibet facere debet.*

Digitized by Google

Monachorum petitiones et promissiones.

Domnus noster Iesus Christus per evangelium suum adnuntiat dicens : *Nisi quis renuntiaverit omnia que possidet, non potest esse meus discipulus a*); et alibi : *Qui relinquerit patrem aut matrem, fratres aut sorores, domus aut agros et cetera propter nomen meum, centuplum accipiet, vitam eternam possidebit b*). Petivimus ergo beatitudinem caritatis ut nos in ordine congregacionis vestre digni sitis recipere, ut ibidem diebus vite vestre [2]) sub regula beati Benedicti vivere et conversare deberemus, quatenus suave iugum Christi et honus eius levi senciamus. Igitur nostra fuit peticio et vestra decrevit voluntas id ipsum implere, quod ita fecistis. Habrenuntiamus ergo omnes voluntates nostras pravas, ut Dei sola voluntas fiat in nobis, et omnibus rebus que possidemus, sicut evangelica et regularis trasuum annuntiat dicens : *Nisi quis renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus a*); et alibi : *Qui reliquerit patrem aut matrem aut fratres aut sorores, domus aut agros et cætera propter nomen meum, centuplum accipiet et vitam æternam possidebit b*). Petimus ergo beatitudinem caritatis vestræ ut nos in ordinem congregationis vestræ dignemini recipere, ut ibidem diebus vitæ nostræ sub regula beati Benedicti vivere et conversare debeamus. Abrenuntiamus igitur omnibus voluntatibus nostris propriis, et omnibus rebus quas possidemus, sicut evangelica et regularis docet industria. Nihil de rebus terrenis ab hac die possessuros nos spopondimus, nisi quantum patre monasterii donante aut promittente alimenta vel tegimenta corporis acceperimus. Obedientiam vobis, in quantum vi-

— [2]) Corr. *nostre*.

a) Cf. *Ev. sec. Luc.*, XIV, 23. *b*) Cf. *Ev. sec. Matth.*, XIX, 29.

Digitized by Google

Monachorum petitiones et promissiones.

dicio edocit. Nihil rebus terrenis ab ac die possessurus nos spondimus, nisi quantum a patre monasterii donante aut permitente alimenta aut tegumenta corporis acciperimus. Obedientia vobis, in quantum vires nostre subpetunt et Domnus dederit nobis adiutorium, conservare promittimus. Stabilitatem conversationis nostre in congregationem vestram, teste Domno, devotos animos cum observationem regule usque in finem profitemur servare, nisi tantum, quia ignoramus futura, si fortasse causa utilitatis anime accedat ut per vestrum comiatum discedamus, aut etiam illud nec contra voluntates vestras, quod apsit, separemur a principibus vel a barbaris; et ipsum si fuerit factum, in quantum possumus, semper ad ipsam congregationem revertere faciamus, et sub sancto ordine perseverimus. In reliquum vero per nullum ingenium de prædicta congregacione res nostræ suppetunt et Dominus dederit nobis adiutorium, conservare promittimus. Stabilitatem conversationis nostræ in congregatione vestra, teste Domino, devoto animo cum observatione regulæ usque in finem profitemur observare, nisi quis tantum, quod ignoramus futura, forsitan obedientiæ causa utilitatis animæ accedat, aut etiam illud si contra voluntates nostras, quod absit, separemur a barbaris; et ipsum si fuerit, in quantum possumus, semper ad ipsam congregationem revertere faciamus, et sub sancto ordine perseveremus. In reliquo vero per nullum ingenium a prædicta congregatione vestra vel iugo sanctæ regulæ seu de potestate obedientiæ vestræ nullam habemus licentiam abstrahere aut contradicere. Quod si, instigante antiquo hoste, aut voluntate nostra propria hoc facere temptaverimus, in nullis modis hoc valeamus vindicare; sed ubicun-

Digitized by Google

vestra vel iugo sanctæ regule seu de potestate obœdientiæ vestre nullam habeamus licenciam abstrahendi aut contradicendi. Quod si, instigante antiquo oste, hoc facere temptaverimus, in nullis modis hoc vindicare valeamus; sed ubicumque vos aut missus vester nos invenerit, etiam nobis nolentibus, in ipsa vestra sancta congregacione, Deo auxiliante, per vobismet ipsis faciatis revocare et secundum regulam ibidem nos diiudicare, diebus vite nostre sub divina regula et regimen vestrum perseveremus, qualiter in die iudicii ante tribunal æterni iudicis, ipso adiuvante, salvos nos repræsentare possetis. Et quicumque contra hanc peticionem, quam nos bona voluntate scribere rogavimus vel subter firmavimus, per quemlibet modo agere aut infrangere voluerit, in primis sciat se a Deo damnandum, quem inritat, et insuper secundum canonicam que nos missus vester aut aliquis ex congregatione vestra invenerit, etiam nos nolentes in ipsam congregationem vestram per vosmet ipsos, Deo auxiliante, faciatis revocare et secundum regulam ibidem diiudicare, ut diebus vitæ nostræ sub sancta regula et regimine vestro perseveremus, qualiter in die iudicii ante tribunal æterni iudiciis, ipso adiuvante, salvos nos representare possitis. Et quicunque contra hanc petitionem, quam nos bona voluntate scribere rogavimus et subter firmavimus, per quemlibet modum agere aut infringere voluerit, solidos centum partibus vestris componat, et non vindicet quod repetit, et insuper, quo de hac causa ad veram emendationem veniat, a Deo se damnandum sciat, quem irridere conatus est.

Monachorum petitiones et promissiones.

Digitized by Google

Monachorum petitiones et promissiones.

institutionem a communionem omnium fratrum sit extraneus, usquequo de hanc causa ad veram emendacionem perveniat. Manus nostre subscripcionis ad honorem domni et patronis nostri sancti illius hanc peticionem volumus roborare.

DLVII.

IPSA PROMISSIO [1]).

Ego ille, domne abba ille [2]), obedientiam vobis secundum regulam sancti Benedicti, iuxta quod in ista petitione continetur, quam super istud altare posui, coram Deo et sanctis eius, in quantum mihi ipse Deus dederit adiutorium, Deo et vobis promitto custodire, et in quo possum, ipso auxiliante, conservo. Amen [3]).

DLVIII.

EXEMPLAR PROMISSIONIS, SICUT SOLEBANT ANTIQUI MONACHI REGULAM PROMITTERE.

In nomine Domini, promitto me ego ille in sacro monasterio beati martyris sive confessoris illius, secundum

DLVII. Hanc formulam Baluzius vulgavit inter Baluz. maj. nº 34; eam e cod. Rhenaug. B recudit Gerbertus, *Iter Alemannicum*, p. 284 (in-8º, 1773). — [1]) Hæc rubrica deest in Gerb. — [2]) H. v. deest in Gerb. — [3]) H. v. deest in Gerb.

DLVIII. Hanc formulam vulgavit Baluzius inter Baluz. maj. nº 35.

Digitized by Google

instituta beati Benedicti, coram Deo et sanctis angelis eius, præsente etiam abbate nostro illo, omnibus diebus meis in hoc sancto monasterio amodo et deinceps perseveraturum, et in omni obedientia, quodcunque mihi præceptum fuerit, obediturum. Ego ille hanc promissionem a me factam manu propria coram testibus scripsi et roboravi.

Monachorum petitiones et promissiones.

DLIX.

TRADITIO INFANTUM [1]).

Dum legaliter sancitum antiquitus teneatur et cautum cum oblationibus Domino parentes suos tradere filios in templo Domini fideliter [2]) servituros, procul dubio hoc de nostris filiis faciendum nobis salubriter præbetur exemplum. Æquum etenim iudico creatori nostro de nobis reddere fructum. Idcirco hunc filium nostrum, nomine illum, cum oblatione in manu atque petitione, altaris palla manu eius involuta, ad nomen sanctorum, quorum hic reliquiæ continentur, et abbate præsente tradam [3]) coram testibus regulariter permansurum : ita ut ab hac die non liceat illi collum de sub iugo regulæ excutere, sed magis eiusdem regulæ fideliter se cognoscat instituta servare et Domino [4]) gratanti animo militare. Et ut hæc nostra traditio inconvulsa permaneat, promitto cum iureiurando coram Deo et angelis eius quia nunquam per me, nunquam per suspectam personam, nec quolibet modo per rerum mearum facultates aliquando de monasterio egre-

DLIX. Exstat h. f. in cod. Bambergensi; vulgat. inter Baluz. maj. nº 31; eam recudit Pertzius in *Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde,* VII, 815. — [1]) Baluz. rubricam sic inscripsit : *Qualiter parentes filios suos offerant in monasteriis.* — [2]) Baluz. *feliciter.* — [3]) Baluz. *trado.* — [4]) Baluz. addit *cum cæteris.*

Digitized by Google

Monachorum petitiones et promissiones.

diendi tribuam occasionem. Et ut hæc petitio firma permaneat, manu mea eam subter firmavi.

Isti sunt testes.

DLX.

INDICULUM PRO MONACHO, QUI FUGERIT DE MONASTERIO.

De monachis fugitivis aut pulsis.

Domno illi, ille. Suggerentes sanctitati vestre, certi de vobis, quia veritatem animosa pietatis non recusat, nec fides recta aliquando patitur quamcumque iactura. De cetero cognuscatis quod noster frater ille, qui in monasterio nobiscum fuit notritus tonsuratusque est, obedienciam choram Deo et sanctis eius hac stabilitatem promisit, atque in nostra clericatus officio ipse ordinatus est, hoc ipsum oblitus, discessit a nobis et rediit post Satanan, sicut reverti solet canis ad vomitum suum *a*) et suis lota in volutabro luti, et nunc honorem seculi diligens, diviciis ac terrenis rebus sectans, vobiscum degens. Vos tamen scitis quicquid sacrum divina lumina verbis, eloquio sensuque docent, quod nemo mittit manum in aratro, aspiciens retro, aptus est regno Dei. Nec vobis latet quid sacre canones de hac re commendent, vel regula atque tractatores sancti exposuerunt. Hæc enim vos cuncta relegentes, memoriter retinetis quod animo sicienti bibistis. Nam sancta synodus Nicena ordinat ut si quis in monasterio nutritus usque ad summum studium fuerit, et postmodum discesserit, nisi revertatur, disertore crimen damnetur; et iterum : *Si quis susceperit monacum alienum, ambo excommunicandi sunt b*). Canones vero Calcidonen-

DLX. Exstat h. f. in cod. Paris. B; vulgat. inter Baluz. maj. n° 36.

a) Cf. *Concil. Nicæn.* can. 12 (ap. Mansi, *Concil. ampliss. collect.*, II, 674).

b) Les canons 12 et 16 du concile de Nicée consacrent en effet ce principe, mais en termes très-

Digitized by Google

De monachis fugitivis aut pulsis.

sis ita præcipiunt ut monacus in oratione et ieiunio permaneat in loquo, in quo renunciavit seculo; deserentem vero excommunicatum esse decreverunt *a*). Canones autem Agatenses ita pronuntiant : *Monacum, nisi per abbati sui permissum, ad alterum monasterium migrantem nullus tenere præsummat b*). Canones vero Agustidunensis ita statuunt ut nullus monacum alterius absque permisso abbatis sui præsumat retenere *c*). Regula namque sancti Benedicti, quam ipse promisit in omnibus custodire, ita edisserat : *Sciens se legem regulæ constitutum, quod ei ex illa die* [*non liceat egredi de monasterio*] *nec collum excutere de sub iugo regule;* et paulo post : *Nec ex illa die proprii corporis potestatem se habiturum sciat d*). Quid multa replicem? Vos sensibus doctis utimini. Nec mihi plurimis verbis opus est vobis scribere; quæcumque enim a me potuerunt dici, hæc iam divina gratia vobis contullit. Oportit namque ut doctrinam iungatur vita fidelis. Agnosci gravius non observanda nocebit. Vos autem secundum datam a Deo vobis sapienciam facite eum ad locum unde excedit reverti, et agat penitentiam; scientes autem quoniam qui converti fecerit peccatorem ab erore vie suæ, salvabit animam eius a morte, et operit multitudinem peccatorum. Nec vobis decet hominem perverso ambulantem secundum desideria cordis sui auxilium prestare, ut magis ac magis eat in interitum; sed *auferte ma-*

différents, et sans faire mention spéciale de l'état monastique. Cf. Mansi, *Concil. ampliss. collect.*, II, 674.

a) Cf. *Concil. Chalced.* can. 4 (ap. Mansi, *Concil. ampliss. collect.*, VII, 374).

b) Cf. *Concil. Agath.* anni 506, can. 27 (ap. Mansi, *Concil. ampliss. collect.*, VIII, 329.

c) Cf. *Concil. Augustod. S. Leodeg.*, can. 10 (ap. Mansi, *Concil. ampliss. collect.*, XI, 123).

d) Cf. *Reg. S. Benedicti*, cap. 58 (ap. Holstein, *Cod. regul.*, I, 111, ed. Brockie).

Digitized by Google

De monachis fugitivis aut pulsis.

lum ex vobis a), quia qui tangit pice quoinquinabitur ab ea; et ne abscondere potest homo ignem in sino suo ut vestimenta illius non ardeant, aut ambulare super prunos ut non conburentur plante eius; sic qui consenserit iniquitatem, non erit mundus. Isti, qui excommunicatus est, vos nolite ei communicari, ne bonorum vestrorum præmia amitatis; sed cum sanctis patribus, qui huiuscemodi hominem excommunicaverunt, partem habere mereatis, et ubicumque fuerit, abati suo auctoritate canonum revocetur. Canon Calcidonensis : *Non liceat clericum conscribi simul duabus æcclesiis, et in qua ordinatus est, et ad quam profugit quasi ad potiorem ob inanis gloriæ cupiditate; hoc autem facientes revocare debere ad hæcclesiam, in qua primitus ordinati sunt, et ibi tantummodo ministrari; eos vero qui ausi fuerunt ex his quæ sunt prohibita perpetrare, a proprio gradu recedant b*). Et ne quis clericus, qui derelictam ecclesiam suam, nulla causa existente probabile, vagantur, per alias ecclesias suscipiatur in communionem. Canon Aurelianensis : *Ministri in quibuscumque locis ordinati fuerint, pervagati hubicomque inventi fuerint, cum auxilio episcopi tamquam fugaces sub custodia revocentur; et reum se ille abbas futurum esse cognuscat, qui huiusmodi personis non regulari animadversionem distrinxerit, vel qui monacum suscepit alienum c*).

a) Cf. *Epist. pr. B. Pauli ad Corinth.*, V, 13.

b) Cf. *Concil. Chalced.*, can. 10 (ap. Mansi, *Concil. ampliss. collect.*, VII, 376.)

c) Cf. *Concil. Aurelian.* anni 511, can. 19 (ap. Mansi, *Concil. ampliss. collect.*, VIII, 354).

Digitized by Google

DLXI.

[*Sine rubrica.*]

De monachis fugitivis aut pulsis.

Venerabili in Christo patri illi cunctisque vestro regimini subiectis fratribus, nos fratres de illo loco sancti illi obtamus salutem. Omnium quippe causarum accedentium, que variis contingere solent eventibus, utportet ut nos utrimque mutuis consolemur affectionibus. Ac ideo plus de vobis possumus impetrare, sicut et vos de nobis; unde evenire solet ut hi, qui in aliqua parte et nostros offenderint, respectum ad vos habeant, sicut presens frater ad nos ille, qui tamdiu pro suis peccatis, sicut ipse fatetur, sui loci commoditate ius[s]us est carere. Qua ex causa pater ipsius fratris lacrimabiliter pietatem sancti illi nostramque intercessionem ad vos postulavit, quatenus apud [vos] congrue reconciliaretur. De qua re subpliciter postulamus ut illum dignamini suscipere, vestroque magnifico gregi restituere errantem diu ovem non dubitetis; non tamen credimus a vestra dignitate reiciendum, sed pro nostro amore benigna caritate suscipiendum. Pro illi facite, sicut in vos obtime confidimus. Valete, dulcissimi patris et fratris in Domino, amen.

DLXII.

INDICULUM UBICUMQUE VOLUERIS.

Desiderantissimo patri illo abba cum omni congregacione sancti illius, ille bene cupiens vester salutem. Pro-

DLXI. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall,* n° 36.

DLXII. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall,* n° 35.

Digitized by Google

De monachis fugitivis aut pulsis.

venit namque ad nos ille cum literis commendatitiis, quem nos libenti animo suscepimus ad salvandum, et in illum locum constituendo, ubi sine detrimento suam animam salvare potuisset. Sed dictum est mihi ut tu voluntatem habeas iterum recipi eum in pace et concordiam. Propter et allias litteras ad vos direxi, ut si tua et illius voluntas sit prumta, sciatis me benivolum erga caritatem vestram et alacri animo cupientem vestram in Domino concordiam. Optime...

DLXIII.

ITEM ALIUM.

Domino viro et in Christo vel a nobis cum summa dilectione venerabiliter amplectando dulcissimo fratri nostro illo et illo abba, si non opera vel nostrorum servus servorum Dei ultimus, Deus scit, et tuus verax in omnibus amicus, in Christo nomine, ille episcopus. Præsentes fratres nostros et amicus tuus, id sunt illi et illi, qui ibi incircum sunt, qualiter precabat pro te pro illas culpas, que contra illum habet commissas, ut nullam inquietudinem pro id facias, si gratia et amicitia sua vellis habere, in tantum ut tu ad ipsum revertere facias; et si tantum induratus est cor tuum, ut in monasterium suum habitare non vellis, postea absolvead te de ipsa obedientia quod ad illum es colligatus, et donet tibi consilium et suas litteras ad alium abbatem aut quemlibet hominem pergas, ut absque peccatum sis ubi es; denique ut alium non facias ut ab ipso isto suo misso illo ad eum venire facias. Salutamus illos fratres vel monachos, si ad plescito isto verba quod hic invenis scripta.

DLXIII. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, nº 37.

Digitized by Google

DLXIV.

CESSIO AD ECCLESIAM A NOVO ÆDIFICATAM.

Ecclesiarum fundationes et immunitates

Regnante Domino nostro Ihesu Christo in perpetuum *a*), ego ille episcopus. Omnibus non habetur incognitum qualiter ego, ausiliante Domino, in pago, in villa cuius vocabolum est, ibi in basilica sancti..... atque sancti Stephani vel in onore ceterorum sanctorum, quorum ibidem reliquie quiescunt, construcxi a[t]que kalendis iunii dedicare certavi. Consensavi etiam confratribus, tam canonicis quam et monachis vel ceteris hominibus, qui ad præsens fuerunt, ut ville, quarum vocabula sunt Cadiliaco, Tanculfovilla, Fagido et Barbitione villare, ut ibidem aspicere deberent ad missas veniendi et ad baptismum vel predicationem, et ut decimas suas ad memoratam basilicam dare deberent. Propterea pro firmitatis studium anc consensionem scribere rogavimus, ut temporibus nostris atque successoribus nostris anc nostra consensio firma et stabilis valeat permanere, et sciant omnes, tam præsentes quam et absentes seu subcessoresque nostri, quia dedimus in memoratum illum Cadiliaco duos mansos ad ipsam luminariam prævidendam, vel unde presbiter, qui ibidem officium fungere videtur, vivere debeat; et addimus ad hoc insuper de terra arabile..... et de vinea aripenne uno et dimidio, ut evo tempore in elimosinam nostram seu subcessorum nostrorum ita valeat perdurare.

Actum fuit hoc sub die memorato kalendarum iunii, in

DLXIV. Exstat b. f. in cod. Paris. A; vulgat. in Append. ad Marculf. nº 11.

a) Cf. Blondel, *De formulæ* Regnante Christo *in veterum monumentis usu*, p. 382 et suiv.; Mabillon, *Annales Benedict.*, IV, 76; *Nouveau Traité de Diplomatique*, IV, 591.

Digitized by Google

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

anno VIII, Christo propitio, imperii domni Karoli serenissimi augusti, et anno XL regni eius in Francia atque XXXV in Italia, indictione prima *a*), in Dei nomine, filiciter, amen.

His præsentibus, qui adfuerunt illuc, his præsentibus.

DLXV.

[*Sine rubrica.*]

Omnibus fidelibus sanctæ Dei ecclesiæ et nostris, præsentibus scilicet et futuris. Si aliquid de rebus proprietatis nostræ ad loca divino cultui destinata conferimus, hoc procul dubio nobis ad æternæ mercedis augmentum et stabilitatem regni a Deo nobis commissi pertinere confidimus. Idcirco notum fieri volumus omnium vestrum fidelitati qualiter vir venerabilis Wolsgerius, Wirciburgensis ecclesiæ episcopus *b*), ad nostram veniens præsentiam, indicavit nobis quod piæ recordationis domnus et genitor noster Karolus serenissimus imperator antecessoribus suis illis et illis episcopis præcepisset ut in terra Sclavorum, qui sedent inter Moinum et Radanziam fluvios *c*), qui vocantur Moinwinidi et Radanzwinidi *d*), una cum comitibus, qui super eosdem Sclavos constituti erant, procurassent ut inibi, sicut in cæteris Christianorum locis, ecclesiæ construerentur, quatenus ille populus noviter ad Christianitatem

DLXV. Exstat h. f. in cod. Paris. I; vulgat. a Carpent. nº 1.

a) Cette date correspond au 1er juin 808.

b) Wolfger ou Wolfgar occupa le siége épiscopal de Wurtzbourg de 810 à 832. Cf. Ussermann, *Episcopatus Wirceburgensis*, p. 19.

c) Les noms modernes de ces deux rivières sont le Mein et la Rednitz.

d) Cf. Zeuss, *Die Deutschen und die Nachbarstämme*, p. 647 (Munich, 1837, in-8°).

Digitized by Google

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

conversus habere potuisset ubi et baptismum perciperet, et prædicationem audiret, et ubi inter eos, sicut inter cæteros Christianos, divinum officium celebrari potuisset; et ita a memoratis episcopis et comitibus, qui tunc temporis eidem populo præpositi fuerant, asserit esse completum, et ecclesias quindecim ibi fuisse constructas *a*), sed easdem ecclesias minime eo tempore fuisse dotatas, sed, sicut primum constructæ fuerunt, sic usque ad præsentem diem sine dote remansisse. Idcirco suggessit atque admonuit mansuetudinem nostram ut ad easdem basilicas dotandas aliquid de rebus proprietatis nostræ in eodem pago dare deberemus. Cuius admonitioni atque petitioni, quia salubris esse videbatur, adsensum nobis præbere placuit. Donamus igitur atque concedimus, quod ita donatum atque concessum in perpetuum esse volumus, ad præfatas basilicas, quæ, ut diximus, iussu et consilio domni et genitoris nostri Karoli serenissimi imperatoris in terra prædictorum Sclavorum a memoratis episcopis constructæ sunt, in eodem pago, de proprio nostro, ad unamquamque mansos duos, cum supersedentibus duobus tributariis, excepto illo manso, super quem primitus unaquæque earumdem ecclesiarum ædificata est : eo videlicet modo ut quidquid iidem tributarii in censu vel tributo solvere debent, hoc totum ad partem earumdem ecclesiarum omni tempore persolvant, et ipsæ ecclesiæ cum omnibus rebus ad se pertinentibus sub memorati viri venerabilis illius et successorum eius cura ac providentia sint, ut divinum in eis officium perenniter celebretur, et populus terræ illius iugiter prædicationem habeat, et in eis baptismi sacra-

a) Cet événement est rapporté par l'auteur anonyme de la vie de saint Rupert à l'année 798. Cf. *Vita S. Ruperti Salisburg. episcopi* (ap. D. Bouquet, V, 479); Hansiz, *Germania sacra*, II, 109.

Digitized by Google

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

menta percipiat. Idcirco hanc nostræ auctoritatis præceptionem concedere iussimus, per quam decernimus atque iubemus ut nullus comes aut iudex publicus sive actor imperialis vel qualibet potestate prædita persona ab hac die in posterum memorato viro venerabili illi vel successoribus eius pro eisdem ecclesiis vel rebus ad eas nostra liberalitate concessis repetitionem facere aut ullam calumniam ingerere præsumat, sed liceat illis memoratas ecclesias cum omnibus rebus ad eas pertinentibus, absque ullius personæ contradictione vel impedimento, tenere vel regere, et sicut alias ecclesias ad episcopium suum pertinentes secundum canonicam institutionem ordinare atque disponere. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, et nostris futurisque temporibus ab omnibus melius conservetur, placuit nobis eam et propriis manibus subscribere et annuli nostri impressione sigillare *a*).

DLXVI.

CONFIRMATIO CONSTITUTIONIS ALICUIUS DE REBUS ECCLESIÆ, QUAS PRÆLATUS AUT AD HABITATIONES FACIENDAS AUT AD..... COMMENDAT.

Cum petitionibus sacerdotum, *et cætera*. Proinde notum sit omnibus fidelibus sanctæ Dei ecclesiæ et nostris, præsentibus videlicet et futuris, quia vir venerabilis ille, illius urbis episcopus, adiens serenitatem nostram, obtulit nobis quandam constitutionem a se per licentiam domni

DLXVI. Exstat h. f. in cod. Paris. I; vulgat. a Carpent. nº 7.

a) Le diplôme de Louis le Débonnaire, dont cette formule offre le modèle, fut confirmé par Louis le Germanique, en 846 (*Monum. Boic.* XXVIII, I, 41) et par Arnoul, roi de Germanie, en 889 (Ussermann, *Episcopatus Wirceburgensis*, pr. nº XIII).

Digitized by Google

et genitoris nostri bonæ memoriæ Karoli piissimi augusti factam, in qua continebatur eo quod tempore, quo pastoralem præfatæ civitatis suscepit curam, ordinem canonicum prorsus destitutum, et ædificia, in quibus episcopi et canonici iam diu habitaverant, per desipientiam prædecessorum suorum pontificum diruta et pene ad nihilum redacta invenisset; sed suffragante sibi divina gratia, ac domno et genitore nostro opem ferente, et ordini canonico et ædificiis necessariis eidem ad Dei servitium peragendum exornasset locum. Continebatur etiam in eadem constitutione quod per licentiam eiusdem genitoris nostri canonicis ipsius loci de rebus præfatæ ecclesiæ quasdam dedisset villas, necnon et nonas ac decimas de quibusdam villis, quas vassalli nostri de ratione ipsius ecclesiæ per nostræ largitionis beneficium habuerant; e quibus omnibus stipendia, quibus indigebant, sufficienter habentes, postposita totius necessitatis excusatione, et canonicum ordinem religiose custodire et Deo instanter in eodem loco possent deservire. Postulavit etiam nobis ut hæc constitutio, quam propter amorem Dei et eleemosynam domni et genitoris nostri ac nostram constituerat, ob infirmitatis causam nostra imperiali confirmaretur clementia. Cuius petitioni, quia iusta et ratione plena est, nobis adsensum præbere et eamdem constitutionem nostra auctoritate placuit confirmare. Idcirco volumus et per hanc nostram auctoritatem præcipimus ut villæ et nonæ ac decimæ, sicut ab eodem illo episcopo constitutæ sunt, ita deinceps nostris et futuris temporibus eisdem canonicis stipendiariæ, disponente atque perordinante episcopo, qui præfatæ sedi præfuerit, existant, et numerus canonicorum, qui ab eo loco constitutus est, a successoribus quoque eius semper plene statuatur et conservetur; sed et

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

Digitized by Google

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

nullus quibuslibet ex successoribus eius easdam villas et nonas ac decimas in beneficium alicui dare aut de stipendiis eorum canonicorum penitus auferre præsumat; sed sicut in eadem constitutione, sicut ab illo constitutæ et a nobis confirmatæ sunt, per diuturna tempora inviolabiliter et inconvulse persistere sinat. Si vero alicuius successorum eius animo sederit ut et numerum canonicorum mutare et alias res illis superaddere voluerit, in suo iure et potestate, salva diminutione reddituum, id faciendi permaneat.

DLXVII.

[*Sine rubrica.*]

In Christi nomine, ego ille Parisiorum humilis episcopus, huius descriptionis noticiam ore proprio manuque confirmans, omnibus sanctæ Dei æcclesiæ fidelibus enucleare decrevi qualiter domnus ille, monasterii almi illius abbas, et omnis cœnobitarum eiusdem loci senatus, necnon et communis consensus nostri cleri coram sancta sinodo nostram impetrarunt serenitatem extruere noviter quamdam ecclesiam in honore sancti illius, in villa quæ vocatur illa, ad matrem ecclesiam sancti illius, ob difficultatem longioris viæ, quæ sua inpeditione Christianos videlicet offendit agricolas atque in divinis officiis minus reddit capaces. Qua de re huic peticioni asensum præbentes, tali nos ordine cessisse profitemur, ut semper eadem ecclesia, sicut filia matri et membrum corpori, ita sub capite flectat, quo nullum alium honorem, nisi tantummodo divini officii, ab ea usurpet, et non decimam, non baptisterium, non sepulturam; si salva fide et auctoritate nostri

DLXVII. Exstat h. f. in cod. Vatic. A; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

præcepti clericus cuicumque parrochia iure succeditur, prædictam capellam cum omni reditu et absque sollicitacione alicuius præsbiteri, nisi tantum illius quem ipse elegerit, nostra descriptione robor[a]tus secure teneat atque possideat.

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

DLXVIII.

ALIA [1]).

K. [2]), divina ordinante clementia rex *a*). Quia sicut regni patrum nostrorum successores, ita etiam religionis eorum heredes esse cupimus; ideo quendam locum, in quo ex multo iam tempore plurimæ sanctorum reliquiæ continebantur et laudes Dei a religiosis hominibus celebrabantur [3]), nostra auctoritate monasterium, immo [4]) cenobium esse decernimus, et abbatem eidem loco venerabilem virum N. preficimus, ut secundum regulam sancti Benedicti eum debeat ordinare, nobiles et religiosos homines illic congregando, orationibus, lectionibus, operi manuum regulariter insistendo, congrua monachis [5]) habitacula construendo, res eiusdem ecclesiæ contra mani-

DLXVIII. Exstat h. f. in codd. Paris. H, Monac. B, Vindob. A, Rhenaug. A; vulgat. inter Alsat. nº 9; eam recuderunt Ernst Dümmler in *Formelbuch des Bischofs Salomo III von Konstanz*, nº 4, Friedrich von Wyss in *Alamannische Formeln und Briefe*, nº 22.— [1]) Hæc rubrica deest in Rhenaug. A. — [2]) Rhenaug. A, *Karolus;* Monac. B, Vindob. A, *Hl.* — [3]) Monac. B, Vindob. A, *celebrantur.* — [4]) Rhenaug. A, *vel immo.* — [5]) H. v. deest in Rhenaug. A.

a) Les manuscrits de Munich et de Vienne expriment le nom de ce souverain par les initiales *Hl;* d'un autre côté, le manuscrit de Paris le désigne par l'initiale *K*, et le manuscrit de Rheinau l'écrit en toutes lettres, *Karolus*. En l'absence de toute indication chronologique, il est impossible de déterminer la bonne leçon.

Digitized by Google

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

festos et occultos adversariores per nostrum et filium [6]) nostrorum favorem defensando, ut servi Dei, qui ibidem congregantur, victus et vestitus abundantia potientes, die noctuque Dei laudibus et precibus pro nobis et pro omni populo Christiano ex tempore in tempus insistere sufficiant, et nullus in regno nostro, qui gratia nostra uti desiderat, eis aliquam inquietudinem aut oppressionem aut direptionem inferre præsumat, et sint immunes ab omnium hominum potestate, nisi nostra et episcopi, in cuius parocchia sita [7]) sunt, cui tantum canonice, non autem serviliter se obtemperare debere noverint. Que constitutio ut per generationum successiones inlibata perduret, propria manu eam communire et anuli nostri impressione libuit laborare [8]).

Actum in castrum [9]), *et reliqua a*).

DLXIX.

[*Sine rubrica.*]

Si petitionibus fidelium nostrorum iuste et rationabiliter petentium aures serenitatis nostræ accomodamus, et regium morem decenter implemus, eosque procul dubio

— 6) Cæteri, *fidelium*. — 7) Rhenaug. A, *siti;* Monac. B, Vindob. A, *isti*. — 8) Cæteri, *roborare*. — 9) Cæteri *castro*.

DLXIX. Exstat h. f. in cod. Monac. C; eam vulgavi in *Revue historique du droit français*, t. IV.

a) Zurlauben, trompé par l'édition de Le Pelletier, où on lit *Actum in castrum TRI,* avait cru qu'il s'agissait ici du palais impérial de *Tribur*, situé sur la rive droite du Rhin, dans le territoire de Mayence; mais l'examen attentif du manuscrit de Paris m'a démontré qu'au lieu de *TRI,* il faut lire *TRL,* et la comparaison des manuscrits de Munich, de Vienne et de Rheinau, prouve que ces trois lettres doivent être interprétées par les mots *et reliqua*.

Digitized by Google

fideliores ac devotiores in nostro efficimus servitio. Quapropter conperiat omnium fidelium sancte Dei ecclesie nostrorumque, presentium scilicet et futurorum, industria, qualiter vir venerabilis fidelisque noster ille per optimates nostros illos nostram deprecatus est clementiam, ut per nostrum preceptum confirmare dignaremur quoddam monasterio, quod ipse novo opere in honorem Domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi sanctique illius, in pago illo, in marcha illa, in loco illo, construxit Deoque consecrari rogavit. Cuius petitioni, quia iuste et rationabiliter ortatus est, adsensum prebere libuit. Ideoque sancimus atque constituimus ut isdem locus perpetualiter in Dei servitio, Domino annuante, consistat, et liceat ibi cenobium canonicorum fieri et per nostræ auctoritatis iussionem vitam ducere, nullo inquietante, Deo auxiliante, perpetuo quietam. Et ut idem locus deinceps firmior futuris temporibus habeatur, placuit celsitudini nostræ ut quasdam res proprietatis nostre illo loco sancto conferre disposuissemus, quod ita et fecimus : videlicet in pago illo villam iuris nostri vocabulo illo, cum omnibus ad se pertinentibus, habentem plus minusve mansos tantos, et aripennes tantos, et de forestem ad ipsam villam pertinentem, ubi saginari possint porci tanti, cum mancipiis utriusque sexus numero, atque in pago prefato illo, iuxta illud monasterium, in marcha, inter terram cultam et incultam, iurnales tantos, duosque puerulos nominibus illis. Has itaque res cum omnibus ad se pertinentibus, mancipiis, ædifficiis, terris cultis et incultis, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, molendinis, adiacentiis, perviis, exitibus et regressibus, quesitum et ad inquirendum, totum et integrum, vel quicquid nostri iuris atque possessionis in re propriætatis

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

Digitized by Google

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

est, Domino Deo et salvatori nostro Iesu Christo sanctoque illi in elimosina domni et genitoris nostri Hluduvici prestantissimi augusti nostraque solemni more tradimus atque confirmamus : eo videlicet modo ut abhinc in futurum ad stipendia eorum, qui illic Domino famulari noscuntur, perpetualiter deserviant, et nullus de successoribus nostris illas res inde abstrahere vel minuere valeat, nec heredes eorum, qui illas res previdere debent, ullam ex istis habere licentiam, nisi, ut prefati fuimus, eorum inopia refocilietur qui illic Domino deserviunt. Alienandi vero vel abstrahendi aut in alios usus devertendi vel aliquam divisionem inter eos ex isto faciendi nullam volumus habere licentiam, sed, ut diximus, in elemosinam genitoris nostri nostramque quiete eis liceat illud possidere atque gubernare, quatenus illos servos Dei melius delectet pro nobis proleque nostra regnoque nostro Domini misericordiam adtentius exorare. Et ut hec auctoritas spontanee nostræ traditionis certior habeatur et a fidelibus sancte ecclesie verius credatur atque diligentius conservetur, manu propria nostra subter eam firmavimus, et anuli nostri inpressione adsignari iussimus.

Signum domni Gluduvici *a*), gloriosissimo regi.

DLXX.

[*Sine rubrica.*]

Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei eiusque in eisdem locis sibi famulantibus beneficia

DLXX. Exstat h. f. in cod. Paris. I; vulgat. a Carpent. nº 14.

a) Le souverain dont le nom a été ainsi défiguré par le copiste est Louis le Germanique, fils de Louis le Débonnaire.

Digitized by Google

debita largimur, præmium nobis apud Dominum æternæ remunerationis rependi non ambigimus. Idcirco notum fieri volumus omnium fidelium nostrorum, præsentium scilicet et futurorum, sollertiæ, quia dum esset Britanniæ partibus in Dei servitio et nostro vir venerabilis Ingilfridus abbas *a*) ex monasterio Sancti Iohannis Baptistæ, quod est situm in suburbio civitatis Andicavinæ, ubi vir præclarus Licinius eiusdem urbis quondam episcopus, qui ipsum monasterium a fundamento construxit et rebus plurimis ditavit, corpore requiescit *b*), clerici eiusdem monasterii ad nostram accedentes clementiam innotuerunt celsitudini nostræ quod de rebus, quas idem Licinius præsul eumdem monasterium ditaverat, quædam res, quas hactenus Autulfus quondam comes ad beneficium habuit *c*), quæ sunt in villa quæ nominatur Massiliacus *d*),

Ecclesiarum fundationes. et immunitates.

a) Notre formule est le seul document qui fasse connaître l'existence et le nom de cet abbé. Cf. *Gallia christ. nov.*, XIV, 599.

b) L'abbaye de Saint-Jean-Baptiste avait été fondée par Licinius ou Lezin à la fin du sixième siècle. Le biographe anonyme de ce saint évêque assure qu'il était uni par des liens de parenté à la famille royale, et qu'avant sa promotion à l'épiscopat, qui eut lieu vers 592, il avait été employé à la cour et dans l'armée, et avait rempli les fonctions de comte ou duc d'Angers. (Cf. Le Cointe, *Annales ecclesiast.*, II, 398; D. Bouquet, *Scriptores*, III, 486.) Au onzième siècle l'abbaye de Saint-Jean-Baptiste, où il avait choisi sa sépulture, fut transformée en collégiale, et perdit son vocable primitif pour prendre celui de Saint-Julien. Plus tard le comte Geoffroy la donna au chapitre; elle fut alors gouvernée par un simple doyen, et en 1696 on la réunit au séminaire épiscopal. Cf. *Gallia christ. nov.*, XIV, 599.

c) Le comte ou sénéchal Autulfe commandait l'armée qui fut envoyée en 786 contre les Bretons. Cf. D. Bouquet, *Scriptores*, V, 21, 44, 149, 207, 240, 329, 345.

d) La villa *Massiliacus* me paraît répondre au bourg de Marcillé-la-Ville, à 15 kil. de Mayenne. On lit en effet dans un diplôme de Charles le Chauve, qui con-

Digitized by Google

Ecclesiarum fundationes. et immunitates.

tempore domini et genitoris nostri Caroli pie recordationis serenissimi imperatoris, de præfato monasterio Sancti Ioannis Baptistæ abstractæ atque distractæ fuissent. Propterea vero postulaverunt præfati clerici iam dicti monasterii ut in nostra eleemosyna pro reverentia præscripti Licinii præsulis, necnon et pro illorum sanctorum, in quorum honore idem monasterium constructum esse dinoscitur, prænominatas res præscripto monasterio reddere iuberemus. Nos vero superno munere accensi, pro remedio animæ nostræ, ut pius Dominus peccaminum nostrorum maculas tergere et superno munere adscisci dignetur, placuit nobis suprascriptorum clericorum postulationem exaudire, et prædictas res superius scripto monasterio reddere, atque per hanc nostræ auctoritatis præceptionem confirmare, ut nostris futurisque temporibus in iure et dominatione prænominati monasterii perpetuo consistant. Pro firmitatis namque studio super istius rei factum hanc nostram auctoritatem fieri placuit, per quam decernimus atque obnixe præcipimus ut nullus quilibet fidelium sanctæ Dei ecclesiæ atque nostrorum præsentibus futurisque temporibus de præscriptis rebus, quas præfatus Autulfus quondam comes in beneficium habuit, et nos in nostra eleemosyna per hanc nostram auctoritatem superius scripto monasterio reddimus, aliquid abstrahere aut ipsi monasterio eiusque rectoribus aliquam calumniam vel etiam inquietudinem contra rationis ordinem inferre

firme la possession de cette villa au monastère de Saint-Jean-Baptiste, qu'elle était située *in pago Cenomannensi*. Elle fut probablement aliénée ou échangée de bonne heure, car nous voyons, au milieu du dixième siècle, Mainard, évêque du Mans, en faire don à ses chanoines. Cf. Mabillon, *Vetera analecta*, p. 303 (éd. in-f°); Cauvain, *Géographie ancienne du diocèse du Mans*, p. 406.

Digitized by Google

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

præsumat, sed liceat rectoribus atque ministris ipsius cœnobii quidquid de ipsis vel in ipsis rebus pro suorum opportunitate et commoditate facere voluerint, libero in omnibus perfrui arbitrio faciendi. Et [ut] hæc nostræ confirmationis auctoritas perpetuis temporibus inviolabilis consistat, et ab omnibus fidelibus sanctæ Dei ecclesiæ et nostris inviolabiliter conservetur.....

DLXXI.

DE MAGNA REM [1]), QUI VULT EXSINODOTIO [2]) AUT MONASTERIO [3]) CONSTRUERE.

Domino vero sancto [4]) atque sedula ostensione [5]) patentibus virtutum miraculis Christi remuneratione fulgenti, oratorio ac cellola in honore sanctæ ac semper virginis [6]) Mariæ, genetricis [7]) Domini nostri Ihesu Christi, aut in altarius [8]) sancti constructa illa [9]), seu [10]) quidem meritis, flagitiis quoque, sceleribus, prælascivis actibus ac nimia fœditate pollutus, vel opere [11]) omnium bonorum Christianorum longe satis extremos [12]). Octat [13]) pene [14]) sanctarum Scripturarum series [15]) Christianis fidelibus pia exortatione [16]) pronuntiat, hoc etiam tonitrualis illa evangelistarum vox, Sancto suggerente [17]) Spiritu, sua potes-

DLXXI. Exstat h. f. in codd. Paris. A, B, C, Lugd. Bat. B; vulgat. inter Marculf. II, 1. — 1) Paris. B, *Carta de magna rem;* Paris. C, Lugd. Bat. B, *Ista de magna rem.* — 2) Paris. B, *exsedochio;* Paris. C, *senedocio;* Lugd. Bat. B, *exicio.* — 3) Verba *aut monasterio* desunt in Paris. B. — 4) Paris. C, *veri sancti;* Lugd. Bat. B, *veræ sanctæ.* — 5) Paris. B, *offensione.* — 6) Paris. C, *virgine.* — 7) Paris. C, *ienetricis.* — 8) Paris. C, Lugd. Bat. B, *alterius.* — 9) Paris. B, *in honore sancti illius.* — 10) Cæteri, *reus.* — 11) Cæteri, *vel ordine vel opere.* — 12) Paris. B, Lugd. Bat. B, *extremus;* Paris. C, *extetimus.* — 13) Cæteri, *hoc tota, hoc totum.* — 14) Paris. C, *pœna.* — 15) Paris. C, *seriis.* — 16) Paris. B, *exoratione.* — 17) Paris. C, Lugd. Bat. B, *sugge-*

Digitized by Google

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

tate concelebrat, ut faciat in pauperes ælemosinam qui vult tardari [18]) evadere supplicia. Unde et Dominus in evangelio dicit [19]) : *Vende omnia quæ habes, da pauperibus, et habebis thesaurum in cælum* [20]) *a*). Pensemus ergo omnes [21]) Christiani quanta sit pietas et largidio [22]) Redemptoris, ut ælemosinas [23]) pauperum promittantur nobis thesauri regni cælorum. Procuremus igitur, sicut Dominus et Salvator noster præcepit, et hac si non quantum habemus, saltim in quantum possumus, ælemosynam faciamus. Nemo itaque dubitet, nemo tardet [24]), quia si nos facimus que Dominus et Salvator noster præcepit, ille sine dubio facturus est que promisit [25]). Ait enim scriptura [26]) : *Abscondite* [27]) *ælemosyna in corde* [28]) *pauperis, ut* [29]) *ipsa pro te deprecabitur Domino b*). Abscondamus ergo ælemosynam in corde pauperis, ut proveniat nobis deprecatio pauperum ad remissionem peccatorum [30]). Multa quidem et alia, quæ latiniosa [31]) sunt, prosequi pro ælemosinis faciendis testimoniis [32]) in scripturis sanctis reperimus; inter quibus vel ex quibus illam ergo [33]) existimo [34]) portionem [35]) sententiam, quæ ait : *Sicut aqua extinguit ignem, [sic elimosina extinguit peccatum]* [36]) *c*). Quid ergo verius potest

rendo. — [18]) Cæteri, *tartari*. — [19]) Paris. C, *ait*. — [20]) Paris. C, Lugd. Bat. B, *in cælo*. — [21]) Paris. C, Lugd. Bat. B, *homines*. — [22]) Paris. C, Lugd. Bat. B, *largicio, largitio*. — [23]) Paris. C, *per elimosinas;* Lugd. Bat. B, *pro ælimosynas*. — [24]) Paris. C, *Nemo itaque tardit atque dubitet*. — [25]) Verba *Pensemus ergo..... promisit* desunt in Paris. B. — [26]) Paris. B, *Et in libro Sapientie dicit*. — [27]) Paris. C, Lugd. Bat. B, *absconde*. — [28]) Paris. C, *sinu*. — [29]) Paris. C, Lugd. Bat. B, *et*. — [30]) Verba *abscondamus..... pauperum* desunt in Paris. B. — [31]) Lugd. Bat. B, *laciniosia*. — [32]) Cæteri, *testimonia*. — [33]) Cæteri, *ego*. — [34]) Paris. C, Lugd. Bat. B, *exestimo*. — [35]) Cæteri, *potiorem*. — [36]) Verba uncis inclusa e Paris. B, C, supplevi.

a) Cf. *Evang. sec. Matth.*, XIX, 21.

b) Cf. *Ecclesiastic.*, XXIX, 15.

c) Cf. *Ibidem*, III, 33.

Digitized by Google

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

credi, quid confidentius, quidve [37]) expressius, quia [38]) sicut aqua extinguit ignem, sic [39]) ælemosina extinguit peccatum? Iusti [40]) ergo extinguitur, quia [41]) peccatorum incendia elemosynis iuxta pollicitatione divina extinguere non festinet [42]). Facient [43]) quippe ceteri [44]) quod voluerint, agant quod ipsi maluerint [45])! Idcirco, quia omnis homo suo sensu ducetur [46]), ego tamen huius rei exemplum secutus elegi ad præfato oratorio vel cellula [47]) iuxta apostolorum numerum [48]) duodecim ad præsens pauperum pro remissionem peccatorum meorum, vel pro diluenda meorum mole peccaminum, Christo præsule, conlocare; ubi etiam per [49]) præsentem epistolam donationis meę dono ad præsentem diem [50]), quod in luminaribus [51]) ipsius oratorii vel alimonia et [52]) substantiale victu, vestitu quoque, substentatione [53]) ipsorum pauperum [54]) vel clericorum ibidem servientium, Deo gubernante et opi-[tu]lante [55]), proficiat, donatumque in perpetuo [56]) esse volo, adque [57]) de medio [58]) iure in eorum dominatione et potestate lego [59]), trado [60]), transmitto adque transfundo, hoc est agros, quorum vocabula sunt illa et illa [61]), que ponuntur [62]) in territorio [63]) illo, pari modo et quicquid

— 37) Paris. C, *quid vel.* — 38) Paris. C, Lugd. Bat. B, *quam.* — 39) Paris. C, *ita.* — 40) Lugd. Bat. B, *Iuste.* — 41) Lugd. Bat. B, *qui.* — 42) Paris. C, Lugd. Bat. B, *festinat, festinant.* — 43) Lugd. Bat. B, *Faciant.* — 44) Lugd. Bat. B, *citeri.* — 45) Verba *Quid ergo..... maluerint* desunt in Paris. B. — 46) Paris. C, Lugd. Bat. B, *ducitur.* — 47) Paris. C, Lugd. Bat. B, *cellola.* — 48) Paris. C, *numero.* — 49) H. v. deest in Lugd. Bat. B. — 50) Paris. C, Lugd. Bat. B, *a præsente die.* — 51) Paris. C, *luminarius.* — 52) Paris. C, Lugd. Bat. B, *ac.* — 53) Paris. C, *ac substantia.* — 54) H. v. deest in Paris. C. — 55) H. v. e cæteris restitui. — 56) Paris. C, *in perpetuum.* — 57) Paris. C, addit *ibidem.* — 58) Cæteri, *meo.* — 59) Paris. B, *elego;* Paris. C, *diligo.* — — 60) H. v. deest in Lugd. Bat. B. — 61) Paris. C, Lugd. Bat. B, *illos et illos.* — 62) Paris. C, *ponitur.* — 63) Paris. C, Lugd. Bat. B, *terraturio, terreturio.*

Digitized by Google

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

in illo [64]) territorio [65]) ponuntur [66]), in omni solliditate portionem meam una cum mancipiis, ædificiis, vineis, terris, pratis, silvis omniqué iure eorum [67]), una cum colonicis adiunctis, adiacentiis eorum [68]), in omni solliditate earum [69]), sicut a me noscitur fuisse possessum, aut mihi ex legitima successione aut undecumque aliquid mihi ibidem obvenit, cum omni solliditate vel oportunitate earum [70]) ad integrum; ea scilicet ratione atque pretexto ut remota pontificum simulque ecclesiasticorum omnium officialium seu publicorum omnium potestate, nullas functiones vel exactionis [71]), neque exquisita et lauda convivia, neque gratiosa vel insidiosa [72]) munuscula, neque etiam caballorum pastus, aut paravereda, vel cetera [73]) angaria, aut in [74]) quodcumque functiones titulum dici potest, de ipsa facultate pænitus non requiratur, sed sub integra emunitate facultaticula ipsa, sicut a me hunc [75]) usque possessa est, in iure oraturio sancte Marie [76]) et prædictorum pauperum debeant [77]), Deo [78]) protegente et opitulante, præsistere [79]); nisi tantum sancti et apostolici illius [80]) urbis episcopi, in cuius oppidum exsinodotius ipsi ponitur, pro tradendis benedictionibus vel subsistuendis [81]) abbatibus, presbiteris quoque et diaconibus, absque ulla pecuniarum adeptione [82]), amplius

— 64) Paris. C, *loci*. — 65) Paris. C, Lugd. Bat. B, *terraturio, terreturio*. — 66) Paris. C, Lugd. Bat. B, *ponitur*. — 67) Paris. C, Lugd. Bat. B, *earum*. — 68) Paris. C, *et adiecenciis earum*. — 69) Verba *in omni solliditate earum* desunt in Paris. B. — 70) Verba *cum omni solliditate vel oportunitate earum* desunt in Paris. B; Paris. C, addit *ad se pertenente*. — 71) Verba *vel exactionis* desunt in Lugd. Bat. B. — 72) Verba *vel insidiosa* desunt in Paris. C. — 73) Cæteri, *carrarum*. — 74) H. v. deest in Lugd. Bat. B. — 75) Paris. B, *hic;* Paris. C, Lugd. Bat. B, *huc*. — 76) Paris. B, *sancti illius*. — 77) Paris. C, Lugd. Bat. B, *debeat*. — 78) H. v. deest in Paris. C. — 79) Paris. B, Lugd. Bat. B, *persistere;* Paris. C, *prosistere*. — 80) Paris. B, *ipsius*. — 81) Cæteri, *substituendis*. — 82) Paris. B, *peculiarum ademcionem*.

Digitized by Google

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

donandi, exigendi, minuendi vel causam nullam habeat potestatem, sed nec[83]) per[84]) commutationes locum quicquam ex hoc auferandi[85]) nullo tempore occansio[86]) vel aditos[87]) tribuatur, sed perpetualiter in potestate præfati oratorii[88]) vel ipsorum pauperum, Christo favente, permaneat. Hoc etiam ipsi[89]) pontificibus obsecro vel committo, ut illos per succidentes[90]) temporibus, cum casus mortis extiterit abbatibus a clericus[91]) clericorum gradus, in eodem loco dignetur vel debeant vel stituere[92]), quos sapientia et erudicio scripturarum clarificat, vel quos[93]) vita sancta[94]) et actio bona aut conversatio honesta[95]) commendat. Unde obsecro clementissimis regibus, tam præsentibus quam futuris, et omnibus in Deo episcopis omnibusque potestatibus[96]) ac primatis, omnes etiam seniores[97]), quoscumque iudicis esse constiterit[98]), per ineffabilem Dei omnipotentiam, per inseparabilem Patri et Filio et Spiritu Sancto Trinitatis, ut ac[99]) voluntate mea per[100]) nullis occansionibus, sicut existente sine Deo cupiditate rex exigi[101]) solet, nulla ratione nulloque tempore convellere permitatis, sed per[102]) sollicitudine et cura episcopus[103]) constare potius pro reverentię Trinitatis inmense vestro tempore et studio vel opere iubeatis, quatenus ut ille vobis mercedem restituat in futuro[104]),

— 83) H. v. deest in Lugd. Bat. B. — 84) Paris. C, *pro*. — 85) Lugd. Bat. B, *auferendi;* Paris. C, *offerendi*. — 86) Paris. B, *hoccasio*. — 87) Paris. C, Lugd. Bat. B, *adetus, addetus*. — 88) Paris. B addit *sancti illi*. — 89) Paris. C, Lugd. Bat. B, *ipse*. — 90) Paris. C, *persuadentes*. — 91) Cæteri, *ac relicus, ac reliquos, vel reliquis*. — 92) Cæteri, *substituere*. — 93) Lugd. Bat. B, *quoslibet*. — 94) Verba *vita sancta* desunt in Lugd. Bat. B. — 95) H. v. deest in Paris. B. — 96) Paris. C, *potestatis*. — 97) Paris. C, *senioribus*. — 98) Paris. C, *constituerit*. — 99) Paris. C, Lugd. Bat. B, *hac, hanc*. — 100) Paris. C, *pro*. — 101) Cæteri, *res exii, res exegi, res exige*. — 102) Paris. C, Lugd. Bat. B, *pro*. — 103) Paris. B, Lugd. Bat. B, *episcopi, episcopo*. — 104) Paris. C, *in futurum;* Lugd. Bat. B, *in perpetuo*.

Digitized by Google

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

qui scit me ælemosinis ipsis [105]) sancti [106]) Dei pauperibus per amorem Domini nostri Iheſu Christi [107]) ardenti desiderio tribuisse. Si quis huic voluntate mea per [108]) quibuslibet adinventionibus seu propositionibus, sicut mundus cottidie [109]), artibus et ingenuis [110]) expolio obvius [111]) vel repetitor, convulsor etiam aut tergiversator extiterit, anathema sit, et tam qui fecerit quam qui faciendo consenserit anathema sit, et sicut Dathan et Abiron hiatu terræ absorti sunt [112]), vivens in infernum discendat, et Zeziæ [113]) fraudis mercatorem et in præsente et in futuro seculo partem dampnationis excipiat, et tunc venia consequatur, quando consecuturus est et [114]) diabolus, qui sese fellendo [115]) etheria sede deiectus, cruenta [116]) adinventione bonis operibus semper vigilari [117]) pervigilat; insuper etiam inferat societatu [118]) quoque fisco [119]) vel sanctis episcopis [120]) ecclesię illius auri libras centum [121]); nihilominus [122]) pręsens [123]) epistola, quę a me pro timore Dei et amore pauperum [124]) conscripta est, firma, incorrupta, intemerata inviolataque permaneat. Ego namque de conlatis ac superius prænotatis rebus omnia ad curem [125]) et sollicitudinem aut defensionem rerum vel gubernationem ipsorum pauperum sancto ac prænotato domno illius episcopis [126]) vel successoribus suis, Deo sibi testeste [127]),

—105) Lugd. Bat. B, *in ipsis*. — 106) Cæteri, *sanctis*. — 107) Paris. B, *pro amore Christi*. — 108) Paris. C, Lugd. Bat. B, *pro*. — 109) Paris. C, Lugd. Bat. B, *cotidiæ*. — 110) Cæteri, *ingeniis*. — 111) Paris. B, *ob huius*. — 112) H. v. deest in Paris. C. — 113) Cæteri, *cum Ziezi, cum Gieziæ*. — 114) H. v. deest in Paris. C, Lugd. Bat. B. — 115) Paris. C, *se Domino fefellendo*. — 116) Paris. C, *cruentata*. — 117) Cæteri, *obviare*. — 118) Cæteri, *sotiante, sociato, sociatu*. — 119) Cæteri, *tam in persecucione quam in exaccione sacratissimo fisco*. — 120) Cæteri, *sancto episcopo*. — 121) Lugd. Bat. B, *tantas;* Paris. C, *argentum pondo* ccc. — 122) Paris. C, *et nihilhominus*. — 123) Paris. B, *hæc præsens*. — 124) Paris. C, *proximi*. — 125) Cæteri, *curam*. — 126) Paris. B, *illo episcopo*. — 127) Cæteri, *teste*.

Digitized by Google

committo, et strumenta, per quod res ipsas, auxiliante Deo, per eorum sollicitudine defensentur [128]), superscripto domno lui episcopus [129]) præ manibus tradidi, et qualidem [130]) ibidem provide [131]), piæ, rectę [132]) ne an secus [133]) egeret, Christo Domino in se iudicio recognuscat. Mihi autem nihil exinde proprietatis titulum pænitus non [134]) reservavi, quia facile contempnit omnia qui cupit ab inferno [135]) faucibus erui, vel ille qui peccatorum remissione, Deo remunerante, desiderat, aut ille qui [136]) semper cogitat eum [137]) vellit, nolit [138]), esse moriturum, stibulatione [subnexa] [139]).

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

DLXXII.

QUI MONASTERIO IN PROPRIO EDIFICAT, QUALITER CARTAM FACIAT.

Antiqua legum auctoritas et principum decreta sanxerunt ut unusquisque, dum manet in corpore, de propria quam possedit facultatem voluntatem suam literis inserat, ut perenis temporibus inviolata permaneat. Quapropter, dum non habetur incognitum qualiter ego ille, una cum consensu Gallearum pontificem, in re mea propria, quam ex successione parentum meorum mihi obvenit, monasterium in honore sancti illi edificavi, in loco nuncupante illo, in pago illo, in fine illa, et constituimus ibi abbatem, nomine illo, qui ibidem sancto ordine, Deo auxiliante,

— 128) Paris. B, *deferentur*. — 129) Paris. C, *suprascripto illo episcopo*. — 130) Cæteri, *qualiter*. — 131) Paris. B, *providere*. — 132) Verba *piæ, rectæ*, desunt in Paris. B. — 133) Lugd. Bat. B, *teneant secus;* Paris. C, *ne anxius*. — 134) H. v. deest in Paris. C. — 135) Cæteri, *inferni*. — 136) Paris. C, Lugd. Bat. B, addunt *se*. — 137) Paris. B, *cum;* Paris. C, *quod*. — 138) Paris. C, *et nolet*. — 139) H. v. e Paris. C, Lugd. Bat. B, supplevi.

DLXXII. Exstat h. f. in cod. Paris. B; vulgat. inter Baluz. maj. nº 87.

Digitized by Google

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

gubernare faciat, et suis monachis ibi constituat, et per eius ordinatione ipse sanctus ordo perpetualiter sit institutus et conservatus, propterea donamus et donatumque in perpetuum esse volumus ad iam nominato monasterio sancti illius vel ad abbate illo ipsum locum, hubi ipse monasterius est constructus, cum omnis adgecenciis et adpendiciis suis et locella seu colonicis, in villas illas, in pago illo. Ista omnia, que superius memoravimus, cum omnibus adgecenciis vel adpendiciis eorum, quantumcumque ibidem tenere vel possidere videmur per qualibet adtracto, totum et ad integrum, cum omni superpositum, ad die præsenti, in honore sancti illius pro remedium anime meæ vel æterna salute dedimus, cum domibus, edificiis, mancipiis, acolabus, libertis, vineis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, strumenta cartarum, libris vel vestimenta seu et ministeria æcclesiæ, movilibus et inmovilibus, omni rem inexquisitam, quicquid dici aut nominare potest, totum et ad integrum, ad suprascripto monasterio vel iam dicto abbati cum monachis suis perpetualiter, protegente Domno, tradimus ad possidendum. Dum omnis præsolis et nobilis personis comprovincialibus nostris cognitum est quod ego ille in mea re propria iam nominatum monasterium edificavi, vel cenubiolo sancto ibi constitui propter Deum, vel quicquid exinde facere volo, præsenti tempore in omnibus mihi maneat libera potestas, propterea per præsentem paginam, cum consensu supra memoratus pontificis, constituo ut nullus episcopus alius civitatis aut archidiaconus vel quilibet ex clero aut actores ecclesiæ nullum ibidem præsummant exercere dominatum, non ad mansionaticos aut repastos exigendo, non ad ministeria discribendo, non ad abatem mittendum. Cum vero necesse fue-

Digitized by Google

rit crisma petire, tabulas aut altaria consecrare, sacris ordinibus benedici, abbas vel monachi ibidem consistentes a quocumque de sanctis episcopis sibi elegerint, qui hoc agere debeat, licentia sit eis expetire, et illi hoc benedicere vel consecrare. Si vero, caritate exigente, pontifex quilibet ab abbate loci illius ibi fuerit invitatus, simpliciter que ei a fratribus offeruntur accipiat, nulla exenia vel munuscula amplius eis quirat, neque de omnes rebus ipsius monasterii nullam habeat potestatem. Cum vero abbas ipsius loci acceperit transitum, quemcumque de semet ipsis monachi ibidem habitantes secundum regulam sancti Benedicti meliorem invenerint, ipsum abatem ibidem constituant. Quod si ipse de se ipsis talem non invenerint, cum communi consilio illi sanciores monachi aliunde regulare abbate, qui eos sub regula sancti Benedicti regat, elegendum in eorum maneat potestatem. Quod vero Deus avertat, ne ibi sanctus ordo tepiscat, et ipse abbas hoc emendare non prævalet aut negleget, potestas maneatur ipsis monachis, ubicumque in propriis monasteriis reccius et sanccius secundum regulam sancti Benedicti invenerint, expetere, et per eorum salubri consilium ipsum sanctum ordinem regulariter emendare. Quod si pontifex vel aliquis ex ecclesiasticis ministeriis quislibet vel aliqua emissa persona contra ipso abbati vel eius congregatione de suprascriptos ordines vel benediccionibus vel de rebus meis propriis monasterii, per qualecumque strumento aut quocumque modo ad ipsa casa fuit vel in antea fuerit deligatum, additum, commutatum vel concessum, vel quid ad ipso monasterio vel ad eorum homines pertenit, aliquid calumniare aut inquietare vel per qualibet ingenio minuare temptaverit, a glorioso domno, quem tonc Deus regnum Burgundiæ gubernare permiserit, hoc protenus emendetur. Preco

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

Digitized by Google

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

igitur glorioso domno, qui est temporibus modernis, et futuris successoribus, [quos] Deus regnum Burgundiæ gubernare permiserit, et per Dei tremendum iuditium adiurare præsumo, ut præsentem paginam vel facta mea vel iam dicto cenubiolo meo sua fortitudo contra omne adversitate pro mercede sua post Deum iubeat defensare atque soledum in omnes custodire, ut nulatenus ab infestacione malorum hominum possit erumpi, sed delectet ibidem abatem vel sacerdotibus seu monachis ibidem consistentibus pro vita ipsius et filiorum eius vel exercitu et omni populo catholiquo quieto ordine Domnum supplicare. Si quis vero.....

DLXXIII.

QUALITER PRIVILEGIO CONDATUR.

Dominis apostolicis præsentibus temporibus et futuris, quicumque sub fide catolica pastorali sectantur officio, ille episcopus Christi umilis. Oportunum est etiam ut Deum timentes propter ventura futuraque iudicia diligentibus Deum bonam operare, quatenus qui pontifex vocatur in populo timentibus Deum succurrat affectus, ut qui seculum calcant et Christo servire desiderant per consensu pastoris quiete ab omnibus infestationibus vivant. Quapropter, dum non habetur incognitum qualiter monasterio in pago illo, qui dicitur illi, quem illuster vir ille in alode proprio construxit, et pro totius defensionis studio per sua epistula ad præcelentissimum domnum rege Burgundie ipsum monasterium aspicere decrevit, ut comunis mercis illius pro fundamento et regale clementia pro defensionis auxilio crescat apud Deum, et nobis iam dicto

DLXXIII. Exstat h. f. in cod. Paris. B; vulgat. inter Baluz. maj. n° 38.

Digitized by Google

domno glorioso regi illi oportunum est petere ut privilegium monachis ibidem habitantibus deberimus largire, ob hoc maxime quia solet contingere ut morientibus religiosis episcopis pastoralem locum suscipiant seculares, et rebus, que pauperibus fuerunt condonate, maius per gasindus quam per sacerdotes dispergatur, et ecclesiastica vita neclecta conlata bonorum magis per venatores et canis, et, quod est gravius, per meretrices expendantur, vel relegionis norma distructa levitate laicorum secularia iniuste consentiantur, et per eorum iniqua consilia monacorum vita conturbare præsumant, propterea ergo ab ac parte semper Christo propitio directore dirigentes, comuni voluntate ille episcopus et ceteri consensimus ut in eis privilegium claro animo confirmamus. Statuentes ergo iubemus sub testimonium sanctæ Trinitatis et precium sanguinis Christi, coram Deo et angelis atque archangelis, ut de prædicto monasterio illo, vel quicquid ibidem tam regis munere quam privatorum vel quibuslibet rebus atque corporibus est conlatum aut in antea conlatum fuerit, ut nullam exinde episcopus civitatis illius habeat potestatem, neque archidiaconus illius vel ministri et actores æcclesiæ aut quislibet ex clero in rebus prædicti monasterii nullam præsumat habere principatum in nullam omnino rem quod dici aut nominare potest, non pro pasto exactandum, non pro mansionaticos requirendum, non pro totius omni[n]o re repetendo, non pro abbatem constituendo, non pro ministeria discribendo, non pro altaria aut tabulas consecrando, non pro sacris ordines dedicando, illius civitatis episcopus nullum ibidem præsumat habere accessum, [ni]si fortasse per comuni consensu abbas vel ipsa congregatio eum caritatis gracia pro sancte vite meritis crediderit evocandum. Et si fortasse ab eis fuerit evocatum, non hoc in

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

Digitized by Google

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

consuetudine vertat, nec munera exinde requirat sed simpliciter quæ a fratribus sibi fuerint oblata, et expleta caritatis officio ad propria, sicut de reliqua regis domo, cum pace discedat, quia dignum est ut quod rex uius seculi cum suis proceribus pro comune salute voluit esse constructum, sub integro privilegium sit in perpetuum a calumniandi occasionibus conservatum. Confirmamus igitur iure perpetuæ ut, cum abbas ipsius cenubii de hac vita migraverit, quemcumque sibi monachi ibidem habitantes secundum Deum elegerint, absque ulo arbitrio civitatis ipsius antestitis ipsi sibi monachi pastorem instituant, qui eorum sacro ordinem instanter adtendat. Cum vero fuerit oportunum ecclesiam dedicare, aut sacros ordines benedici, vel tabulas consecrare, quemcumque de religiosis episcopis abbas ipse vel monachi sibi voluerint invocare, in eorum maneat potestate. Et nec, quod absit, ibi ordo sanctus tepiscat, et abbas monasterii hoc per re hemendare neglexerit, aut etiam ipse cum monachis statuta regularia servare contempserint, etiamsi vis pauci videantur de monachis, quorum religio in Christo proficiat, potestas illis maneat quemcumque sibi elegerint de proximis monasteriis, quem rectius et sanccius secundum regulam sancti Benedicti, expetere, ut eorum salubri consilium studeant sanctum hordinem revocare. Statuimus etiam mulierum accessus intra portas monasterii nullatenus fiat. Si quis itaque constitutionem præsentem pro quocumque conludio mutare conaverit, reos omnipotenti Deo effectos a pace Christianorum omnium abeatur extraneus, et indesolubile anatimatis vinculo vulneris sortem damnationis Iude proditoris incurrat. Quo privilegium, ut in perpetuum tempore conservetur, stibulatione subnixa, manu propria.....

Digitized by Google

DLXXIV.

DE PRIVILEGIO [1]).

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

Domino sancto et in Christo venerabile fratri illo abbate vel cunctę congregatione monasterii [2]) illius [3]) in honore beatorum illorum [4]) in pago illo constructo, ille episcopus. Conpellit nos affectio caritatis vestræ, radio inflammante divino, illa pro vestro quieti [5]) providere, quę [6]) nobis maneant ad mercedem, et ea recto tramite inconvulso limite terminari, quę [7]) perennem deinceps, propitiante Domino, obteneant firmitatem; quia non minor a Domini [8]) retributio speratur futura [9]) pro succiduis contemplante [10]) temporibus, quam ad præsens munera pauperibus offerentem. Et ne nobis aliquis detrahendo estimet in id nova decernere carmina, dum ab antiquitus iuxta constitutionem pontificum pro regalem [11]) sanctionem [12]) monasteria sanctorum Lirinensis *a*), Auganensis [13]), Luxovien-

DLXXIV. Exstat h. f. in codd. Paris. A, B, C, Lugd. Bat. B; vulgat. inter Marculf. I, 1. — [1]) Paris. B, *Qualiter privilegium condatur episcopus.* — [2]) Paris. C, *monasterio;* Lugd. Bat. B, *monastirii.* — [3]) Lugd. Bat. B, *illi.* — [4]) Cæteri addunt *ab illo.* — [5]) Paris. C, *vestra adquieti.* — [6]) Paris. B, *qualiter.* — [7]) Paris. B, *quomodo.* — [8]) Paris. C, Lugd. Bat. B, *Domino.* — [9]) Paris. C, *speritura.* — [10]) Paris. C, *contemplet.* — [11]) Lugd. Bat. B, *per regalem.* — [12]) Paris. C, *santiores.* — [13]) Paris. B, C, Lugd. Bat. B, *Ago-*

a) Le monastère fondé par saint Honorat dans l'île de Lérins, à la fin du quatrième siècle, dépendait originairement du diocèse de Fréjus. Les immunités et prérogatives de l'abbé vis-à-vis de l'évêque diocésain furent discutées et réglées par le concile d'Arles tenu vers 461. (Cf. *Annales Benedictini*, I, 17; *Gallia christ. nov.*, I, 422, III, 1192; D. Labbat, *Conciliorum Galliæ collect.*, 579). Le monastère d'Agaune ou Saint-Maurice en Valais, au diocèse de Sion, fut fondé ou plutôt rétabli par Sigismond, roi de Bourgogne; le diplôme royal, qui contient l'énumération de ses possessions

Digitized by Google

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

sis [14]), vel modo innumerabilia per omne regnum [15]) Francorum sub libertatis privilegium [16]) videntur consistere, sed pro reverentia sanctorum in eorumque omnium fratrum [17]) implendo iussa, custodiendo præcepta, obædientiam propalabo. Quid vero vos vel successores vestri, Sancto suadente Spiritu, deinceps custodiatis, immo sanctæ ille ecclesię episcopus [18]) debeat [19]) adimplere, huic pagine credidimus [20]) inserendo : hoc est ut de vestra congregatione [21]) qui in vestro monasterio sancta debeant baiulare [22]) officia, quam abbas [23]) cum omne congregatione poposcerit, a nobis vel a successoribus nostris sacros

nensis, *Agaunensis*, *Agavensis*. — [14]) Lugd. Bat. B, *Lossoviensis*. — [15]) Paris. C, *regno*. — [16]) Paris. C, *privilegius*. — [17]) Paris. B, *in eorum fratrum*. — [18]) Paris. C, *episcopi*. — [19]) Paris. C addit *toto*. — [20]) Paris. B, *credimus*. — [21]) Paris. C addit *priorum est*. — [22]) Lugd. Bat. B, *debeat baiolare*. — [23]) Paris. C, Lugd. Bat. B, *quem abba*.

et de ses priviléges, et qui fut promulgué à la suite du concile d'Agaune, en 523, a été soupçonné de faux par plusieurs critiques, mais sa sincérité est aujourd'hui reconnue. (Cf. *Diplomata, Chartæ*....., Prolég. p. 23, t. I, p. 66, not. 9, ed. Pardessus). Le monastère de Luxeuil, au diocèse de Besançon, fut bâti par saint Colomban, à la fin du sixième siècle, dans un lieu célèbre par ses eaux thermales et par le camp fortifié que les Romains y avaient établi. Le premier acte où soient consacrées ses franchises est une bulle du pape Jean IV, dont l'authenticité paraît très contestable (Cf. *Annales Benedictini*, I, 216, 382; *Diplomata, Chartæ*....., Prolég. 77, t. II, 67, ed. Pardessus); mais il n'en est pas moins certain que ce monastère avait obtenu presque dès son origine de larges immunités. La constitution intérieure de Luxeuil, d'Agaune et de Lérins est fréquemment invoquée comme exemple dans les chartes de priviléges accordées aux abbayes de la Gaule pendant le cours des septième et huitième siècles. Cf. *Charta Berthefredi Ambianensis episcopi*, ann. 662; *Testamentum Wideradi abbatis*, ann. 721; *Charta Widegerni episcopi Stradburgensis*, ann. 728 (ap. *Diplomata, Chartæ*....., t. II, p. 126, 323, 352, ed. Pardessus).

Digitized by Google

percipiat grados, nullum pro ipsorum honorem præmium percepturum [24]); altare in ipso monasterio prædictus episcopus benedicat, et sanctum chrisma [25]) annis singulis, si voluerint postolare [26]), pro reverentia loci sine pretium concedat, et iuxta dispensationem divinam, cum abbas de ipso monasterio a Domino migraverit, quem [27]) unianimiter omnis congregatio illa monachorum ex semet ipsis obtimæ regula [28]) compertum et vitę meritis congruentem elegerint, sine præmium [29]) memorate [30]) urbis episcopus ipse promoveat [31]) abbatem; nullam pœnitus aliam potestatem [in ipso] [32]) monasterio, neque in rebus, neque in ordinandis personis, neque in villabus ibidem iam conlatis aut deinceps regio munere aut privatorum conlaturas, vel in reliqua substantia monasterii, nos successoresque [33]) nostri episcopi aut archediaconi [34]) seu ceteri [35]) ordinatores aut qualibet alia persona prædictę civitatis habere non præsumat, aut quodcunque de eodem monasterio, sicut de parrochiis [36]) aut ceteris monasteriis, muneris [37]) causam audeat sperare aut ferre [38]), nec de hoc, quod ad Deum timentibus hominibus [39]) transmissum aut in altario offertum fuerit, aut sacris voluminibus vel quibuscumque speciebus ad hornatum [40]) divini cultus pertinet [41]) aut [ad] [42]) præsens conlata [43]) vel deinceps conla-

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

— [24]) Paris. C, Lugd. Bat. B, *perceptorum*. — [25]) Lugd. Bat. B, *sanctam crismam*. — [26]) Paris. C, *si voluerit postulare*. — [27]) H. v. deest in Paris. C. — [28]) Paris. C, Lugd. Bat. B, *optime regola*. — [29]) Paris. C, *præmio*. — [30]) Lugd. Bat. B, *memorare*. — [31]) Paris. B, *provideat;* Paris. C, *promtioveat*. — [32]) H. v. e Paris. C, Lugd. Bat. B, supplevi; Paris. B, *ab ipso*. — [33]) Paris. C, *successorio*. — [34]) Paris. C, *arcidiaconi*. — [35]) Paris. B addit *alii*. — [36]) Lugd. Bat. B, *parociis*. — [37]) H. v. deest in Paris. C. — [38]) Cæteri, *auferre*. — [39]) H. v. deest in Paris. B, C. — [40]) Lugd. Bat. B, *quod ad ornatum*. — [41]) Paris. C, *pertenit*. — [42]) H. v. e Paris. C, Lugd. Bat. B, supplevi. — [43]) Paris. C, *colatis*.

Digitized by Google

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

tura fuerint, auferre non præsumat; et [44]) nisi rogitus a congregatione illa vel abbati [45]) pro oratione lucranda, nulli nostrum licet [46]) monasterii adire secreta aut finium ingredi [47]) septa; et si ab eis illuc pontifex postolatus pro lucranda orationem vel eorum utilitatem accesserit, cælebrata [48]) ac peractu divino mysterio, simplicem ac sobriam benedictionem perceptam [49]), absque ullo requisitu [50]), domo [51]) studeat habere regressum, ut [52]) quatenus monachi, qui [53]) solitarii noncupantur, de perfecta quieti valeant, duci Domino, per [54]) tempora exultare, et sub sancta regula viventem [55]) et beatorum patrum vita [56]) sectantes pro statu ecclesię et salute reges vel patrię valeant plenius [57]) Dominum exorare; et si aliquid ipsi monachi de eorum religione tepidi aut an secus egerint, secundum eorum regulam ab eorum abbati, si prævalet, corrigiantur [58]); sin autem, pontifex de ipsa civitate cohercere debet [59]), quia nihil de canonica auctoritate conpellitur [60]) quicquid domesticis fidei pro quietim tranquillitatis tribuatur. Si quis autem ex nobis, quod Deus avertat, calliditate commotus aut cupiditate præventus, ea, quæ sunt superius [61]) comprehensa, temerario spiritu violari præsumpserit, a divina ultione prostratus, reatu anathemate subiaceat et tribus annis a communione omnium [62]) fratrorum [63]) se noverit alienum, [et] nihilominus hoc privi-

— 44) H. v. deest in Paris. C. — 45) Paris. B, *ab abbati*. — 46) Paris. C, *liceat*. — 47) Paris. C, *ingrediens*. — 48) Paris. C, *celebratus episcopus*. — 49) Lugd. Bat. B, *præceptam*. — 50) Paris. B, *repetito*. — 51) Paris. C, Lugd. Bat. B, *dono*. — 52) Paris. C, *aut*. — 53) H. v. deest in Paris. C. — 54) Paris. C, *pro*. — 55) Paris. C, Lugd. Bat. B, *viventis, viventes*. — — 56) Paris. C, *vitas*. — 57) H. v. deest in Paris. C. — 58) Cæteri, *corrigantur, corregantur*. — 59) Paris. C, *coercere debeat;* Lugd. Bat. B, *choercire debeat*. — 60) Cæteri, *convellitur*. — 61) Paris. C, *supra*. — 62) H. v. deest in Paris. C. — 63) Cæteri, *fratrum*.

Digitized by Google

legium perpetim [64]) maneat incorruptum. Quam constitutionem nostram, ut firmis subsistat vigoribus, et nos et fratres nostris [65]) domini episcopi subscriptione [66]) manibus nostris decrevimus roborari.

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

Actum [67]) ibi, sub die illo, anno illo.

DLXXV.

CONCESSIO [1]) REGIS AD HOC PRIVILEGIO [2]).

Ille [3]) rex, viris apostolicis patribus nostris necnon et inlustribus [4]) viris illi comite vel omnibus agentibus, præsentibus et futuris. Oportet enim clementiæ principali ut inter ceterorum petitionibus sacerdotibus debeat benignum acommodari [5]) auditum, et que [6]) pro timore divini nominis [7]) postolatur [8]), ponatur [9]) procul dubio ad effectum, ut fiat in mercedem coniunctio, dum pro quietim [10]) servorum Dei congrua impertitur petitio; quia fides perfecta non dubitat ad altissimi gratiam pertinere, quod secundum sacro eloquio [11]) præcipue [12]) a domesticis [13]) fidei devota nostræ [14]) inpenditur, quia scriptum est : *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum a*). Ergo,

— [64]) Paris. C, *perpetualiter*. — [65]) Cæteri, *nostri*. — [66]) Paris. B, *subscriptionibus*. — [67]) Quæ sequuntur desunt in Lugd. Bat. B.

DLXXV. Exstat h. f. in codd. Paris. A, B, C, Lugd. Bat. B, Monac. A; vulgat. inter Marculf. I, 2. — [1]) Paris. B, Lugd. Bat. B, *Cessio*. — [2]) Lugd. Bat. B, *de hoc privilegium;* Monac. A, *de privilegio monasterii;* in Paris. C rubrica deest. — [3]) Monac. A addit *gratia Dei*. — [4]) Monac. A, *inlustris*. — [5]) Cæteri, *accomodare*. — [6]) Paris. C, *qui*. — [7]) Paris. C, *omnis*. — [8]) Paris. C, Lugd. Bat. B, Monac. A, *postulatur, postolator, postulantur*. — [9]) Paris. B, *ponat;* h. v. deest in Paris. C. — [10]) Cæteri, *quiete, quietem, quietum*. — [11]) Monac. A, *sacrum eloquium;* Lugd. Bat. B, *sacri æloquio*. — [12]) Paris. B, *præcipio*. — [13]) Monac. A, *ad domesticos*. — [14]) Cæ-

a) Cf. *Evang. sec. Matth.*, V, 3.

Digitized by Google

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

dum et ille episcopus, aut abbas [15]), aut inluster vir, monasterium in honore [sancti] [16]) illius, in pago illo, aut super [sua] [17]) proprietate, aut super fisco, noscitur ædificasse, ubi ad præsens ille abbas vel turba plurima monachorum adunata esse noscuntur, ad petitionem illius clementia nostra pro quiete [18]) ipsorum servorum Dei perceptionem [19]) vigoris nostri placuit propolare [20]), sub quo tranquillitatis hordine, Domino protegente, ipsi monachi [21]) iuxta religiones normam perpetim [22]) valeant resedere, elegimus et [23]) huic series debeant plenius declarare, quia [24]) nihil de canonica institutione convellitur [25]), quicquid ad [26]) domesticis [27]) fidei pro tranquillitatis pacem conceditur. Nec nobis [28]) aliquis detrahendo æstimet [29]) in id nova decernere carmina, dum ab antiquis [30]) iuxta constitutionem pontificum pro [31]) regalem sanctionem [32]) monasteria sanctorum illorum vel cetera in regno nostro sub libertatis privilegium videntur consistere, ita et [33]) præsens valeat, Deo adiutori, constari. Ergo [34]), si qua [35]) mihi [36]) in villabus, mancipiis vel reliquis quibuscunque rebus autque corporibus [37]), aut regio munere [38]), aut supra scripta [39]) illius, vel a quibuslibet [40]) est dilegatum, aut

teri, *mente*. — 15) Paris. C, *illi abba*. — 16) H. v. e cæteris supplevi — 17) H. v. e Paris. B, C, Monac. A, supplevi. — 18) Lugd. Bat. B, *quietem*. — 19) Paris. B, C, Lugd. Bat. B, *præceptionem*. — 20) Paris. C, *properare*. — 21) Verba *ædificasse*..... *ipsi monachi* desunt in Monac. A. — 22) Paris. C, *perpetualiter*. — 23) Cæteri, *ut*. — 24) Paris. C, *qui*. — 25) Paris. B, *compellitur*. — 26) Paris. C, Lugd. Bat. B, *a*. — 27) Monac. A, *ad domesticos*. — 28) Monac. A, *nobilis*. — 29) Paris. C, *exestimet*. — 30) Cæteri, *ab antiquitus*. — 31) Paris. B, Lugd. Bat. B, Monac. A, *per*. — 32) Paris. C, *regali saccione*. — 33) Paris. C, *et ita*. — 34) Verba *consistere*..... *ergo* desunt in Paris. B. — 35) Monac. A, *si quid*. — 36) Paris. C, Lugd. Bat. B, *inibi*; Monac. A, *ibidem*. — 37) Verba *autque corporibus* desunt in Paris. B. — 38) Paris. B addit *aut privatorum*. — 39) Cæteri, *suprascripti, suprascribti, superscripti*. — 40) Cæteri, *cuiuslibet*.

Digitized by Google

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

deinceps fuerit additum, iuxta quod ab illo pontifici [41]) vel ceteris domnis [42]) episcopis [43]) ad præfato monasterio [44]), iuxta quod eorum continet privilegium, quem nobis præfatus [45]) ille protullit recensendum, sancitum [46]) esse cognovimus [47]), nullus episcoporum [48]), ut diximus, nec præsens neque fuerint successores [49]), seu archediaconi [50]) vel eorum ordinatores vel qualibet [51]) persona, possit quoque hordine [52]) de loco ipso [53]) auferre, aut aliquam potestatem sibi in ipso monasterio præter quod scriptum est adaptare, vel aliquid quasi per [54]) commutationis titulum minuare, aut de ministerii ornamenta vel de offertione [55]) in altario inlata abstollere [56]), nec ad ipso monasterio [57]) vel cellulas eius, nisi tantum pro lucranda oratione, ipsud si fuerit [58]) cum voluntate abbatis vel eius [59]) congregationis [60]), absque dispendio eorum [61]), aliter accedere [62]) pœnitus non præsumat; quo [63]) facilius secundum deligationibus [64]) votum [65]) vel huius serie [66]) auctoritatem ad ipso monasterio [67]) absque ullius inquietudine ibidem cuncta proficiant in augmentis. Adicientes ut nulli penitus iudi-

— 41) Paris. C, *abba illo pontefice;* Monac. A, *ad illum pontificem.* — 42) H. v. deest in Monac. A. — 43) H. v. deest in Paris. C. — 44) Monac. A, *ad præfatum monasterium.* — 45) Paris. B, *præfectus.* — 46) Monac. A, *sanctum;* Lugd. Bat. B, *sanctitum.* — 47) Paris. B, *agnovimus.* — 48) Monac. A, *episcopus.* — 49) Monac. A addit *sui.* — 50) Cæteri, *archidiaconus, archediaconos, arcidiaconus.* — 51) Monac. A addit *alia.* — 52) Monac. A, *quoquo ordine.* — 53) Monac. A addit *aliquid.* — 54) Paris. C, Monac. A, *pro.* — 55) Paris. C, *officione;* Monac. A, *oblationibus.* — 56) Monac. A, *abstulere.* — 57) Monac. A, *ad ipsum monasterium.* — 58) Monac. A, *quod si fuerit.* — 59) Paris. B, *suæ.* — 60) Verba *ipsud..... congregationis* desunt in Paris. C. — 61) Paris. C addit *abbatis vel suæ congregacione.* — 62) Paris. C addit *prius.* — 63) Paris. C, *quod.* — 64) Paris. C, Monac. A, *delegationis.* — 65) Paris. C, *votis.* — 66) Paris. C, *sacre.* — 67) Monac. A, *ad ipsum monasterium.*

Digitized by Google

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

cum [68]) vel cuiuslibet hominum licentiam sit [69]) de rebus præfati monasterii, absque voluntate eorum [70]) servorum Dei, in aliquo iniquiter [71]) defraudare, aut temerario spiritu suis usibus usurpari, nec, quod primitus est, et Dei iram [72]) incurrat et nostram offensam, vel [73]) a fisco gravi damno [74]) sustineat. Illud nobis pro integra mercede nostra placuit addendo [75]), ut tam quod ex nostra largitate quam delegatione ipsius vel ceterorum aut cuiuslibet ibidem est aut fuerit devoluta possessio, quoque tempore, nulla iudiciaria potestas, nec præsens nec succidia [76]), aut [77]) causas audiendo, aut aliquid [78]) exhactandum, ibidem non præsumat ingredere; sed sub omni emunitate hoc ipsi monasterius [79]) vel congregatio sua sibimet [80]) omnes fredus concessus debeant possidere, et quicquid exinde fiscus noster forsitan de eorum hominibus [81]) aut de [82]) ingenuis aut servientes in eorum agros commanentes vel undeque poterat sperare, ex indulgentia nostra in luminaribus ipsius sancti [83]) loci vel stipendia [84]) sanctorum [85]) Dei, tam nobis in Dei nomine [86]) viventibus, quam per [87]) tempora succidentibus regibus, pro mercædis [88]) compendium debeant cuncta proficere, ut pro æterna salute vel felicitate patriæ seu regis constantiam dilectet ipsis monachis immensam Domini pietatem iugiter inplorare.

— [68]) Paris. C, Monac. A, *iuditium*. — [69]) Paris. B, *si quis*. — [70]) Cæteri, *ipsorum*. — [71]) Paris. C, *iniquum;* Monac. A, *inique;* Paris. B, *in aliqua iniquitate*. — [72]) Paris. B, *armam*. — [73]) H. v. deest in Paris. B, C, Monac. A. — [74]) Paris. B, *gravidam*. — [75]) Monac. A, *addendum*. — [76]) Paris. C, Monac. A, *succidua*. — [77]) Cæteri, *ad*. — [78]) Paris. C, *et aliquod*. — [79]) Monac. A, *hoc ipsum monasterium*. — [80]) Paris. B, *sibi et*. — [81]) Paris. C, *omnibus*. — [82]) H. v. deest in Paris. C. — [83]) H. v. deest in Lugd. Bat. B. — [84]) Paris. B, Monac. A, *in stipendia;* Paris. C, *estipendia*. — [85]) Paris. B, C, Monac. A, *servorum*. — [86]) Lugd. Bat. B, *nomen*. — [87]) Paris. C, *pro*. — [88]) Paris. C, *merces*.

Digitized by Google

Quem præceptum decretus nostri, Christo in omnibus [89]) suffraganti, ut firmior [90]) habeatur et [91]) perenniter conservetur, subscriptionem manus nostræ infra studuemus peragrari [92]). Ecclesiarum fundationes et immunitates.

DLXXVI.

ALIA [1]).

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti [2]), N. divina largiente clementia imperator augustus *a*). Notum sit omnibus fidelibus nostris quia [3]) vir reverentissimus N., abba cœnobii qui dicitur N. [4]) et est constructum in honore sancti martyris N. *b*), detulit nobis quoddam gloriosissimi genitoris nostri Hl. imperatoris præceptum, in quo detine-

— [89]) Paris. B, *in omnes*. — [90]) Lugd. Bat. B addit *in omnibus*. — [91]) Paris. C, *vel*. — [92]) Monac. A, *perarari;* Paris. C, *roborari*.

DLXXVI. Exstat h. f. in codd. Paris. H, Monac. B, Vindob. A, Rhenaug. A; vulgat. inter Alsat. nº 8; eam recuderunt Ernst Dümmler in *Formelbuch des Bischofs Salomo III von Konstanz*, nº 3, Friedrich von Wyss in *Alamannische Formeln und Briefe*, nº 21. — [1]) Hæc rubrica deest in Monac. B, Vindob. A. — [2]) Rhenaug. A, *In nomine ac trinæ sempiternæ maiestatis*. — [3]) Rhenaug. A, *quod*. — [4]) Cæteri, *quod dicitur* L.

a) Le souverain désigné par l'initiale *N.* doit être Lothaire ou Charles le Chauve. Ces deux princes sont en effet les seuls fils de Louis le Débonnaire qui aient porté le titre d'*empereur*.

b) La leçon des manuscrits de Munich, de Vienne et de Rheinau, qui désignent par l'initiale *L.* le monastère dont il est ici question, permet de croire qu'il s'agit de Lauresheim ou Lorsch, au diocèse de Worms. Cette première indication se trouverait ainsi d'accord avec la suivante. En effet l'abbaye de Lorsch, fondée en 763 sous le vocable de saint Pierre, reçut bientôt après les reliques de saint Nazaire, et fut désignée dans la suite sous le nom de ce saint martyr. Cf. Mabillon, *Annales Benedictini*, II, 204, 208; *Gallia christ. nov.*, V, 695; *Codex Laureshamensis diplomaticus*, I, passim.

Digitized by Google

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

batur [5]) qualiter idem monasterium ab antiquis temporibus a regibus potestatem ac privilegium haberet ut ipsi fratres inter se abbatem eligerent, et nulli hominum [6]) subiecti esse deberent, præter in eo solum [quod] [7]) episcopo suo deferrent quod ad ecclesiasticam disciplinam pertinet, videlicet ordinationem accipiendi, et, si qua forte contra canonicam auctoritatem commissa fuerint, corrigendi, donec quibusdam machinationibus, immo surreptionibus apud avum nostrum, N. R. M. *a*) episcopus ipsi ecclesiæ idem monasterium subiugaret. Deinde in eodem præcepto domni et patris nostri sanctæ recordationis piissimi hæc [8]) continebantur qualiter ipse per suæ potestatis auctoritatem eidem monasterio firmius privilegium concessisset, quam prius habere dinoscebatur. Cuius constitutionem nostra etiam auctoritate renovare ab eisdem [9]) abbatis intercessoribus inplorati, precipimus atque constituimus ut idem sacer locus, nostræ immunitatis tuitioni subiectus, a ceterorum hominum dominatione in perpetuum sit absolutus, et nullus episcopus, nullus comes nec eorum missus, in eiusdem monasterii possessionibus, absque petitione vel consensu abbatis ipsius, concilium congregare vel mansiones sibi parare vel ad ipsum monasterium, si quando eum rationalis causa sive [10]) necessitas itineris pertraxerit, cum multitudine hominum vel exercitu venire præsumat, sed modeste et decenter, sicut sancta loca de-

— [5]) Cæteri, *continebatur*. — [6]) Cæteri addunt *nisi regibus*. — [7]) H. v. e Rhenaug. A supplevi. — [8]) Cæteri, *piissimi* Hl. — [9]) Cæteri, *eiusdem*. — [10]) Vindob. A, *sibi*.

a) Les initiales *N. R. M.* me paraissent signifier *N. reverendæ memoriæ*. Elles désignent sans doute un des évêques de Worms, qui avaient essayé à plusieurs reprises de soumettre le monastère de Lorsch à leur juridiction.

Digitized by Google

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

cet adire; nec ullus superioris aut inferioris ordinis iudex [11]) aliquid de eisdem cœnobii possessionibus, quas modo legaliter obtinet vel postea conquesierit vel acceperit, suo iuri sine publico mallo [12]) vindicare audeat, nec inde aliquid [13]) auferre, aut homines eius [14]) loci servos aut ingenuos ad [in]iustum [15]) aliquod concilium vel necessitatem distringere, aut freda vel parafreda exigere, aut [16]) titulos nostros seu [17]) suos aut cuiuslibet in omnibus eius locis imponere præsumat, absque nostra, si tamen ita res postulaverit, iussione; et quandocumque abbas qui nunc [est] [18]) vel eius successores divina vocatione ex hoc mundo decesserint, quamdiu tales inter eos inventi fuerint, qui ipsum monasterium secundum regulam sancti Benedicti bene [19]) regere et ad nostræ serenitatis obsequium sint idonei, cum Dei voluntate et nostra auctoritate unanimo et salubri consensu eligant sibi abbatem, quem nullus propter aliquam causam despicere vel abicere debeat, et si[c] aliqui de primis, alii de mediis, quidam etiam de extremis ad nostram præsentiam ipsum electum adducant, ut per eos cæterorum omnium voluntates addiscens eum illis abbatem præficiam, sub [cuius] [20]) spirituali regimine unanimes habitantes in domo statum [21]) regni nostri et pacem totius ecclesiæ semper impetrare precibus devotis instetant [22]), hoc procul dubio scientes quia si querelosi [23]) aut contradictores inventi fuerint, aliquem de capellanis aut episcopis seu vasallis meis [24]) ta-

— [11]) Monac. B, Vindob. A, *dux vel iudex*. — [12]) H. v. deest in Rhenaug. A. — [13]) Cæteri addunt *vi*. — [14]) Cæteri, *eiusdem*. — [15]) H. v. e cæteris restitui. — [16]) Cæteri, *seu*. — [17]) Cæteri, *vel*. — [18]) H. v. e Rhenaug. A supplevi. — [19]) H. v. deest in Rhenaug. A. — [20]) H. v. e cæteris supplevi. — [21]) Rhenaug. A, *statim*. — [22]) Cæteri, *insistant*. — [23]) Cæteri, *querulosi*. — [24]) Verba *seu vasallis meis* desunt in Rhenaug. A.

Digitized by Google

Ecclesiarum fundationes et mmunitates.

lem eis super imponam, qui aut eorum contumatiam edomet, aut, si etiam sic corrigi noluerint, quod absit, ex meo illis [25]) præcepto ad exemplum cunctorum in omnem ventum dispergam vel dispergat [26]). *Reliqua ut supra.*

DLXXVII.

INDICULUM SUPPLICATURIUM AD REGEM.

Gloriosissimo atque præcelso et super omnes reges gratias Deo exaltato domno illo rege, nos enim, in Dei nomen, cuncti fratres de monasterio sancti illius, quem in honore sancto illo constructus esse videtur, si præsumptio nostra a vobis non offendit, salutem in Domino præsumimus distinare. Denique, domne, innotuimus clementiæ vestræ qualiter nos, Deus scit, qui cordis rimatur archana, quod pro vobis vel pro domna regina et pro filiis et filiabus vestris vel pro stabilitate regni vestri die noctuque non cessamus in missas et in psalmodia Domini misericordiam exorare. Domne, supplicamus misericordiam vestram, quasi omnes nos ad gloriosissimos pedes vestros prostrati iacerimus, ut nos clementia vestra adiuvare dignetur, quia ex qua die nos illi beneficiasti et nos de vestro mundeburdo discessimus, ex illa die non habuimus nec vestimenta nec calciamenta nec uncto nec sapono nec cibo, sicut antea fuit consuetudo. Releva nos, piissime rex, qui paganos ad Christianitatem vocas; nos, qui sumus Christiani, non dimittere in lapsum cecidere. Memento, gloriose rex, facta bonæ memoriæ domno illo regi, qualiter ipse nos per sua confirmatione in sua vel in nostra elemosina

— [25]) Cæteri, *illos.* — [26]) Rhenaug. A, *in virga ferrea regendo tanquam vas figuli confringat.*

DLXXVII. Exstat h. f. in cod. Vatic. A; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

perdonavit quod de ipsa congregatiuncula debuissemus habere rectorem. Domne, de plurimis pauca vobis dicimus, quia sapiente paucis innotuit maxima.

Ecclesiarum fundationes et immunitates.

DLXXVIII.

INDICULUM AD ALIOS FRATRES.

Sanctis ac venerabilis fratres, et, ut confidimus, fiduciales amicos de monasterio illo, sanctam vitam degentibus, nos enim, in Dei nomine, cuncti fratres, qui in illo monasterio in Dei servicio sumus constituti, multiplices ac salubris ad Domino præsumimus vobis destinare salutes. Conperiat almitas vestra qualiter nostra [fuit] consuetudo, ex qua die ipsa cellula fuit ædificata, quod de ipsa congregatiuncula ibidem debuissemus habere rectorem; sed et domnus ipse rex per suam confirmationem idem concessit. Sed, instigante inimicum et peccatis nostris facientibus, ipsam legem perdidimus. Sed modo speramus in Dei misericordia et sancti illo quod domnus rex nobis ipsam legem iubeat restituere. Ideoque supplicamus caritate vestra ut istos dies tres proximos tam in psalmis quam in missas Domini misericordiæ inploretis, ut clemens et misericors Deus dignetur in corde domno rege illo mittere et domna regina vel procerum suorum et rectores palatii, ut mercedes domno illo non discessi sed multiplicet; et de qualecumque causa vos nobis iniunga[ti]s, quod nos melius possumus in vestrum servitium parati sumus vicem reddere. Ideo supplicamus et humiliter petimus.....

DLXXVIII. Exstat h. f. in cod. Vatic. A; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

DLXXIX.

FORMA ABRENUNTIATIONIS DIABOLI.

Abrenuntiatio diaboli.

Forsachistu diobolæ? — *Et respondeat :* Ec forsacho diabolæ.

End allum diobolgeldę? — *Respondeat :* End ec forsacho allum diobolgeldæ.

End allum dioboles wercum? — *Respondeat :* End ec forsacho allum dioboles wercum and wordum, Thunaer ende Woden ende Saxnote ende allem them unholdum the hira genotas sint.

Gelobistu in Got alamehtigan fadaer? — Ec gelobo in Got alamehtigan fadaer.

Gelobistu in Crist Godes suno? — Ec gelobo in Crist Godes suno.

Gelobistu in Halogan Gast? — Ec gelobo in Halogan Gast.

DLXXX.

INCIPIT ORDO PUBLICE PŒNITENTIUM *a*),

Ordo pœnitentiæ.

Qui non solummodo utilis est et necessarius cunctis publicam pœnitentiam agentibus, sed et omnibus toto corde

DLXXIX. Hanc formulam post Holstenium et multos alios vulgavit Pertzius, e cod. Palatino, inter *Monum. German. hist.*, III, 19.

DLXXX. Hanc formulam e cod. monasterii Augiæ majoris vulgavit Pezius in *Thesauro anecdotorum novissimo,* t. II, part. II, p. 610.

a) On trouve dans l'ouvrage du P. Morin, *Commentarius historicus de sacramento pœnitentiæ,* et dans le recueil de D. Martene, *De antiquis ecclesiæ ritibus,* lib. I, cap. 6, un grand nombre de formules relatives à l'administration du sacrement de pénitence.

Digitized by Google

suo a malo declinantibus et bonum perficientibus et tota mente Dominum sequentibus sua spontanea voluntate, nullo cogente, nisi gratia Domini eis suadente.

Ordo pœnitentiæ.

Quia sicut publicani, peracta sua pœnitentia, semel in anno, scilicet in cœna Domini, reconciliantur ecclesiæ per officium episcopale, ita et isti, secreta et pura confessione sua Domino facta et suis fidelissimis et discretissimis sacerdotibus, et peracta pœnitentia ab eis sibi clementissimę iniuncta, pro qualicunque sit culpa, absque dubio per eorum sacerdotalia officia reconciliantur Domino Patri per omnia semper et assidue, et, si necesse est, non semel, sed plus, et sæpius quam quotidie, dicente Domino ad beatum Petrum : Non dico tibi, Petre, dimittendi septies, sed usque septuagies septies *a*). *Ideo omnis sacerdos sanctæ ecclesiæ imprimis debet præmonere suos parochianos, et quoscunque potest Christianos, quatenus in capite ieiunii, et quandocunque incitentur gratia Domini, ad veram confessionem et pœnitentiam festinantius accedant, ut peracta pœnitentia in cœna Domini redeant ad reconciliationem, unusquisque secundum suæ qualitatem culpæ. Si vero interest causa aut itineris aut cuiuslibet occupationis, aut forte ità hebes est aut idiota aut simplex aut timidus aut erubescens aut instabilis, aut sibimet videtur ita esse sceleratus et criminibus plenus, ut ei hoc sacerdos persuadere nequeat, iniungat tamen ei quadragesimalem pœnitentiam et annualem, donec divina admonitione et sanctorum patrum exemplificatione et assidua sacerdotali instructione imbutus, abiecto velamine diabolicæ diffidentiæ et erubescentiæ, festinus recurrat ad gremium matris*

a) Cf. *Evang. sec. Matth.*, XVIII, 22.

Digitized by Google

Ordo pœnitentiæ.

ecclesiæ per salubre medicamentum sanctæ confessionis et pœnitentiæ, et sic reconcilietur Domini gratiæ. Sicut autem sacrificium offerre non debent nisi episcopi et presbyteri, quibus claves regni cœlestis traditæ sunt, sic nec iudicia ista alius usurpare debet. Si autem necessitas evenerit, et presbyter non fuerit præsens, diaconus suscipiat pœnitentiam ac det sacram communionem.

Denique cum sacerdos susceperit pœnitentiam, si laicus est, demisso baculo, quisquis vero ille est, sive laicus, sive clericus, sive monachus, suppliciter inclinet se ante sacerdotem. Tunc sacerdos prosternat se cum pœnitente et dicat :

Convertere, Domine, usquequo, et deprecabilis esto super servos tuos. Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum et terram.

Sequitur psalmus : Domine in furore I et II, *et* Miserere mei Deus, *et* Benedic I. *Deinde* Pater noster, *et preces :*

Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum. Cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. Adiuva nos, Deus salutaris noster, et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos, et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Ne tradas bestiis animam confitentem tibi, et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem. Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis a templo sancto tuo, quod est in Ierusalem. Dominus custodiat te ab omni malo, custodiat animam tuam Dominus. Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum ex hoc nunc et usque in sæculum. Exsurge, Domine, adiuva nos, et libera nos propter nomen tuum.

Digitized by Google

Deinde sacerdos dicat hanc orationem :

Domine, Deus omnipotens, propitius esto mihi peccatori, ut condigne possim tibi gratias agere, qui me indignum propter tuam misericordiam ministrum fecisti sacerdotalis officii, et me exiguum humilemque mediatorem constituisti ad advocandum et intercedendum Dominum nostrum Iesum Christum pro peccantibus et ad pœnitentiam revertentibus. Ideoque, dominator Domine, qui omnes homines vis salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire, qui non vis mortem peccatorum, sed ut convertantur et vivant, suscipe orationem meam, quam fundo ante conspectum clementiæ tuæ pro famulis et famulabus tuis, qui ad pœnitentiam et misericordiam tuam confugere. Per..... Ordo pœnitentiæ.

Deinde iubeat eum sacerdos sedere contra se, et ne forte præ verecundia aut ignavia sive oblivione aliquid putridum in corde remaneat, per quod iterum diabolus eum ad vomitum peccatorum reducat, consideret etiam sexum, ætatem, conditionem, statum, personam, et secundum hoc, ut sibi visum fuerit, singula quæque diiudicet, et aliquos a cibis abstinendo, alios eleemosynas dando, nonnullos sæpius flectendo genua, sive in cruce stando, aut aliquid aliud huiusmodi quod ad animæ salutem pertinet; non omnibus vero una eademque pœnitentia convenit; discretio sit unicuique eorum, hoc est inter divitem et pauperem, liberum et servum, inter infantem et puerum, iuvenem et adolescentem, ætate senem, hebetem et stultum, scientem et ignarum, laicum et clericum, monachum et episcopum, presbyterum et diaconum, subdiaconum et lectorem, in gradu, in coniugio et sine coniugio, inter virginem et fœminam, inter canonicam et sanctimonialem, inter debiles et infirmos, in-

Digitized by Google

Ordo pœnitentiæ.

ter sanos et ægros. De qualitate etiam peccatorum et hominum, inter continentem et incontinentem, utrum voluntate vel casu, an in abscondito, an in aperto, quali compunctione emendet, necessitate vel voluntate, loca et tempora discernat. Attendat etiam sacerdos ut salvi sint omnes, ut non pusillanimes tantum constringantur quantum fortiores, sicut scriptum est : Quia potentes potenter tormenta patientur *a*) ; *ut sacerdos conetur omnibus modis officio benignissimi pastoris adhuc trimibundum, adhuc titubantem, adhuc hæsitantem, adhuc erubescentem, adhuc metuentem, adhuc vim et virtutem sacræ confessionis ignorantem docere, admonere, confortare, prædicare his verbis et aliis, prout Dominus dederit, ita dicens :*

Fili, noli tardare ad Dominum converti hodie, quia nescis quid pariat crastina dies. Si differs, perit dilatio, et restat damnatio ; ideo fuge ad medicamenta confessionis, ut Domino et ecclesiæ reconcilieris. Deus non indiget confessione nostra, cui præsto sunt omnia quæ cogitamus, loquimur aut agimus. Sed nos aliter salvi fieri non possumus, nisi confiteamur pœnitentes quod inique egimus negligentes. Qui se ipsum accusat in peccatis suis, hunc diabolus non habet iterum accusare in die iudicii, si tamen confitens pœnitendo diluit quæ fecit, nec iterum renovat quæ egit. Magnum est salutis medicamentum non iterare quæ impie gessimus, nec priorum cicatrices vulnerum resauciare. Tempus est nunc remissionis pœnitentibus, sed tempus erit post mortem vindictæ negligentibus confiteri scelera sua. Dominus enim confessionem nostram desiderat, ut iustam habeat causam ignoscendi. Qui sua peccata occultat, et erubescit salubriter confiteri Dominumque

a) Cf. *Lib. Sapient.*, VI, 7.

Digitized by Google

testem habere, ipsum habet et ultorem. Ergo confiteamur peccata nostra. Fidelis est Dominus et iustus, ut remittat nobis peccata nostra, et mundet nos ab omni iniquitate.

Ordo pœnitentiæ.

Responsio titubantis.

Heu me miserum! In tam multis sum peccatis, in tantis criminibus, in tantis sceleribus, in tantis ignominiis, in tantis iniquitatibus, in tantis fœditatibus! Quod primum plangam, quem luctum, quas lachrymas sumam? Non sufficit referre memoria tantorum criminum gesta; peccata quoque mea mihi sensum doloris tulerunt. Omnium impiorum pœnas sceleribus meis vici. Tartarea tormenta vix malis meis sufficiunt. Inter omnes enim gravius corrui, iuter omnes deterius cecidi. Non est peccatum super peccatum meum, non est iniquitas super iniquitatem meam. Nequiorem me cunctis peccatoribus penso, comparatione mea nullus iniquus est. Peccavi enim crudeliter, lapsus sum fortiter, cecidi graviter, corrui miserabiliter. Nullum invenitur peccatum, cuius sordibus non sum coinquinatus; nullus est morbus vitiorum, a quo non contraxi contagium; nulla sordium sentina exstitit, quæ me miserum non contraxit! Probrosus sum, sceleratus sum, flagitiis cunctis obrutus sum. Innumerabiliter frequentavi impudicitiam fœditatis. Ut bene viverem ultro promisi, quod pollicitus sum nunquam servavi. Semper ad peccatum meum redii, semper delicta mea et scelera iteravi; prioribus semper sceleribus deteriora coniunxi. Malos mores nunquam in melius mutavi, nunquam a malis factis recessi. Plurimos etiam maculavi, me perdens plurimos pravis moribus in iniquitatem perverti; sceleribus meis multæ animæ perierunt, exemplis vitæ meæ multi subversi sunt,

Digitized by Google

Ordo pœnitentiæ.

ego multis causa malorum fui. Per me multorum propositum maculatum est, per me nomen laceratum est sanctitatis. Peccavi super numerum arenæ maris, et multiplicata sunt peccata mea, et infixa sunt mihi sicut sagittæ, et vulneraverunt me.

Sacerdos dicit :

Eia, frater charissime! Modo diligenter attende verba quæ loquor ad te, et ea in corde tuo quasi in libro scribe, et ea commenda assidue firmissimæ memoriæ, ut sine fine possis vivere in æterna beatitudine. Toxicatorum telorum vulnera nimis multum sunt periculosa, quia sunt mortifera. His venenatis vulneribus octo principalia vitia comparamus, quia sicut per hæc mortifera vulnera corpora interficiuntur, ita per octo principalia vitia animæ in inferno damnabuntur. Quicumque enim in his octo principalibus infelix inventus fuerit, sine dubio in æternum peribit. Ideo qui de his se diligenter vult custodire, necesse est illi singulorum nomina scire.

Horum octo principalium vitiorum primum et maximum vitium, quod est omnium malorum initium, a quo oriuntur alia septem quæ hic subsequuntur, est superbia, hoc est ipse diabolus, qui per superbiam de cœlo est delapsus, et in profundum abyssi est immersus. Hanc inflatam superbiam fortiter vincendo calcat, quem sancta humilitas exaltat.

Secundum vitium est gastrimargia, hoc est gulæ concupiscentia, per quam miserabiliter protoplastes mundi de paradiso est eiectus, et in naufragia huius mundi est exulatus. Hanc gulam iucunde deridebunt, qui se a superfluis abstinebunt, et per sanctæ abstinentiæ parsimoniam ducunt vitam angelicam.

Digitized by Google

Tertium vitium est luxuria, quæ fit ex omni corporali immunditia et ex omni degeneratæ animæ turpi malitia, cum carnalibus desideriis et corporalibus voluptatibus per omnia impudice consentit anima, quæ carnem debuerat viriliter domare et regere, ut præpotens domina. Ex hac immunditia subversa est Gomorra et Sodoma, et magna civitas Ninive trium dierum itinere olim iam subversa fuisset, si se ad prædicationem Ionæ prophetæ non convertisset ad omnipotentis Domini clementiam per sanctam confessionem et condignam pœnitentiam. Hæc fera pessima et turpissima gloriose suffocatur cum omni sua immunditia assidua sanctæ castitatis munditia. Ordo pœnitentiæ.

Quartum vitium est philargiria, quod est avaritia, quæ bene hydropico comparatur sua incessabili iniustitia. Nam sicut hydropicus, quanto plus bibit, tanto amplius sitit, sic avarus, quanto plus habet, tanto maius desiderium aquirendi illi manet. Et ideo bene etiam inferno comparatur, qui nunquam impletur et nunquam satiatur. Nam ab initio usque hodie hoc inquietum malum avaritiæ confundebat, subvertebat, perturbabat et destruebat, et sibi subiciebat omnia regna. Quod tamen fideles facile compescunt, qui aliena acquirere quiescunt, et quibus necessaria sufficiunt, et qui sua propria bene aquisita indigentibus largiter tribuunt pro Domini misericordia.

Quintum vitium est ira, quæ hactenus semper operabatur multa mala et mira. Per iram occidit Cain Abel suum fratrem, et Herodes innocentum agmina, et omnes carnifices multa sanctorum millia. Huius iræ tela furentia suaviter frangit sancta patientia.

Sextum vitium est indiscreta tristitia, quæ plures perdidit sua turpissima nequitia. Per hanc perfidus Achitofel suum consilium cernens coram Absalone esse despectum,

Digitized by Google

Ordo pœnitentiæ.

et consilium fidelissimi Cusan esse electum dispositione divina, tristis asinam suam stravit, tristis in civitatem suam abiit, tristis domui suæ disposuit et suspendio periit. Similiter et Iudas, qui Dominum vendidit, tristis triginta argenteos retulit, tristis abiit et laqueo se suspendit. Hæc tam nefanda tristitia diligenter destruatur spirituali lætitia.

Septimum vitium est acedia, id est tædium mentis et anxietas, per cuius detestabiles calles et metas plures hactenus abierunt a veritate retrorsum. Multi de his etiam qui sequebantur Dominum nostrum Iesum Christum, et modo quotidie nostris temporibus multi canonici et monachi, et multi utriusque sexus conversi, pravis moribus seducti, dereliquerunt cellas suas et regulas sanctorum patrum, discedunt a veritate, et ita vagantur instabiles huc et illuc usquequaque in omni vanitate, de quibus apostolus dicit : *Erit tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus, et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur* a). De hac instabilitate et anxietate opportune liberantur, qui divinis operibus et evangelicis instructionibus armantur.

Octavum vitium est cenodoxia, id est inanis gloria et vanitas, quam facile capit nostra fragilis humanitas. Per inanem gloriam suspensus est cum uxore sua et decem filiis suis princeps Aman in altum patibulum secundum mensuram quinquaginta pedum, quod paraverat Mardochæo fidelissimo Iudæo, pro eo quod nolebat sibi obedire suo domino. Hanc vanam gloriam sapientes superamus, si non nosmet ipsos, sed divinam charitatem, ut dignum est, per omnia laudamus.

a) Cf. *Epist. II B. Pauli ad Timoth.*, IV, 3, 4.

Digitized by Google

Ordo pœnitentiæ.

Hæc octo principalia vitia cum omnibus suis pedissequis cessabunt, cum fideles divinis virtutibus se armabunt. Sancta humilitate vincunt superbiam; sancta abstinentia vincunt gulam; sancta castitate vincunt luxuriam; sancta Domini misericordia vincunt avaritiam; sancta patientia vincunt iram; sancta spirituali lætitia vincunt acediam, id est anxietatem mentis; sancta charitate vanam gloriam.

Hæc prædicta vitia non solum sunt principalia, quia omnibus malis principantur, sed et propter initialia et originalia, quia ex ipsis initiantur et oriuntur cuncta peccata et delicta, tam manifesta quam occulta. Sunt et matres, sunt fotrices, sunt nutrices, quia generant et fovent et nutriunt omnes iniquitates et impietates et seductiones et adversitates et omnes iustitiæ excæcationes et malorum inventiones et pessimas simulationes et abominationes et omnes culpas maiores et mortalia crimina et mortifera scelera et desperationes. Sunt et spinosæ radices spinarum et tribulorum et veprium et paliurorum, quia ex se mittunt magnos et altos et diversos spinosos ramos cum spinosis fructibus suis omnis hæresis et schismatis. Et ut breviter comprehendam, sunt fons et origo omnium malorum sine omni dubio. Ideo dum adhuc incolumis vivis, dum adhuc potens tui eris, dum adhuc potes bona opera agere et mala opera devitare, dum adhuc legalibus disciplinis et evangelicis doctrinis te ipsum potes honorare et consolari et sublevare, tales principiatus denega, talia initia amputa, talium fontium origines exsicca, talium matrum ubera non lacta, talibus matribus nulla præbe oscula, talium nutricum sinus et amplexus devita, tales spinosas radices eradica et extirpa; et si te in uno vel in multis vel in singulis in omnibus cognoscis esse reum, per sanctam confessionem et conversationem toto corde re-

Digitized by Google

Ordo pœnitentiæ.

curre ad omnipotentem Dominum, qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat.

Titubans dicit:

Modo, pater clementissime, si fas est mihi dicere, volo libenter a te discere quæ et quantæ culpæ oriantur de unoquoque vitio octo principalium vitiorum.

Sacerdos dicit:

Initium omnis peccati superbia, quæ domina est et regina omnium malorum. Ex ea quippe nascitur contemptus Dei et omnium mandatorum naturalis legis et scriptæ legis et gratiæ, et contemptus seniorum et magistrorum et parentum et omnium fidelium amicorum, et contemptus sanorum consiliorum, et omnis inobedientia, et omnis præsumptio et elatio, et omnis pertinacia, contentiones, hæreses, arrogantia, despectio.

De gula nascitur inepta lætitia, scurrilitas, levitas, vaniloquium, immunditia corporis, instabilitas mentis, ebrietas, libido, immoderata satietas, crapula.

De luxuria nascitur fornicatio diversa, cæcitas mentis, adulteria, stupra, mœchationes, sodomitica scelera, abominabilis coitus cum animalibus et pecoribus et diversis creaturis, inconstantia, oculorum vel totius corporis amor immoderatus, sæpe periculum vitæ, lascivia ioca, petulantia et omnis incontinentia, odium mandatorum Dei, mentis enervatio, effœminatio et iniustæ cupiditates, negligentia vitæ futuræ et præsentis vitæ delectatio.

De avaritia oriuntur invidiæ, furta, latrocinia, homicidia, mendacia, periuria, rapinæ, violentiæ, inquietudo, iniusta iudicia, contemptus veritatis, futuræ beatitudinis

Digitized by Google

oblivio, obduratio cordis, quæ sit contraria misericordiæ et eleemosynis in pauperes et totius pietatis in miseros. Ordo pœnitentiæ.

De ira pullulat tumor mentis, rixæ, contumeliæ, clamor, indignatio, præsumptio, blasphemiæ, sanguinis effusio, ulciscendi cupiditas, iniuriarum memoria.

De tristitia nascitur malitia, rancor, animi pusillanimitas, amaritudo, desperatio, sæpe etiam et præsentis vitæ nulla delectatio.

De acedia, hoc est de tædio mentis, nascitur somnolentia, pigritia boni operis, instabilitas loci, pervagatio de loco in locum, tepiditas laborandi, tædium cordis, murmuratio et vaniloquia.

De cenodoxia, id est de vana gloria, germinatur iactantia, arrogantia, indignatio, discordia, malitia, inanis gloriæ cupido, hypocrysis, id est simulatio boni operis, cum de se homo vult laudari quod se agere nescit, imo bene omnia quæ fecit eo tenore agit, ut ab hominibus laudetur.

Hæc omnia mala, ut sunt privatim prænotata, ab octo principalibus vitiis sunt generata et adhuc quotidie nascuntur et sua principia sequuntur. Ergo si vis gaudere in æterna vita, hæc et omnia his similia diligenter devita, hæc adnulla, hæc exorciza, hæc anathematiza, hæc mortifica, hæc suffoca, hæc occide, hæc depelle, hæc deprime, hæc calca, hæc odi, de his te custodi, his noli coniungi, his noli associari, ex his noli maculari, ex his noli seduci; et si mentem, quod absit, capiant cogitatione, statim extingue et expelle ea divinæ legis meditatione, antequam more ulcerum crescant, et si crescunt, antequam intumescant, et si intumescunt, antequam scabie fervescant, et si fervescunt, antequam senescant, et si senescunt, antequam putrescant, et si putrescunt, antequam vermibus scateant, et si vermibus scatescunt, antequam

Digitized by Google

Ordo pœnitentiæ.

te ita dilaceratum, vulneratum, mortificatum ultima hora inveniat, antequam mens hebescat, animus tabescat, sensus evanescat, conare ea per sanctam confessionem enodare, enitere ea per sanctam confessionem revelare, cogita per sanctam confessionem reserare et intimare, præpara ea per sanctam confessionem narrare, festina ea per sanctam confessionem ostendere, accelera ea per sanctam confessionem manifestare, curre ea per sanctam confessionem annuntiare omnipotenti Deo, summo et vero medico, qui potens est te purgare solo verbo, et citius dicto ab omni absolvere delicto; nam nullam habet indigentiam, quin tibi bene converso mox possit dare indulgentiam.

Titubans dicit :

Heu! Heu! Heu! me infelicem et miserum, quia me cognosco super omnes homines esse reum in his omnibus præfatis et aliis multis nondum prolatis! Quid cogito? Quid ago? Quid facio? Ignoro quem petam, quem quæram, quem fidelissimum inveniam, cui iniquitates meas pandam, qui mihi condoleat et auxilietur et me consoletur. Ego homo sum ignoti nominis, obscuræ opinionis, infimi generis, modicæ substantiæ, cognitus nulli nisi soli mihi; non est mihi pecunia, nulli placere possum per servitia, desunt mihi premia et dona et munera; hæc omnia perplurimorum sacerdotum requirit et desiderat cupiditas et avaritia; si huiusmodi confiteor scelera mea sacerdotibus sine his præfatis muneribus, dedignantur me audire et protectionem et defensionem et consilium exhibere vel aliquo modo succurrere, et ita deseror ab omnibus; quicunque me ex his aspiciunt, fugiunt me aut persequuntur, et si qui de his mihi loquuntur, venenum aspidum sub labiis

Digitized by Google

eorum consideratur, occultam malitiam blandis sermonibus ornant, aliud ore promunt, aliud corde volutant, opere destruunt quod sermone promittunt, sub pietatis habitu velant malitias, calliditatem simplicitate occultant, produnt, culpant, obiciunt, ostendunt tantum vultu quod animo non gestant. Quid plus dicam? Ordo pœnitentiæ.

Consolatio.

Forti animo esto, et tales non timeto, sed ab illis semper te caveto, quia, quamvis nominentur, non sunt sacerdotes, sed ecclesiæ lupini occisores. Tu vero vigila de tua diffidentia, fortiter sta et mandata Domini serva, omni instantia illum quære, qui se ipsum in Domino diligat et te; hunc talem inventum apprehende, nec dimitte eum, donec introducat te in domum matris tuæ et in cubiculum genetricis tuæ ecclesiæ; ibi percipis præcepta Domini et consolationem Spiritus Sancti.

Consolatus pœnitens dicit:

Bene dicis, bene persuades, bene admones, bene doces, bene instituis. Benevolo animo faciam quæ hortaris; nihil est melius, nihil iucundius, nihil me magis gratificat; id solum quæro, id tantum me scire volo, id nosse tantummodo cupio, si est spes in confessione, si est fiducia, si est remissio, si est venia, si est indulgentia, si est locus indulgentiæ per pœnitentiam regredi ad iustitiam.

Item consolatio sacerdotis.

Est plane, est prorsus, est utique, est profecto, est procul dubio; confessio sanat, confessio peccati veniam donat; omnis spes in confessione consistit, in confessione

Digitized by Google

Ordo pœnitentiæ.

locus misericordiæ est. Certissime igitur crede, nullo modo hæsites, nullo modo dubites, nullatenus de misericordia Dei desperes; habeto spem in confessione, habeto fiduciam, non desperes salutem, si ad meliora converteris, non desperes remedium sanitatis; qui enim veniam de peccato desperat, plus de desperatione se quam de commisso scelere damnat. Desperatio auget peccatum, desperatio peior omni peccato. Corrige igitur te, et de indulgentia habeto spem; depone iniustitiam, et spera vitam; depone iniquitatem, et spera equitatem; nulla tam grandis est culpa, quæ non habeat veniam; quamvis peccator, quamvis sceleratus, quamvis criminibus infandis oppressus, non denegatur tibi pœnitentiæ locus. Facile pœnitentibus Dei clementia subvenit; per pœnitentiam delicta omnia absterguntur, per pœnitentiam indulgentia datur.

Pœnitens dicit :

Deo gratias! Iam regressus sum ad spem, iam regressus sum ad fidem, iam fiduciam recepi omnia peccata confitendi, iam spem indulgentiæ habeo. Ex hinc in charitate Dei permanere me desidero, de pietate Dei spero misericordiam, de bonitate Dei non dubito eius gratiam, habitabo iam in spe; spe enim salvus factus sum, erexit me ad spem benignitas Dei, et dedit mihi spem vitæ per confessionem et lamenta pœnitentiæ; si ipsemet etiam prospexerit mihi, si in auxilium mihi accesserit, si ad implendum mihi, quod cupio, adiuvaverit, hoc facere decrevi, hoc statui, defixum hoc animo meo modo est, hoc evelli animo meo non potest, modo ipse dignetur mihi præcavere in futuro.

Digitized by Google

Oratio sacerdotis.

Mittat tibi Deus auxilium de sancto, et de Syon tueatur te, et tibi omnia optata tribuat, et sanctis votis tuis faveat, et bonorum votorum compotem te faciat, et suam bonam voluntatem in te perficiat. Deus vota tua confirmet, Deus votis tuis suffragetur, Deus tibi omne bonum, quod optas, concedat. Ordo pœnitentiæ.

Exhortatio.

Modo, si cordi est, si voluntati est, si voti est, si animi est, si desiderii est peccata tua confiteri, ipsum iam ora, pete, obsecra, ut det tibi velle, posse et perficere.

Post ista omnia scrutata et pœnitentem corroboratum, interroget eum sacerdos, ita dicens :

N. Abrenuncias Sathanæ? — *Resp.* Abrenuncio et omnibus operibus eius.

N. Credis in Deum Patrem et Filium et Spiritum Sanctum? — *Resp.* Credo.

Credis quia istæ tres personæ, Pater et Filius et Spiritus Sanctus, unus sit Deus? — *Resp.* Credo.

Credis quia in hac ipsa carne, in qua modo es, resurgere habes et recipere sive bonum sive malum, prout gessisti? — *Resp.* Credo.

Vis dimittere illis qui in te peccarunt omnia, ut et tibi Deus dimittat peccata tua, ipso dicente : *Si non dimiseritis hominibus peccata eorum, nec Pater vester cœlestis dimittet vobis peccata vestra?* a)

Si vult dimittere, suscipias eius confessionem; si non vult, non suscipias eius confessionem. Volens vero dimit-

a) Cf. *Evang. sec. Matth.*, VI, 15.

Digitized by Google

Ordo pœnitentiæ.

tere omnia his qui in se peccaverunt, confiteatur omnia peccata sua, quæ recordari potest, in hæc verba :

Ego N. pessimus prævaricator omnium mandatorum Dei et sceleratissimus peccator, et universæ legis Dei nequissimus transgressor, et pessimorum peccatorum inventor, et totius ecclesiasticæ religionis destructor, et omnis sanctæ naturæ subversor, et assiduus simulator, et omnium vitiorum incitator, et omnis iniustitiæ defensor, et omnis immunditiæ et abominationis instigator, confiteor tibi, Domine Pater cœli et terræ, tibique, bone et benignissime Iesu, una cum Sancto Spiritu, coram sanctis angelis tuis et omnibus cœlestibus virtutibus et omnibus sanctis tuis, et coram hoc altare et sacerdote tuo N., quia in peccatis sum conceptus, et in peccatis sum natus, et in peccatis sum nutritus, et in peccatis post baptisma usque in hanc horam sum conversatus. Confiteor etiam quia nimis peccavi in superbia visibili et invisibili, in inani gloria, in extollentia tam oculorum quam vestium et omnium actuum meorum, in avaritia tam honoris quam pecuniæ, in ira, in tristitia, in acedia, in oblivione, in invidia, in ventris ingluvie, in comessationibus, in ebrietatibus, in fabulis otiosis, in osculis et amplexibus immundis, in luxuria sodomitica, in effusione seminis, in fœmoribus, in genitalibus meis et in omni genere fornicationis, in adulteriis quæ et ipse feci et aliis facientibus consensi, in sacrilegiis, in periuriis, in furtis, in rapinis, in homicidiis perpetratis, consiliatis et animo optatis, in fide, spe, charitate, in accipiendo corpus et sanguinem Domini semper indigne, in exhortationibus et adulationibus malignis, in ignorantia, in negligentia, in dandis et accipiendis muneribus, in usuris faciendis, in prælationibus, polluendo sacra loca et alia, in dispensandis et

Digitized by Google

distrahendis male rebus ecclesiasticis, in pauperibus exasperandis, in hospitalitatibus et receptionibus pauperum, in despectione propinquorum, in afflictione populi mihi concessi, non visitando infirmos secundum evangelicum præceptum et in carcere positos, non sepeliendo mortuos, non vestiendo pauperes, non recreando esurientes, non potando sitientes, solemnitatibus sanctorum et dominicis diebus ac festis debitum honorem ac celebrationem non impendendo, nec caste in his vivendo, consentiendo seniori et suadentibus mihi in malum, nocendo potius quam adiuvando petentibus, clamores pauperum non libenter et misericorditer audiendo, senioribus ac magistris, principibus ac propinquis et subditis detrahendo et blasphemando, amicis et benefactoribus meis fidem et debita obsequia non rependendo, animalium et pecudum concubitus conscientia immunda intuendo, in ecclesiam Dei superbe intrando, stando, sedendo, iacendo et egrediendo, otiosis fabulis ac turpibus colloquiis in ea cum aliis insistendo, vasa sancta et ministerium sanctum polluendo, corde et manibus immundis tangendo, orationem et psalmodiam atque officium divinum negligenter in ecclesia Dei faciendo et audiendo, in cogitationibus pessimis, in meditationibus perversis, in suspectionibus falsis, in iudiciis temerariis, in consensu malo, in consilio iniquo, in concupiscentia carnali, in delectatione ac pollutione immunda, in verbis otiosis, superfluis, luxuriosis, contumeliosis, in mendaciis, in falsitatibus, in iuramentis multimodis et diversis detractionibus assiduis, in rixis ac discordiis seminandis, in irrisionibus, in dolositate, in susurratione, inani lætitia, in omni malo linguæ, in murmurationibus, in blasphemiis, in scurrilitatibus, in cachinnis, in somnolentiis, in maledictionibus, in convitiis,

Ordo pœnitentiæ.

Digitized by Google

Ordo pœnitentiæ.

in turpiloquiis, in stultiloquiis, in vigiliis Domino contrariis, in transgressione præceptorum Dei, in negligentia propositi mei, in dilectione Dei et proximi, in visu, auditu, gustu, odoratu et tactu superfluo et immundo, et omnimodis cogitatione, locutione, voluntate et actione perditus sum, quia in his et in aliis omnibus vitiis, quibuscumque humana fragilitas contra Deum et creatorem suum, aut cogitando, aut delectando, aut concupiscendo peccare potest, in omnibus me peccasse et reum in conspectu Dei super omnes homines esse cognosco et confiteor. Et ideo supplico vos, omnes sancti angeli et omnes sancti, in quorum conspectu hæc omnia confessus sum, ut testes mihi sitis in die iudicii contra diabolum hostem et inimicum humani generis hæc omnia me confessum fuisse; quatenus non gaudeat de me inimicus meus, et non glorietur adversum me in die iudicii, dicens peccata mea et scelera mea me tacuisse et confessum non fuisse, sed *sit gaudium de me in cœlo,* sicut dixit Dominus in evangelio *de uno peccatore pœnitentiam agente a*). Obnixe etiam te, sacerdos Dei, exposco ut intercedas pro me et peccatis meis ad Dominum Deum nostrum, quatenus de his et aliis omnibus sceleribus meis veniam et indulgentiam per merita et intercessionem omnium sanctorum assequi merear.

Responsio sacerdotis.

Misereatur tui omnipotens Deus, et dimittat tibi omnia peccata tua, et liberet te ab omni malo, conservet te in omni bono, et perducat nos pariter in vitam æternam, amen. Ab omni malo custodiat nos Dominus, amen.

a) Cf. *Evang. sec. Luc.*, XV, 7.

Digitized by Google

Satagendum est sacerdoti de supradictis vitiis, ut ei exhortationis gratia ad memoriam reducat, ne quid, adversante diabolo, occultum remaneat. Ordo pœnitentiæ.

Quo facto, fixis genibus in terra et super ipsa innixus stans, suppliciter, tensis manibus, blando et flebili vultu respiciens sacerdotem, dicat his verbis :

Multa quidem et innumerabilia peccata sunt mea, quæ nulli omnium hominum verbis et dictis narrare et explicare potero, nisi soli omnipotenti Deo confiteor, quem nihil latet, et in cuius aspectu nuda et aperta reperiuntur omnia et alia mea delicta, quæ recordare nequeo, in factis, in dictis et in cogitationibus, pro quibus omnibus misera mens mea compungitur, et acri interdum pœnitentia cruciatur. Ideoque consilium, imo iudicium tuum, qui sequester ac medius inter Deum et peccatorem ordinatus es hominem, supplex deprecor, et ut pro eisdem peccatis meis et sceleribus intercessor existas humiliter imploro, quia pœnitet me tanta mala hactenus et fecisse et perpetrasse, et tanto mentis affectu cupio, desidero et exopto posthac servire Deo et præceptis eius obedire, quantum ipse dignatur me confirmare.

Quo perdicto, ambo se prosternant in terram, et gemitus atque suspiria et lachrymas, prout Deus dederit, ab intimo corde producant, et sacerdos hanc orationem dicat :

Deus, cui omne cor patet et omnis voluntas loquitur et nullum latet secretum, purificet per infusionem Sancti Spiritus cogitationes cordis tui, ut eum perfecte diligere et digne laudare merearis. Per..... in unitate eiusdem Spiritus Sancti.....

Digitized by Google

Læta responsio pœnitentis.

Ordo pœnitentiæ.

Amen.

Sacerdos dicit : Deus tibi omnium peccatorum veniam tribuat. — *Pœn.* Amen.

Deus culpas tuas parcendo ignoscat. — *Pœn.* Amen.

Deus scelera tua a te suspendat. — *Pœn.* Amen.

Deus peccata tua laxando dimittat. — *Pœn.* Amen.

Deus criminum tuorum maculas absolvat. — *Pœn.* Amen.

Deus ab ira sua et ab omni mala labe te protegat. — *Pœn.* Amen.

Deus liberet te ab omni imminente periculo. — *Pœn.* Amen.

Deus conformet te sanctis suis in cœlesti regno. — *Pœn.* Amen.

Deinde sacerdos surgens cum pœnitente indicet ei pœnitentiam, abstinentiam, observantiam, perpendens subtiliter personæ qualitatem, modum culpæ, intentionem animi et corporis valetudinem vel imbecillitatem. Percepta autem sententia sacerdotis, prosternat se pœnitens pedibus illius, petens pro se orationem fieri, ut suggerat ei divina visitatio virtutem constanter observandi quæ illi iniuncta sunt, et ita reverenter sacerdotis iudicio obtemperare, ac si ab ipsius divinæ maiestatis ore opportuna salutis suæ medicamenta susceperit.

Sed et hoc sciendum est, ut, cum venerint servi et ancillæ ad pœnitentiam, non eos cogatis ieiunare tantum quantum divites, quia non sunt in sua potestate, adeoque medietatem pœnitentiæ imponet.

Tunc imponat sacerdos septem psalmos pœnitentiales. Postea dicat sacerdos dominicam orationem et litaniam,

Digitized by Google

et preces : Domine, convertere et eripe animam meam. Salvum me fac propter misericordiam tuam. Respice et exaudi me, Domine, Deus meus. Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus : *Prævalui adversus eum.* Ab occultis meis munda me, Domine, et ab alienis parce servo tuo. Delicta iuventutis meæ et ignorantias meas ne memineris, Domine. Propter nomen tuum propitiaberis peccato meo. Multum est enim. Delictum meum cognitum tibi feci, et iniustitias meas non abscondi. Domine, ante te omne desiderium meum, et gemitus meus a te non est absconditus. Exaudi orationem meam, Domine. Auribus percipe lachrymas meas. Complaceat tibi, Domine, ut eruas me. Domine, ad adiuvandum me respice. Domine, miserere mei. Sana animam meam, quia peccavi tibi. Miserere mei, Deus, miserere mei, quia in te confidit anima mea. Domine, averte faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele. Ne memineris, Domine, iniquitatum nostrarum. Cito anticipent nos misericordiæ tuæ, qui pauperes facti sumus nimis. Adiuva nos, Deus salutaris noster. Propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos, et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi, et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem. Domine, tu scis insipientiam meam, et delicta mea a te non sunt abscondita. In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, Domine. Exaudi me, Domine, quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum. Ne avertas faciem tuam a paupere tuo. Quoniam tribulor velociter, exaudi me. Intende animæ meæ et libera eam, Domine. Propter inimicos meos eripe me, Domine. Educ de tribulatione animam meam, et in mise-

Ordo pœnitentiæ.

Digitized by Google

Ordo pœnitentiæ.

ricordia tua disperde inimicos meos. Domine, exaudi orationem meam, et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

Exaudi, Domine, preces nostras, et confitentium tibi parce peccatis, ut quos conscientiæ reatus accusat, indulgentia tuæ miserationis absolvat. Per.....

Alia.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris, nec sit ab hoc famulo tuo N. clementiæ tuæ longinqua miseratio; sana vulnera eique remitte peccata, ut nullis iniquitatibus a te separatus tibi Domino valeat adhærere. Per.....

Alia.

Adesto supplicationibus nostris et huius famuli tui confessionem benignus assume, ut qui auxilium gratiæ tuæ implorat, et sanctificationis gratiam obtineat, et quæ pie precatur percipiat. Per.....

Item oratio.

Precor, Domine, clementiæ et misericordiæ tuæ maiestatem, ut famulo tuo N. peccata confitenti debita relaxare et veniam præstare digneris, et ei præteritorum criminum culpas indulgeas, qui humeris tuis ovem perditam reduxisti, quique publicani preces confessione placatus exaudisti; tu etiam huic famulo tuo N. placare, tu huius precibus benignus aspira, ut in confessione placabili permaneat, fletus eius et petitio perpetuam clementiam tuam celeriter exoret, sanctisque altaribus et sacrariis restitutus spei rursum æternæ ac cœlesti gloriæ mancipetur. Per.....

Quibus dictis, iubeat sacerdos pœnitentem surgere de

Digitized by Google

terra; sed et ipse surgat de sedili suo, et, si loco vel tempori congruit, ecclesiam ingressi, et super genuales cubitus uterque innixus decantent hos psalmos : Domine quid multiplicati sunt. Deus noster refugium. Deus in adiutorium. Ad te levavi. De profundis. Voce mea. Domine exaudi II. *Deinde* Kyrie eleison, *et* Pater noster, *et preces :* Salvum fac servum tuum. Deus meus sperantem in te. Domine exaudi.

Ordo pœnitentiæ.

Oremus.

Omnipotens et misericors Deus, qui omnem animam pœnitentem et confitentem magis vis emendare quam perdere, respice super hunc famulum tuum, et averte ab eo iram indignationis tuæ, et dimitte ei omnia peccata sua. Per.....

Tunc det sacerdos publice pœnitenti coram omnibus cinerem super caput dicens : Memento homo quia cinis es, et in cinerem reverteris. *Et lanea veste indutum dicat :* Contere cor tuum, et humilia animam tuam in cinere et in cilicio; cor enim contritum et humiliatum Deus non despicit.

Oratio.

Insit, Domine Deus, huic famulo tuo inspiratio gratiæ tuæ salutaris, quæ cor eius fletuum ubertate resolvat, sicque macerando conficiat, ut iracundiæ tuæ motus idonea satisfactione compescat. Per.....

Finita hac oratione, eiciendus ab ecclesia propter sua manifesta et diversa crimina ac scelera et tali modo est increpandus homo utriusque sexus : Ecce eiceris hodie a sinu matris tuæ sanctæ ecclesiæ propter peccatum tuum; sic Adam primus homo eiectus est de paradiso propter transgressionem suam.

Digitized by Google

Ordo pœnitentiæ.

Sacerdote autem in ecclesiam revertente, a pœnitente cantet[ur] hoc responsorium : In sudore vultus tui vesceris pane tuo, dixit Dominus ad Adam; cum operatus fueris terram, non dabit fructus suos, sed spinas et tribulos germinabit tibi pro eo quod obedisti voci uxoris tuæ plus quam meæ; maledicta terra in opere tuo.

Studendum est omnibus fidelibus sanctæ ecclesiæ sacerdotibus per omnes canonicas horas pro huiusmodi hominibus privatim orare, et fidelium conventibus commendare, et assiduas eleemosynas dare.

AD MISSAM.

De necessitatibus.

Psalm. Ad te Domine levavi.

Omnipotens sempiterne Deus, confitenti huic famulo tuo pro tua pietate peccata relaxa, ut [non] plus ei noceat conscientia reatus ad pœnam, quam indulgentia tua pietatis ad veniam. Per.....

Lectio Isaiæ prophetæ.

Levamini, mundi estote.

Graduale.

Salvum fac servum. ℣ Auribus percipe.

Alleluia.

De profundis.

Vel tractus.

Domine, non secundum.

Evangelium.

Duo homines ascenderunt in templum *a*).

a) Cf. *Ev. sec. Luc.*, XVIII, 10.

Digitized by Google

Offertorium.

Miserere mei.

Ordo pœnitentiæ.

Secreta.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut hæc salutaris oblatio famulum tuum N. et a propriis reatibus indesinenter expediat, et ab omnibus tueatur adversis. Per.....

Ad communionem.

Deus propitius.

Postcommunio.

Omnipotens et misericors Deus, qui omnem animam pœnitentem et confitentem magis vis emendare quam perdere, respice propitius super famulum tuum N., et per hæc sacramenta, quæ sumpsimus, averte ab eo iram indignationis tuæ, et demitte ei omnia peccata sua. Per.....

Revertente autem pœnitente, peracta sua pœnitentia, vel sacerdote eum revocante propter condignam obedientiam, suscipiatur ita : Resp. Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni, quem benedixit Dominus; crescere te faciat Deus meus, sicut arenam maris, et donet tibi de rore cœli benedictionem; qui maledixerit tibi, sit ille maledictus; qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur; et donet tibi. Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto. *Sequuntur psalmi :* Confitebor II. Laudate pueri. Laudate Dominum omnes. Hymnus trium puerorum. Benedicite. Laudate Dominum in sanctis eius. *Sequitur lytania et dominica oratio et preces, ut supra.*

Digitized by Google

Oratio.

Ordo pœnitentiæ.

Aufer a famulo tuo, quæsumus, Domine, cunctas iniquitates suas, ut ad sancta sanctorum puris mereatur sensibus introire. Per.....

Et ita, dato sibi osculo divinæ pacis et charitatis cum manuum impositione, dicat : Per gratiam Sancti Spiritus et per victoriam sanctæ crucis.....

Sequitur necessaria admonitio sacerdotis et necessaria observatio conversi pœnitentis :

Consolare, consolare, chare fili, quia Dominus eduxit te de novissimo lacu abyssi! Age itaque iam, age ut oportet, age ut decet, age ut necesse est, age ut utile est, age ut laudabile est, age ut dignum est, age ut æquum est; propone ulterius ut non pecces, statue ne ultra delinquas, cave culpas tuas iterare, cave mala tua repetere, vitium ex quo cecidisti ne revoces, quæ deliquisti ne iteres, transacta mala ne repetas, post lapsum denuo non delinquas, post lamentum non te polluas, post pœnitentiæ luctum non redeas ad peccata, non denuo committas deplorata delicta, ne rursum facias quod iterum plangas, ne culpam, pro qua veniam postulas, iterare præsumas. Inanis pœnitentia est, quam culpa sequens coinquinat; vulnus iteratum tardius sanatur, frequentius peccans et lugens veniam vix merebitur; nihil prosunt lamenta, si replicentur peccata; nihil valet veniam a malis poscere, et mala denuo iterare; non admiscas virtutibus vitia, non adiungas bono malum; unum enim malum multa bona perdit; qui in uno peccaverit, scito eum omnibus vitiis subiacere; vive in bono, nullo adiuncto malo; nulla te insipiens doctrina decipiat, nulla religio perversa corrumpat, nulla pravitas a fidei societate avertat; mentem tuam

Digitized by Google

turpis cogitatio non subripiat; discerne cogitationes tuas, scito te et de cogitationibus iudicandum; Deus etiam scientias iudicat, Deus non solum carnem sed et mentem examinat, Deus iudex et de cogitationibus iudicat animam; calca serpentis caput, calca pravæ suggestionis initium; ut apparuerit scorpio, contere eum; unde ne unquam carnali cogitatione inquineris, fornicatione contaminari deterius peccatum puta. Omnibus peccatis fornicatio maior est. Fornicatio universa antecedit mala, fornicatio gravior est morte; melius est enim mori quam fornicari et quam libidine maculari. Continentia hominem Deo primum reddit et Deo proximum facit; ubi ista manserit, ibi et Deus permanet. Castitas Deo hominem iungit, et cœli regnum promittit et acquirere facit; libido vero hominem diabolo iungit, et ad profundum abyssi deducit. Quod si adhuc carnis molestiam sentis, si adhuc libidinis suggestione pulsaris, si animum tuum fornicationis adhuc titillat memoria, si adhuc te caro impugnat, si libido invitat te, memoriam tibi mortis obice, diem exitus tui tibi propone, finem vitæ tuæ ante oculos adhibe; propone tibi futurum iudicium, propone tibi tormenta futura et æterna supplicia et inferorum perpetuos ignes et gehennæ pœnas horribiles. Persiste ergo in confessione, et sta in pœnitentia fortiter confirmatus; vitam bonam, quam cœpisti, tenere non desinas; propositum vitæ bonæ conserva; tunc erit tibi laus et gloria coram Deo et ecclesia. Amen.

Ordo pœnitentiæ.

Digitized by Google

DLXXXI.

INCIPIT IUDICIUM AQUE FRIGIDE *a*).

Probationum ritus.

Inprimis preparet se sacerdos ad missam; et antequam ad altare accedat, sumens sanctum evangelium et reliquias sanctorum, veniat ante ecclesiam, et alloquatur astantes hoc modo : Videte, fratres, Christiane religionis officium. Ecce lex, in qua spes est et remissio peccatorum. Hic crismatis unctio; hic corporis et sanguinis Domini consecratio. Videte ne tante beatitudinis consorcio et hereditate privemini, implicantes vos sceleri alieno, quia scriptum est : *Non solum qui faciunt, sed et qui consenciunt facientibus, digni sunt morte b*).

Deinde vertat se ad culpatos, et dicat tam eis quam reliquis : Interdico tam tibi quam ceteris omnibus, ô homo, per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, et per tremendum diem iudicii, per misterium baptismatis, per venerationem omnium sanctorum, ut si de hac re culpabilis es, aut fecisti, aut scisti, aut baiulasti, aut consensisti, ut ecclesiam non introeas et Christiane societati non miscearis, nisi volueris confiteri admissa, antequam iudicio examineris publico.

His dictis, incipiat missam de iudicio c).

Et cum venerint ad communicandum qui culpantur, dicat ad eos sacerdos hanc coniurationem : Adiuro vos,

DLXXXI. Exstat h. f. in cod. Monac. H; eam vulgavit Ludwig Rockinger in *Drei Formelsammlungen aus der Zeit der Karolinger*, p. 361.

a) On trouve beaucoup de formules analogues dans le recueil de D. Martene, *De antiquis ecclesiæ ritibus*, lib. III, cap. 7.

b) Cf. *Ep. B. P. ad Rom.*, I, 32.

c) Cf. les formules suivantes.

Digitized by Google

homines, per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, et per sanctam Trinitatem, et per invocationem unigeniti Filii Dei, et per vestram Christianitatem quam suscepistis, et per sanctum evangelium, et per reliquias que in ista continentur ecclesia, ut non presumatis ullo modo communicare neque ad altare accedere, si hoc fecistis, aut consensistis, aut consilium dedistis, quod vobis inponitur. Probationum ritus.

Et sic det eis corpus et sanguinem Domini dicens : Corpus et sanguis Domini nostri Iesu Christi sit tibi hodie ad conprobationem.

Finita missa, qui discutiendi sunt in se delinquentibus peccata remittere moneantur. Et sic pergant ad locum, ubi discussio agenda est, cum eucharistia et reliquiis, cruce et aqua benedicta, et conspergatur locus ille, et det sacerdos aquam benedictam ad bibendum examinandis dicens : Hec aqua fiat tibi hodie ad conprobationem, amen.

Deinde veniant ad aquam, et benedicant hoc modo :

In omni loco dominationis eius.

Benedic, anima mea, Domino.

Deus, in adiutorium meum intende.

Domine, ad adiuvandum me festina.

Gloria Patri.

Sequitur letania.

Pro huius negocii qualitate, te rogamus, audi nos.

Ut iusticie non dominetur iniquitas, sed subdatur falsitas veritati, te rogamus, audi nos.

(*Hi versus ter repetendi sunt.*)

Pater noster.

Credo in Deum.

Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.

Digitized by Google

Probationum ritus.

Non intres in iudicium cum fidelibus tuis.

Non nobis, Domine, non nobis, sed, *et cetera.*

Fiat misericordia tua, Domine, super nos.

Domine, non secundum peccata nostra facias nobis.

Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum.

Adiuva nos, Deus salutaris noster.

Exsurge, Domine, adiuva nos.

Domine, Deus virtutum, converte nos.

Domine, exaudi orationem meam.

Exsurgat Deus, et dissipentur inimici eius, et fugiant qui oderunt eum a facie eius.

Sicut deficit fumus, deficiant; sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei.

Et iusti epulentur, et exultent in conspectu Dei, et delectentur in leticia.

Gloria Patri, *ter.*

Mirabilia testimonia tua.

Declaratio sermonum.

Os meum.

Aspice in me.

Gressus meos.

Redime me.

Faciem tuam.

Exitus aquarum.

Iustus es, Domine.

Gloria Patri.

Benedicite omnia opera.

Laudate Dominum in sanctis eius.

Gloria Patri.

Increatus Pater.

Immensus Pater.

Digitized by Google

Eternus Pater. Probationum ritus.

Hec est fides catholica.

Gloria Patri, *ter*.

Confiteantur tibi, Domine, omnia opera tua, et sancti tui benedicant tibi.

Iustus es, Domine, et rectum iudicium tuum.

Domine, exaudi orationem meam.

Dominus vobiscum.

Oratio ad Spiritum Sanctum.

Domine, Sancte Spiritus, cum simus quidem peccati inmanitate detenti, sed in tuo nomine specialiter aggregati, veni ad nos, adesto nobis, dignare illabi cordibus nostris, doce nos quid agamus, quo gradiamur, ostende quid efficiamus, operare, esto salus et suggestor et effector iudiciorum nostrorum, qui solus cum Deo Patre et eius Filio nomen possides gloriosum. Non nos paciaris perturbatores esse iusticię, qui summe diligis equitatem, ut ad sinistrum nos non ignorantia trahat, non favor inflectat, non adeptio muneris vel persone consideratio corrumpat; sed iunge nos tibi efficaciter solius tue gracie dono, ut simus in te unum, et in nullo deviemus a vero, quatinus in tuo nomine collecti sic in cunctis teneamus cum moderamine pietatis iusticiam, ut et hic a te in nullo dissenciat sententia nostra, et in futuro pro bene gestis consequamur premia sempiterna. Per Christum.....

Hoc ordine incipientur et alia iudicia sive ferri sive ferventis aque usque huc.

Coniuracio frigide aque.

Adiuro te, aqua, in nomine Dei Patris omnipotentis, qui te in principio creavit, et te iussit ministrare humanis

Digitized by Google

Probationum ritus.

necessitatibus, qui etiam te iussit segregari ab aquis superioribus; adiuro te etiam per ineffabile nomen Christi Iesu [Filii] Dei omnipotentis, sub cuius pedibus mare elementum aquarum se calcabile prebuit, qui etiam baptizari in elemento aquarum voluit, et per individuam Trinitatem, cuius voluntate elementum aquarum divisum est et populus Israheliticus per illud siccis vestigiis transivit, ad cuius etiam invocationem Heliseus ferrum, quod de manubrio exciderat, super aquam natare fecit: ut nullo modo suscipias hos vel hunc hominem vel vicarium eius, si in aliquo ex hoc est culpabilis quod illi obicitur, scilicet aut per opera, aut per consensum, aut per consilium, aut per ullum ingenium, sed fac eum natare super te; et nulla possit esse prestigatio contra te aut alicuius ficti causa, qua illud non possit manifestari. Adiurata autem per nomen Christi, precipimus tibi ut per nomen eius nobis obedias, cui omnis creatura servit, quem Cherubin et Seraphin laudant, dicentes : *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus, Deus exercituum,* qui etiam regnat et dominatur per infinita secula seculorum, amen.

Exorcizo te, creatura aque, in nomine Dei Patris omnipotentis, et in nomine Iesu Christi Filii eius Domini nostri, et in virtute Spiritus Sancti, ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici et ipsum inimicum eradicare et explantare cum angelis suis apostaticis. Per virtutem eiusdem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est iudicare vivos et mortuos et seculum per ignem.

Omnipotens sempiterne Deus, qui baptismum in aqua fieri iussisti, et hominibus remissionem peccatorum concessisti, tu, iudex iuste, rectum iudicium in ista aqua discerne : ita ut si culpabilis est iste homo de prenominata causa, aqua, que eum in baptismo suscepit, nunc eum

Digitized by Google

non recipiat; si autem innocens sit, te Deo miserante, nunc eum aqua suscipiat. Nullumque maleficium tui examinis veritatem in isto iudicio prevaleat inmutare, sed contra cunctas demoniacas illusiones, obstantibus sancti Iohannis Baptiste meritis, ad dignos fructus penitentie qui culpabilis est conpellatur. Per..... Probationum ritus.

Deus, qui maxima queque sacramenta in aquarum substancia condidisti, adesto propitius invocationibus nostris, et elemento huic multimodis purificationibus preparato virtutem tue benedictionis infunde, ut creatura tua misteriis tuis serviens ad diabolicas et humanas fallacias detegendas et ad eorum figmenta et argumenta dissolvenda atque multiformes eorum arte[s] destruendas divine gracie sumat effectum. Discedant omnes insidie latentis inimici, quatenus veritas de his que a nobis divini sensus et alieni cordis ignaris requiruntur, tuo iudicio expetita, per invocationem sancti nominis tui patefacta clarescat, et ne unde requirimus innocens iniuste dampnetur neque nocens occultetur, sed a te, qui lux vera es cuique non sunt obscure tenebre et illuminas tenebras nostras, querentibus veritatem ne impune possit deludere. Te, quem occulta non transeunt, ostendente, et tua virtute, qui secretorum es cognitor, fiat hinc nobis in te credentibus veri cognicio manifesta. Per.....

Omnipotens sempiterne Deus, qui per Iesum Christum Filium tuum omnia visibilia et invisibilia creasti et in virtute Spiritus Sancti tui firmasti, respice piissime ad preces humilitatis nostre, ut sicut in primordio creaturarum aquam ab arida separasti, et in effusione diluvii iterum terram a sordibus mundasti, et populum tuum per mare Rubrum ab Egiptiis liberasti, et eis de petra sicientibus in solitudine aquam produxisti, qui ab inicio signo-

Digitized by Google

Probationum ritus.

rum dilecti Filii tui unici Domini nostri Iesu Christi aquam in vinum vertere dignatus es, et in membris eius in Iordanicis fluctibus omnibus aquis baptisma consecrasti, ita hanc aquam consecrare digneris, Domine, ut in tua virtute et fortitudine discernat vera a falsis, equa ab iniquis, diabolica a divinis, et per eam revelentur rei et conserventur innoxii. Per eundem Christum.....

Domine Deus omnipotens, qui aquarum substantiam archanis tuis subter esse voluisti, nobisque, Spiritu Sancto cooperante, per eam omnium peccatorum remissionem dedisti, tu presta per opera iusticię tuę ut hec aqua per virtutem sancte Trinitatis, quamvis fluens, tamen sit sanctificata, et omnium fantasmatum adinventiones expellat, detque iustis et innocentibus de prenominata causa, pro qua discutiendi sunt, securitatem, reis autem culparum manifestationem, ut uterque in ea probatione qua inventus est, ille per probationem iusticie, ille per correptionem obdurationis, laudent nomen sanctum tuum in ea claritate qua permanes in secula seculorum, amen.

Deus omnipotens, Pater Domini nostri Iesu Christi, cui omnia patent et nichil latet absconditum, visibilium et invisibilium cognitor, qui solus cogitationum occulta rimaris, scrutans renes et corda, quem omnes contremiscunt creature pariter et laudant, qui furta, dolos et mendacium humano generi ab inicio seculi prohibuisti, per invocationem sanctissimi nominis tui huic creature aque virtutem tue benedictionis infunde, ut sicut delere crimen recepit de te, ita tua benedictione deleantur in ea omnium maleficiorum fantasmata, et sicut eam baptismatis tui sacramento ad diluendas sordes criminum in te credentium consecrasti, ita huius manifestandi rei recipiat potenciam; ut quicunque propter reatum culpe aliqua fretus

Digitized by Google

machinatione vel fascinatione sive fraudis calliditate aut per superbiam seductus inimici celare voluerit hoc commissum, aut profiteri contempserit, aut erubescendo sive timendo negaverit, per tue maiestatis potentiam qui hoc conmissum fecit, vel perpetravit, vel consiliatus fuerit, in hanc aquam sancte Trinitatis nomine sanctificatam non valeat mergi, donec vera professione predicti facinoris securus existat. Per Dominum.....

Probationum ritus.

Deinde legatur evangelium super caput eius qui mittendus est in aquam, et signetur tam ipse quam aqua: Inicium sancti evangelii secundum Iohannem. In principio erat Verbum, *et cetera.*

Per istos sanctos sermones sancti evangelii Domini nostri Iesu Christi benedicere et sanctificare, Domine, digneris hanc aquam ad discernendum in ea verum iudicium.

Benedico te, creatura aque, in nomine Dei Patris ex quo cuncta procedunt, et Filii per quem omnia facta sunt, et Spiritus Sancti in quo universa sociantur, et adiuro te per eum qui te ex quatuor fluminibus totam terram rigare precepit, et te de petra produxit, et te in vinum mutavit, et in te baptizatus est, ut nulle insidie diaboli neque maleficia hominis inimici te a veritate iudicii separare possint, sed punias noxium et purifices innocentem, per eum cui nulla latent occulta, et qui misit te per diluvium super universum orbem ut peccatores deleres, et adhuc venturus est iudicare vivos et mortuos et seculum per ignem, amen.

Benedictio Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti descendat super hanc aquam ad discernendum verum in ea iudicium, amen.

Deinde, dato iuramento, inmergatur cum versu: Iustus es, Domine, et rectum iudicium tuum.

Digitized by Google

DLXXXII.

INCIPIT EXORCISMUS AQUÆ AD IUDICIUM DEI DEMONSTRANDUM.

Probationum ritus.

Peractis coram sacerdote trium dierum ieiuniis, cum homines vis mittere ad iudicium aquæ frigidæ ob comprobationem, ita facere debes : accipe illos homines quos vis mittere in aquam, et duc eos in æcclesiam, et coram omnibus illis cantet presbyter missam, et faciat eos ad ipsam missam offerre.

Cum autem ad communionem venerint, antequam communicent, interroget eos sacerdos cum adiuratione et dicat : Adiuro vos N. per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, et per vestram Christianitatem quam suscepistis, et per unigenitum Dei Filium, et per sanctam Trinitatem, et per sanctum evangelium, et per istas sanctas reliquias quę in ista æcclesia sunt, et per illud baptismum quo vos sacerdos regeneravit, ut non præsumatis ullo modo communicare neque accedere ad altare, si hoc fecistis, aut consensistis, aut scitis quis hoc egerit.

Si autem tacuerint et nulli hoc dixerint, accedat sacerdos ad altare et communicet. — Postea vero communicet illos quos vult in aquam mittere. Cum autem communicaverint, dicat sacerdos ante altare [1]) : Corpus hoc et sanguis Domini nostri Ihesu Christi sit vobis [2]) ad probationem hodie.

DLXXXII. Exstat b. f. in cod. Paris. L; eam a Lindenbrogio prius vulgatam Baluzius recudit inter *Formulas exorcismorum et excommunicationum*, n° 3. — [1]) Bal. addit *per singulos*. — [2]) Bal. *tibi*.

Digitized by Google

Incipit missa iudicii.

Antiphona. Iustus es, Domine, et rectum iudicium tuum; fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam. Probationum ritus.

Psalmus. Beati inmaculati.

Oratio.

Absolve, quæsumus, Domine, tuorum delicta famulorum, ut a peccatorum suorum nexibus, quę pro sua fragilitate contraxerunt, tua benignitate liberentur, et in hoc iudicio, prout meruerunt, tua iustitia præveniente, ad veritatis censuram pervenire mereantur. Per Dominum nostrum [3])

Lectio libri Levitici a).

In diebus illis locutus est Dominus ad Moysen dicens: Ego sum Dominus Deus vester. Non faciatis furtum. Non mentiamini nec decipiat unusquisque proximum suum. Non periures in nomine meo nec pulluas [4]) nomen Dei tui. Ego Dominus. Non facias calumniam proximo tuo nec vi opprimas eum. Nòn moretur opus mercennarii tui apud te usque mane. Non maledicas surdo nec coram cæco ponas offendiculum, sed timebis Dominum Deum tuum, quia ego sum Dominus [5]).

Item alia lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Ephesios b).

Fratres, renovamini spiritu mentis vestrę, et induite

— [3]) Bal. addit *Iesum Christum Filium tuum.* — [4]) Bal. *polluas.* — [5]) Bal. addit *dicit Dominus omnipotens.*

a) Cf. *Lib. Levitic.*, XIX, 10, 11, 12, 13, 14.

b) Cf. *Epist. B. Pauli ad Eph.*, IV, 23, 24, 25, 26, 27, 28.

Digitized by Google

Probationum ritus.

novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus invicem membra. Irascimini et nolite peccare; sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, iam non furetur. Magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.

Graduale. Propitius esto, Domine, peccatis nostris, ne quando dicant gentes : Ubi est Deus eorum?

Versus. Adiuva nos, Deus salutaris noster, et propter honorem nominis tui, Domine, libera nos.

Alleluia. Deus, iudex iustus, fortis et patiens, numquid irascetur per singulos dies.

Sequentia sancti evangelii [6]) *secundum Marcum a*).

In illo tempore, cum egressus esset Ihesus in via, procurrens quidam genu flexo ante eum rogabat eum dicens : Magister bone, quid faciam ut vitam æternam percipiam? — Ihesus autem dixit ei : Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi solus Deus. Precepta nosti? — Ille dixit : Que? — Non occidas, non adulteres, non fureris, non falsum testimonium dicas, non fraudem feceris. Honora patrem tuum et matrem tuam. — At ille respondens ait : Magister, hæc omnia custodivi a iuventute mea. — Ihesus autem intuitus eum dilexit eum et dixit ei : Unum tibi deest. Vade, quecumque habes vende et da pauperibus, et habebis thesaurum in cœlo, et veni, sequere me.

— [6]) Bal. *Sequitur sanctum evangelium.*

a) Cf. *Evang. sec. Marc.*, X, 17, 18, 19, 20, 21.

Digitized by Google

Offertorium.

Inmittit angelum Dominus in circuitu timentium eum, et eripiet eos. Gustate et videte quoniam suavis est Dominus. *Et hic offerant.* Probationum ritus.

Secreta.

Intercessio sanctorum tuorum misericordię tuę, Domine, munera nostra conciliet, ut quam merita nostra non valent, eorum deprecatio indulgentiam valeat optinere. Per Dominum.....

Præfatio.

Æterne Deus, qui non solum peccata dimittis, sed ipsos etiam iustificas peccatores, et reis non tantum pœnas relaxas, sed dona largiris et premia, cuius nos piętatem supplices exoramus, ut famulos tuos illos non de preteritis iudices reatibus, sed huius culpæ veritatem spectantibus insinuas, quatinus et in hoc populus tuus preconia nominis tui efferat, et te vitæ presentis et perpetuę auctorem agnoscat. Per Christum [7].....

Benedictio ad iudicium.

Deus, de quo scriptum est quia iustus es et rectum iudicium tuum, fac cum his servis tuis secundum misericordiam tuam, ut non de pristinis iudicentur reatibus, sed in hoc, prout meruerunt, tua benedictione preveniente, veritatis subsequantur iudicium, amen. Et qui iustus es et amator iustitię, et a cuius vultu videtur æquitas, fac in conspectu populi tui ut nullis malorum prestigiis veritatis

— 7) Bal. addit *Dominum nostrum.*

Digitized by Google

Probationum ritus.

tuæ fuscentur examina, amen. Petitiones nostras placatus intende, et culparum omnium preteritarum eis veniam clementer attribue; et si culpabiles sunt, tua larga benedictio non eis ad suffragium, sed huius culpæ ad insinuandam veritatem proficiat, amen. Quod ipse prestare dignetur, cuius regnum.....

Hic communicent pro [8]) *sacerdotem, et dicat sacerdos :* Corpus hoc et sanguinis Domini nostri Ihesu Christi sit vobis ad probationem hodie.

Antiphona post communionem.

Iustus Dominus et iustitiam dilexit, æquitatem vidit vultus eius.

Ad [9]) *communionem.*

Perceptis, Domine Deus noster, sacris muneribus, suppliciter deprecamur ut huius participatio sacramenti et a propriis nos reatibus indesinenter expediat, et in famulis tuis veritatis sententiam declaret. Per Dominum.....

Expleta missa, faciat ipse sacerdos aquam benedictam, et pergat ad locum ubi homines probentur. Cum autem venerit ad ipsum locum, det illis omnibus bibere de aqua [10]).

Postea vero coniuret aquam ubi culpabiles mittat.

Incipit adiuratio aquæ.

Deus, qui per aquarum substantiam iudicia tua exercens diluvii inundatione milia populorum interemisti et Noe iustum cum suis salvandum censuisti, Deus, qui in

— [8]) Bal. *per.* — [9]) Bal. *Post.* — [10]) Bal. addit : *Cum autem dederit, dicat ad unumquemque hominem : Hæc aqua fiat tibi ad probationem.*

Digitized by Google

mari Rubro cuneos Ægyptiorum involvisti et agmina Israhelitica inperterrita abire iussisti, virtutem tuę benedictionis his aquis infundere et novum ac mirabile signum in eis ostendere digneris, ut innocentes a crimine furti vel homicidii vel adulterii aut alterius nevi, cuius examinationem agimus, more aquę in se recipiant et in profundum pertrahant, conscios autem huius criminis a se repellant atque reiciant, nec patiantur recipere corpus, quod ab onere bonitatis evacuatum ventus iniquitatis allevavit et in hanc constituit; sed quod caret pondere virtutis, careat pondere proprię substantię in aquis. Per..... [11]). Probationem ritus.

Alia [12]).

Adiuro te, creatura aquę, in nomine Dei Patris omnipotentis, qui te in principio creavit et iussit ministrare humanis necessitatibus, qui etiam iussit segregari te ab aquis superioribus. Adiuro etiam te per ineffabile nomen Ihesu Christi Filii Dei vivi, sub cuius pedibus mare et elementum divisum se calcabile prebuit, qui etiam baptizari se in aquarum elemento voluit. Adiuro etiam te per Spiritum Sanctum, qui super Dominum baptizatum descendit. Adiuro te per nomen sanctum [13]) et individuę Divinitatis, cuius voluntate aquarum elementum divisum est et populus Israel siccis pedibus statim transivit, ad cuius etiam invocationem Heliseus ferrum, quod de manubrio exierat, super aquam natare fecerat, ut nullo modo suscipias hos homines illos, si in aliquo sunt culpabiles de hoc quod illis obicitur, scilicet aut per opera aut per consensum vel per conscientiam seu per ullum ingenium, sed fac eos super te natare. Et nulla possit esse [14]) contra te causa

— [11]) Bal. *Per Christum Dominum nostrum.* — [12]) Bal. *Alia adiuratio.* — [13]) Bal. *sanctæ.* — [14]) H. v. deest in Bal.

Digitized by Google

Probationum ritus.

facta aut ullum prestigium inimici, quod illud possit occultare. Adiurata autem per nomen Christi, precipimus tibi ut nobis per nomen eius obædias, cui omnis creatura servit, quem Cherubin [15]) conlaudant, dicentes: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus, Deus exercituum,* qui etiam regnat et dominatur per infinita sæcula sæculorum.

Alia.

Adiuro te, creatura aquę, per Deum Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, et per tremendum diem iudicii, et per duodecim Apostolos, et per septuaginta duos Discipulos, et per duodecim Prophetas, et per viginti quatuor Seniores qui assidue Dominum laudant, et per centum quadraginta quatuor milia quę secuntur Agnum, et per omnia agmina sanctorum Angelorum, Archangelorum, Thronorum, Dominationum, Principatuum, Potestatum, Virtutum, Cherubin atque Seraphim, et per omnia milia sanctorum Martyrum, Virginum et Confessorum. Adiuro te per sanguinem Domini nostri Ihesu Christi, et per quatuor evangelia et per quatuor Evangelistas, necnon et per septuaginta duos libros veteris ac novi Testamenti, et per omnes scriptores sanctos ac doctores eorum. Adiuro te per sanctam æcclesiam catholicam, et per communionem sanctorum, et per resurrectionem eorum, ut fias aqua exorcizata, adiurata et obfirmata adversus inimicum hominis diabolum, et adversus hominem, qui ab eo seductus furtum hoc vel homicidium aut adulterium, unde ratio agitur, perpetravit, ut nullatenus eum in te submergi aut in profundum trahi permittas, sed a te repellas atque reicias, nec patiaris recipere corpus, quod ab onere bonitatis inane

— [15]) Bal. addit. *et Seraphin.*

Digitized by Google

est factum; sed quod caret pondere virtutis, careat pondere propriæ substancię in te. Innocentes vero a prędicto crimine more aquę in te recipias, et in profundum innocu[o]s pertrahas. Per Dominum nostrum.....

Probationum ritus.

Post has autem coniurationes aquæ, exuantur homines qui mittendi sunt in aquam propriis vestimentis, et osculentur singuli ævangelium et crucem Christi, et aqua benedicta super omnes aspergatur, et qui adsint omnes ieiunent, et sic proiciantur singuli in aquam [16]).

DLXXXIII.

INCIPIT ORDO AD IUDICIUM FACIENDUM.

Si aliquis de furto reprehensus fuerit ipseque se hoc fecisse negaverit, die martis ad vesperas causa purgandi sese perducatur ad ecclesiam laneis indutus vestibus et nudis incedens pedibus, ibique, in ecclesia videlicet, usque ad diem sabbati cum legalibus custodibus commoretur, triduanum faciens ieiunium, in pane videlicet azymo puri ordei et aqua et sale et cressone aquatico; mensura autem ordei sit talis qualem apprehendere potuerint duæ manus insimul iunctæ, et quantum pugillus capere poterit de cressone, et quantum salis ad hoc sufficiat. In his autem tribus diebus matutinas et missam cum horis ad dies pertinentibus audiat, et exquiratur ne aliquod maleficium super se habeat.

Die vero sabbati missam sic sacerdos incipiat:

Missa.

Iustus es, Domine, et rectum iudicium tuum (*ut supra, form. DLXXXII*).

— 16) Bal. addit: *et si submersi fuerint, inculpabiles reputentur; si supernataverint, rei esse iudicentur.*

DLXXXIII. Hanc formulam e tabulario S. Ebrulphi vulgavit Carpenterius in additionibus ad *Glossarium Cangii*, v° AQUA.

Digitized by Google

Oratio.

Probationum ritus.

Absolve, quæsumus, Domine, delicta famuli tui (*ut supra, form. DLXXXII.*).

Lectio libri Levitici.

In diebus illis locutus est Dominus (*ut supra, ibid.*).

Graduale.

Propitius esto, Domine (*ut supra, ibid.*).

Lectio sancti evangelii secundum Marcum.

In illo tempore, cum egressus esset Iesus (*ut supra, ibid.*).

Offertorium.

Immittet angelum Dominus (*ut supra, ibid.*).

Secreta.

Intercessio sanctorum tuorum (*ut supra, ibid.*).

Præfatio.

Æterne Deus, qui non solum peccata dimittis (*ut supra, ibid.*).

Post orationem dominicam, antequam dicatur Pax Domini, *dicat sacerdos hanc orationem super eum qui aquæ iudicio probandus est :*

Deus, de quo scriptum est quia iustus es (*ut supra, ibid.*).

Adiuratio ante perceptionem corporis Domini.

Adiuro te N. per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, et per Christianitatem (*ut supra, ibid.*).

Digitized by Google

Si autem tacuerit et nulli hoc dixerit, vertat se sacerdos ad altare et sumat sacrificium in semet ipso. — Postea vero communicet eum qui aquæ iudicio probandus est, ita dicens: Corpus Domini nostri hoc et sanguis Christi sit tibi ad probationem hodie. Probationum ritus.

Communio.

Iustus Dominus et iustitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius.

Post communionem.

Perceptis, Domine Deus noster, muneribus sacris (*ut supra, form. DLXXXII.*).

Ita missa expleta, homo prædictus in ecclesia exuatur non solum laneis vestibus, verum etiam femoralibus, et accingatur circa renes novo panno lineo, ne pudenda eius videantur, cooperiaturque ad horam sive tempus pallio vel cappa propter frigus, et sic ad lacum aquæ cum processione et letania ducatur, donec dicatur Agnus Dei *usque* Miserere nobis.

Lacus autem aquæ duodecim pedes mensuratos habeat in profunditate, viginti vero circumquaque in latitudine, et usque ad summum aqua impleatur. In tertia vero parte foveæ fustes fortissimi cum cleta fortissima ponantur desuper, ad sustinendum videlicet sacerdotem aquam benedicentem et iudices desuper assistentes et hominem intraturum in aquam cum duobus vel tribus hominibus eum ibidem demittentibus.

Incipit benedictio aquæ.

Deus, iudex iustus, fortis, autor et amator pacis, patiens et multum misericors, qui iudicas quod iustum est et rectum iudicium tuum, qui respicis terram et facis

Digitized by Google

Probationum ritus.

eam tremere, tu, Dominus omnipotens, qui per adventum Filii tui Domini nostri Iesu Christi mundum salvasti, per eius passionem genus humanum redemisti, hanc aquam benedicere et sanctificare dignare, et præsta, clementissime Pater, dominator omnipotens, ut si quis innocens de hoc furto in hanc aquam corpus suum applicare voluerit, confestim ab ipsa aqua in tuo nomine atque virtute sanctificata suscipiatur, et salvus, præstante Domino nostro, permaneat; et sicut filios Israel eductos de Ægypto in transitu Rubri maris salvasti, et Susannam de falso crimine liberasti, sic corpus innocentis ab omni læsione insaniæ salvare dignare. Quod si aliquis culpabilis vel noxius de hoc furto corde tumido induratoque pectore vel superba mente reus de hoc furto in hanc aquam corpus suum apponere voluerit, tu, Deus omnipotens, tua pietate et rectissimo iudicio tuo declarare et manifestare digneris, et iube ut ab aqua hac non excipiatur, sed videntibus famulis tuis reiciatur, ut anima eius per pœnitentiam salvetur; et si ille nocens vel reus per aliquod maleficium vel per herbas vel per causas diabolicas cor suum induraverit, et peccatum quod fecit confiteri noluerit, tua dextra, quæsumus, Domine, declarare dignetur. Per.....

Alia oratio.

Deus, innocentiæ restitutor et amator, qui autor pacis es et iudicas æquitatem, humilibus te rogamus precibus ut hanc aquam ordinatam ad iustitiam et examinationem cuiuscunque dubietatis benedicere et sanctificare atque superna virtute tua perlustrare digneris : ita ut si innocens de hoc furto, unde purgatio quærenda est, in hanc aquam tua benedictione sanctificatam corpus suum immittere voluerit, tua benignissima miseratione confestim

Digitized by Google

ab ista excipiatur aqua, et postmodum illæsus appareat. Si autem culpabilis aut reus contempserit et quasi temptator iudicium tuum adierit, aut per herbas vel per quæcumque temptamenta seu molimina maleficiosa peccata sua confiteri noluerit, sed defendere inflatus per aflictorem malitiæ contra examen veritatis tuæ, iustissime et misericordissime Domine Deus, ad hoc virtus tua, quæ omnia superat, cum veritate quæ permanet in seculum seculi declaretur, ut reus de hoc furto ab ista aqua tua virtute reiciatur, quatenus iustitiæ tuæ non dominetur iniquitas, sed veritati subdatur falsitas, et ut cæteri hoc videntes ab incredulitate sua, te miserante, liberentur. Per.....

Probationum ritus.

Postea iurent sacramenta et accusans et defensor, quasi duellum ingressuri iurent, et connectantur insimul manus repressi sub flexis poplitibus ad modum hominis in campum artum intrantis. Deinde vero corda quadam, quæ eum tenere queat, circa lumbos alligetur, atque in corda ad largitudinem longioris capilli fiat nodus, et sic in aquam suaviter, ne aquam commoveat, demittatur. Si vero usque ad nodum demersus fuerit, extrahatur ceu salvus; sin autem, quasi reus a videntibus æstimetur.

DLXXXIV.

INCIPIT ORDO AD CONSECRANDAM FRIGIDAM AQUAM.

Cum hominem mittere vis in aquam ad conprobationem, ita debes facere : accipe illos homines, et duc eos in æccle-

DLXXXIV. Exstat h. f. in cod. Monac. E; vulgat. a Pezio in *Thesauro anecdotorum novissimo*, t. II, part. II, p. 643; eam recudit Ludwig Rockinger in *Drei Formelsammlungen aus der Zeit der Karolinger*, p. 392.

Digitized by Google

Probationum ritus.

siam, et cantet coram omnibus presbyter missam, et eos, quos reos esse putas, fac ibi offerre sacrificium.

Cum autem ad conmunionem venerint, antequam conmunicent, interroget eos sacerdos per istam coniurationem dicens : Adiuro vos, homines, per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, et per vestram Christianitatem quam accepistis in baptismo, et per sanctum evangelium, et per reliquias sanctorum quę hic habentur, ut non presumatis ullo modo conmunicare neque accedere ad altare, si hęc fecistis aut consensistis aut scistis quis hoc fecerit.

Si autem omnes tacuerint, accedat sacerdos ad altare, et conmunicet eos quos vult in aquam mittere.

Cum autem conmunicentur, dicat sacerdos per singulos: Corpus et sanguis Domini nostri Iesu Christi sit vobis ad conprobationem.

Expleta missa, cantet lætaniam et faciat aquam benedictam, et vadat ad illum locum ubi iudicium debet fieri; et cum illuc pervenerit, det omnibus bibere ex aqua benedicta; cum vero dederit, dicat ad unumquemque : Hec aqua fiat tibi hodie ad conprobationem.

Deinde intrent ad consecrationem aquæ frigidæ ita :
Deus in adiutorium meum, *cum* Gloria.
Sequitur deinde Pater noster *et* Credo.

Deinde cantentur :

Psalm. Exurgat Deus, *usque* in lætitia.
Psalm. In exitu Israel.
Benedicite.
Psalm. Laudate Dominum in sanctis.
Canticum trium puerorum.
Psalm. Exurge Domine.

Digitized by Google

Deinde preces.

Fiat misericordia tua. Probationum ritus.
Ostende nobis, Domine.
Propitius esto peccatis.
Domine, exaudi orationem meam.

Consecratio aquæ.

Domine Deus omnipotens, qui aquarum substantiam arcanis tuis subter esse iussisti (*ut supra, form. DLXXXI*).

Alia.

Benedico te, creatura aquę, in nomine Patris (*ut supra, ibid.*).

Alia.

Omnipotens sempiterne Deus, te suppliciter rogamus pro huius negotii examinatione, quam modo inter nos ventilamus, ut iusticię non dominetur iniquitas, sed subdatur falsitas veritati. Et si aliquis hanc presentem examinationem per aliqua maleficia aut per herbas tangere vel impedire voluerit, tua sancta dextera, iustissime iudex, evacuare dignetur. Per.....

Alia.

Omnipotens sempiterne Deus, qui per Iesum Christum Filium tuum visibilia et invisibilia creasti (*ut supra, ibid.*).

Alia.

Omnipotens sempiterne Deus, adesto invocationibus nostris, et in hanc aquam huic purificationi preparatam virtutem tuę benedictionis infunde, ut salubritas per tui

Digitized by Google

Probationum ritus.

sancti nominis invocationem expedita sit et ab omni impugnatione antiqui hostis defensa. Per.....

Alia.

Domine Deus omnipotens, qui baptismum in aqua fieri iussisti, et per lavacrum humano generi remissionem peccatorum donare dignatus es, sanctifica, quesumus, Domine, hanc aquam, et iustum in ea discerne iudicium, qui solus es iustus iudex et fortis : ita ut si reus sit homo iste de prenominata re, aqua, quę in baptismo eum suscepit, nunc non recipiat; si autem inculpabilis et innocens sit, aqua, quę in baptismo eum accepit, nunc in se recipiat, et mundus et innocens inde de imo profundo huius aquę abstrahatur. Per.....

Alia super hominem dicenda.

Deus omnipotens, qui baptismum in aqua fieri iussit, et remissionem peccatorum hominibus in baptismo concessit, ille per misericordiam suam rectum iudicium in ista aqua discernat : videlicet si culpabilis sis de ista causa, aqua, quę in baptismo te suscepit, nunc non recipiat; si autem innocens es, aqua, quę in baptismo te suscepit, nunc recipiat. Per Christum Dominum.....

Postea exorcizet aquam ita :

Adiuro te, aqua, in nomine Patris omnipotentis, qui te in principio creavit, qui etiam te iussit segregari ab aquis superioribus. Adiuro te etiam per ineffabilem potentiam Christi Filii Dei omnipotentis, sub cuius pedibus te calcabilem prebuisti, qui etiam in te baptizari voluit. Adiuro te etiam per Spiritum Sanctum (*ut supra, form. DLXXXII*).

Digitized by Google

Super hominem vel homines.

Probationum ritus.

Adiuro te per invocationem Domini nostri Iesu Christi et per iudicium aquę frigidę. Adiuro te per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, et per incarnationem Domini nostri Iesu Christi, et per omnes Angelos et Archangelos, et per omnes Sanctos et Electos Dei, et per diem tremendi iudicii, et per viginti quattuor Seniores qui cottidie Deum laudant, et per quattuor evangelia Christi, et per duodecim Apostolos et Prophetas, et per omnes sanctos Martyres Christi, et per sanctos Sacerdotes et Confessores, et per omnes sanctos Monachos et Heremitas, et per omnes sanctas Virgines et Coniugatas, et per Principatus et Potestates et Dominationes et Virtutes, per Thronos, Cherubin et Seraphin, et per omnia secreta cęlestia, et per tres pueros qui cottidie Deum laudant, Sidrach, Misach et Abdenago, et per centum quadraginta quattuor milia martyrum innocentum qui pro Christo passi sunt, et per matrem Domini nostri Iesu Christi semper virginem Mariam, et per cunctum populum sanctum Dei, et per illud baptismum in quo regeneratus es, te adiuro ut si de hac re culpabilis es facto vel consensu aut conscientia vel alio quolibet modo, evanescat cor tuum, et non suscipiat te aqua ista, neque ullo maleficio ad irritandum Dei iudicium prevalere possis. Propterea obnixe te, Domine, deprecamur; fac signum tale, ut si culpabilis sit hic homo, nullatenus suscipiatur puer iste ab aqua. Hoc autem, Domine Iesu Christe, fac ad laudem et gloriam et ad invocationem nominis tui, ut omnes agnoscant quia tu es Deus benedictus in secula seculorum, amen.

Digitized by Google

Probationum ritus.

Postea legatur evangelium.

In principio erat Verbum, *et cetera.*

Cum benedictione.

Per istos sermones sancti evangelii Domini nostri Iesu Christi sit hęc aqua benedicta ad manifestandum rectum iudicium Dei.

Benedictio Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti et gratia Domini nostri Iesu Christi descendere dignetur super hanc aquam ad discernendum rectum iudicium Dei.

Postea, facto iuramento solito, ligetur et ponatur in aquam.

DLXXXV.

BENEDICTIO AQUÆ FRIGIDÆ.

Cum hominem vis mittere in aquam frigidam ad probationem, ita facere debes: accipe illos homines, quos voluntatem habes mittere in aquam, et duc eos in æcclesiam, et coram omnibus illis cantet presbyter missam, et fac eos ad ipsam offerre.

Cum autem ad communionem venerint (*ut supra, form. DLXXXIV*).

Expleta missa, faciat aquam benedictam, et vadat cum ea ad locum ubi homines probabuntur, et aspergens eos dicat ad unumquemque: Hęc aqua fiat tibi ad probationem hodie.

Postea vero coniuret aquam ubi illos inmittit.

Et hæc coniuratio aquæ.

Adiuro te, aqua, in nomine Patris omnipotentis, qui te in principio creavit (*ut supra, form. DLXXXII*); ut nullo

DLXXXV. Exstat h. f. in cod. Monac. G; eam vulgavit Ludwig Rockinger in *Drei Formelsammlungen aus der Zeit der Karolinger*, p. 355.

Digitized by Google

modo suscipias hunc hominem illum, hos homines illos, si in aliquo est culpabilis quod ei obicitur; *et si alius inmittatur quam ille cui culpa obicitur, dicas :* si in aliquo ex hoc est culpabilis ille pro quo iste in te ad probationem inmittendus est, scilicet aut per opera aut per consensum vel per scientiam aut per ullum ingenium, sed fac eum supernatare super te. Et nulla possit contra esse causa aliquo modo facta aut per ullum prestigium, quo illud possit non manifestari. Adiuro autem te per nomen Christi, et pręcipio tibi ut nobis obedias per nomen eius, cui omnis creatura servit (*ut supra, form. DLXXXII*).

Probationum ritus.

Tunc coniuret homines qui mittendi sunt in aquam.

Adiuro te etiam, homo N., per invocationem Domini nostri Iesu Christi et iudicium aquę frigidę. Adiuro te per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, et per Trinitatem inseparabilem, et per omnes Angelos et Archangelos, et per omnes Sanctos Dei et diem tremendi iudicii, et per viginti quattuor Seniores qui cotidie Dominum collaudant, et per quatuor Evangelistas, Matheum et Marcum, Lucam et Iohannem, et per duodecim Prophetas, et per omnes sanctos Dei Martyres, Confessores, Virgines, Principatus et Potestates, Dominationes et Virtutes, per Thronos et Cherubin atque Seraphim, et per omnia cęlestia agmina sanctorum. Adiuro te etiam per tres pueros qui cotidie ante Dominum assistunt, Sidrac, Misaac et Abdenago, et per centum quadraginta quatuor millia innocentum qui pro Christi nomine passi sunt, et per Mariam matrem Domini nostri Iesu Christi, et per populum Dei, et per illud baptismum quo te regeneravit sacerdos, si de hoc furto fecisti vel audisti aut baiulasti aut in domum recepisti aut consensisti aut conscius exinde fuisti, ut confitearis; aut

Digitized by Google

Probationum ritus.

si culpabilis es, et habes cor incrassatum aut induratum, evanescat cor tuum, et non suscipiat te aqua, neque ullum maleficium possit contra hoc prevalere, sed manifestetur. Propter hoc obnixe precamur te, Domine Iesu Christe; fac signum tale, ut si culpabilis est homo iste, nullatenus recipiatur ab aqua; *isto modo dicas ad eos qui pro aliis inmittuntur :* si de hoc furto ille, pro quo in aquam mittendus es, sciebat aut audiebat aut baiulabat aut in domum recipiebat aut consensit aut conscius exinde fuit, nullo modo ut suscipiaris ab aqua. Hoc autem, Domine Iesu Christe, fac ad laudem et gloriam tuam, per invocationem nominis tui, ut omnes cognoscant quia tu es Dominus Deus Iesus Christus, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas.

Post coniurationem autem faciat illos per singulos osculari evangelium et crucem Christi, et postea aspergat unumquemque aqua benedicta, et proiciat eos statim per singulos in aquam.

Hæc autem omnia facere debes ieiunus, neque illi comedant qui ipsos in aquam mittunt.

DLXXXVI.

BENEDICTIO AQUÆ FRIGIDÆ.

Domine Deus omnipotens, qui aquarum substantiam archanis tuis subter esse iussisti, nobisque, Spiritu Sancto cooperante, per eam abolitionem omnium peccatorum dedisti (*ut supra, form. DLXXXI*).

Alia.

Domine Deus Iesu Christe, qui sanctum Brictium de

DLXXXVI. Exstat h. f. in cod. Monac. F; eam vulgavit Ludwig Rockinger in *Drei Formelsammlungen aus der Zeit der Karolinger*, p. 380.

Digitized by Google

falsa stupri proditione per tuam ineffabilem liberasti auctoritatem, et sic calidissimam ignium creaturam convertisti in frigidam, ut inexusto cunctis videntibus ignis portaretur peplo *a*), quin et Susannam de iniusta pessimorum senum delatione per Danihelem electum tuum et paulo ante tenerrimum puerulum mirabiliter redemisti, et qui omne nefas malignorum tam ab humanis occultatum obtutibus quam omnium declaratum visionibus per tuum in fas convertis dominium, da nobis, clementissime Pater, ut nulla antiqui hostis fraus tuam possit impedire iusticiam et corda circumstantium in dubitatione infidelitatis subvertere; sed hodierna die in hac frigidæ aquæ creatura tuæ inæstimabilis cognoscere valeamus magnitudinem virtutis, et istius rei veracissima antiquæ consuetudinis examinatione invenire veritatem. Per eum qui tecum vivit.....

Probationum ritus.

Alia.

Domine Deus omnipotens, qui baptismum in aqua esse iussisti, et per lavacrum regenerationis humano generi remissionem peccatorum donare dignatus es (*ut supra, form. DLXXXIV*).

Alia.

Adiuro te, aqua, in nomine Patris omnipotentis (*ut supra, form. DLXXXV*).

Item alia.

Omnipotens sempiterne Deus, qui per Iesum Christum Filium tuum omnia visibilia et invisibilia creasti et in virtute Sancti Spiritus tui formasti (*ut supra, form. DLXXXI*).

Alia.

Omnipotens sempiterne Deus, adesto invocationibus

a) Cf. Gregor. Turon. *Histor.*, lib. II, cap. 1.

Digitized by Google

Probationum ritus.

nostris, et in hanc aquam frigidam virtutem tuę benedictionis infunde, ut per tui nominis invocationem benedicta sit et ab omni impugnatione antiqui hostis defensa. Per Dominum.....

Sequitur adiuratio hominis.

Adiuro te, homo N., per invocationem Domini nostri Iesu Christi ac iudicium aquæ frigidæ (*ut supra, form. DLXXXV*).

Post coniurationem autem faciat illos per singulos osculari evangelium et crucem Christi, et postea aspergat unumquemque aqua benedicta, et proiciat eos statim per singulos in aquam.

Hæc autem omnia facere debes ieiunus, neque illi comedant qui ipsos in aquam mittunt.

DLXXXVII.

IUDICIUM AQUE FRIGIDE.

Missa iudicii.

Antiphona. Iustus es, Domine, et rectum iudicium tuum; fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam.

Psalmus.

Beati immaculati.

Oratio.

Da, quesumus, omnipotens Deus, sic nos tuam gratiam promereri, ut nostros corrigamus excessus; sic confitentibus relaxare delictum, ut coerceamus in suis pravitatibus obstinatos. Per.....

DLXXXVII. Exstat h. f. in cod. Monac. I; eam vulgavit Ludwig Rockinger in *Drei Formelsammlungen aus der Zeit der Karolinger*, p. 341.

Digitized by Google

Lectio Ysaiæ prophete a).

In diebus illis locutus est Esaia propheta dicens : Querite Dominum, dum inveniri potest; invocate eum, dum prope est. Derelinquat impius viam suam et vir iniquus cogitationes suas, et revertatur ad Dominum, quoniam multus est ad ignoscendum.

Probationum ritus.

Graduale.

Custodi me, Domine; ut pupillam oculi sub umbra alarum tuarum protege me.

Versus.

De vultu tuo iudicium meum prodeat; oculi tui videant equitatem.

Alleluia.

Domine, exaudi orationem meam, et clamor meus ad te veniat.

[*Evangelium*] *secundum Ioannem b).*

In illo tempore respiciens Iesus discipulos suos ait illis : Habete fidem Dei? Amen, amen, dico vobis quia quicumque dixerit huic monti tollere et mittere in mare, et non hesitaverit in corde suo, sed crediderit quia quodcumque dixerit fiat, fiet ei. Propterea dico vobis : Omnia quęcumque orantes petitis, credite quia accipietis, et veniet vobis.

Offertorium.

De profundis clamavi ad te, Domine; Domine, exaudi orationem meam.

Secreta.

Ab omni reatu nos, Domine, sancta quę tractamus ab-

a) Cf. *Isai*, LV, 6, 7.

b) C'est par erreur que ce passage est attribué ici à S. Jean; il est de S. Marc, XI, 22, 23.

Digitized by Google

Probationum ritus.

solvant, et a totius pravitatis et diabolicę illusionis incursu. Per.....

Communio.

Amen dico vobis : Quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, et fiet vobis.

Ad complendam.

Conspirantes contra tuę plenitudinis firmamentum, Domine, dexterę tuę virtute prosterne, ut iusticię non dominetur iniquitas, sed subdatur falsitas veritati. Per.....

Expleta missa, faciat sacerdos aquam benedictam, et vadat ad illum locum ubi homines probantur. Cum autem venerit ad locum ubi homines probabuntur, det omnibus illis bibere de aqua benedicta, et nunc dicet: Deus in adiutorium meum intende, *ter.* Gloria Patri.

Postea cantatur lætania.

Ut antistitem nostrum in sancta religione conservare digneris.

Ut verum et rectum iudicium per hoc ignitum ferrum nobis hodie manifestare digneris, te rogamus, audi nos.

Ut rectum et verum iudicium in hac frigida ac fluenti aqua nobis hodię manifestare digneris, te rogamus, audi nos.

Ut falsitas subdatur veritati, te rogamus, audi nos.

Ut tuam pietatem et iustitiam in hoc iudicio manifestare digneris, te rogamus, audi nos.

Preces.

Non intres in iudicium cum servo tuo, *et cetera.*

Omnipotens sempiterne Deus, qui baptismum fieri iussisti in aqua, et hominibus remissionem peccatorum in

Digitized by Google

eo concessisti, tu, iudex iuste, rectum iudicium in ista aqua discerne (*ut supra, form. DLXXXI*). Probationum ritus.

Per te, Salvator mundi, quem idem Iohannes digito Agnum Dei demonstravit, qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum, amen.

Alia.

Deus, qui maxima queque sacramenta in aquarum substantia condidisti (*ut supra, ibid.*).

Coniuratio aquæ.

Adiuro te, aqua, in nomine Dei Patris omnipotentis, qui te in principio creavit (*ut supra, form. DLXXXII*).

Post coniurationem autem aquæ exuat illos vestimentis eorum, et faciat per singulos osculari sanctum evangelium et crucem Christi, et post hec de ipsa aqua benedicta aspergat super unumquemque eorum.

Adiuro te N. per invocationem Domini nostri Iesu Christi et per iudicium aque frigide (*ut supra, form. DLXXXV*).

Isti psalmi canendi sunt :

Afferte Domino.
Benedicite.
Laudate Dominum de celis.

Et evangelium.

In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum, *et cetera.*

Benedictio Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti descendat super aquam frigidam ad discernendum verum iudicium Dei, amen.

Digitized by Google

DLXXXVIII.

INCIPIT [1]) IUDICIUM AQUÆ FRIGIDÆ.

Probationum ritus.

Cum vis hominem in aquam mittere ad comprobationem, [*ita*] *debes facere : accipe illos homines* (*ut supra, form. DLXXXIV*).

Missa ad iudicium [2]).

Antiphona. Iustus es, Domine (*ut supra, form. DLXXXVII*).

Ad communionem.

Conspirantes, Domine, contra tuæ plenitudinis (*ut supra, ibid.*).

Alia.

Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam ad examinandum rectum iudicium, ut per adventum Spiritus Sancti omnis falsitas diabolicæ artis procul remota existat. Per.....

Expleta missa, faciat sacerdos aquam benedictam, et vadat ad locum ubi homines probantur. Et cum probati [3]) *sunt, det omnibus bibere aquam benedictam* [4]); *et cum dederit, dicat in unumquemque eorum :* Hæc aqua tibi fiat hodie ad comprobationem.

Postea convertat se sacerdos ad aquam ubi illum mittit, et coniuret in his verbis sequentibus, inprimis dicendo : Deus, in adiutorium meum intende, *ter, cum* Gloria, Kyrie

DLXXXVIII. Hanc formu am e cod. Werthinensi vulgavit Eckhartus in *Commentariis de rebus Franciæ orientalis*, II, 923; eam e cod. Vindob. F recudit Gerbertus inter *Monumenta veteris liturgiæ*, part. II, p. 119. — [1]) H. v. deest in Gerberto. — [2]) Gerbert. *Hæc est celebratio missæ ad iudicium, sive aquæ, sive ferri.* — [3]) Corrig. *probandi.* — [4]) Gerbert. *de aqua benedicta.*

Digitized by Google

eleison, Christe eleison, *ter, et letaniam cum nominibus sanctorum in eadem recitatis.* Probationum ritus.

Et inter hæc agenda subinferantur hi versus [5]) :

Pro huius negotii qualitate te rogamus, audi nos.

Ut iustitiæ non dominetur iniquitas, sed subdatur falsitas veritati, te rogamus, audi nos.

Qua finita, cantet presbyter : Pater noster, Credo in Deum [6]).

Adiuro te, aqua, in nomine Dei Patris omnipotentis, qui in principio te creavit (*ut supra, form. DLXXXII*).

Alia.

Deus, qui maxima quæque sacramenta in aquarum substantia condidisti (*ut supra, form. DLXXXI*).

Alia.

Omnipotens sempiterne Deus, qui baptismum in aqua fieri iussisti et hominibus remissionem peccatorum in eo concessisti, tu, iudex iustus (*ut supra, ibid.*).

Alia.

Domine Deus omnipotens, qui aquarum substantiam archanis tuis subesse iussisti (*ut supra, ibid.*).

Alia.

Domine Deus omnipotens, qui baptismum fieri in aqua iussisti, et per lavacrum regenerationis humano generi (*ut supra, form. DLXXXIV*).

Post coniurationem et benedictionem aquæ, exuat illos vestimentis eorum, et faciat illos per singulos osculari sanctum evangelium et crucem Christi, et post hæc de ipsa

— [5]) Gerbert. *dicat hos versus.* — [6]) Gerbert. addit *et dicat : Dominus vobiscum.*

Digitized by Google

Probationum ritus.

aqua benedicta aspergat unumquemque, coniurans [7]) *eum his verbis :* Adiuro te per invocationem Domini nostri Iesu Christi et per iudicium aquæ frigidæ (*ut supra, form. DLXXXV*).

Post aquæ benedictionem sequuntur hi versus [8]) :

Exurgat Deus et dissipentur inimici eius, et fugiant qui oderunt eum a facie eius.

Sicut deficit fumus, deficiant; sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores [9]) a facie Dei [10]).

Tunc statim proiciat eos in aquam.

Hæc omnia debent ieiuni facere, neque illi antea comedent qui ipsos mittunt in aquam.

DLXXXIX.

BENEDICTIO AQUÆ FRIGIDÆ AD IUDICIUM DEI.

Omnipotens sempiterne Deus, adesto invocationibus nostris (*ut supra, form. DLXXXIV*).

Adiuratio.

Adiuro te, homo, per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, per diem tremendi iudicii, et per quatuor Evangelistas, et per viginti quatuor Seniores qui indefessa voce Dominum laudant et numquam concessant, adiuro te per duodecim Apostolos, et per centum quadraginta quatuor millia Innocentium qui pro Christo passi sunt, per victoriam Martyrum et per invocationem sacri baptismatis tui: ut si tu de hac re culpabilis sis, sive in facto, aut aliquo

— 7) Gerbert. *coniuratus.* — 8) Gerbert. *dicat hos versus.* — 9) H. v. deest in Gerbert. — 10) Gerbert. addit *ter cum Gloria.*

DLXXXIX. Hanc formulam e cod. Rhenaug. C vulgavit Gerbertus inter *Monumenta veteris liturgiæ,* part. II, p. 123.

Digitized by Google

modo, indurato corde a diaboli suggestione ad hoc iudicium non præsumtuosus accedas, et aqua te non suscipiat, et hoc signo crucis Christi tuæ malitiæ appareat, et virtus omnipotentis Dei manifestetur. Per eundem..... Probationum ritus.

Benedictio eiusdem aquæ.

Domine Deus omnipotens, qui baptismum in aqua fieri iussisti, et per lavacrum regenerationis humano generi (*ut supra, form. DLXXXIV*).

Adiuratio.

Adiuro te, aqua, in nomine Patris omnipotentis, qui te in principio creavit (*ut supra, form. DLXXXII*).

Quarta adiuratio.

Deus, qui maxima quæque sacramenta in aquarum substantia condidisti (*ut supra, form. DLXXXI*).

Quinta adiuratio.

Adiuro te, homo N., per invocationem Domini nostri Iesu Christi ad iudicium aquæ frigidæ (*ut supra, form. DLXXXV*).

DXC.

BENEDICTIO AQUE FRIGIDE.

Benedico te, creatura aque, in nomine Patris ex quo cuncta procedunt, et Filii per quem facta sunt omnia, et Spiritus Sancti in quo sanctificantur universa (*ut supra, form. DLXXXI*).

Post benedictionem aque, qui mittendus est in aquam exuatur, et post hec de ipsa sacerdos aspergatur super

DXC. Exstat h. f. in cod. Monspeliensi; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

Probationum ritus.

unumquemque, et dato iuramento, vel ipse criminosus, aut eius vicarius mittatur in aquam.

Hec omnia facere debent ieiuni, neque illi prius comedant qui eum in aquam mittant.

Interim ab omnibus circumstantibus Pater noster *cantetur, et a clericis* Laudate Dominum de celis, *cum precibus sanctis.*

Oratio.

Domine sancte, Pater omnipotens, eterne Deus, qui misisti Filium tuum in mundum et ostendisti creature creatorem, qui precioso sanguine suo genus humanum redemit, quique discipulis dixit : *Quecumque in nomine meo pecieritis, dabitur vobis* a), per ipsum Salvatorem nostrum Ihesum Christum te, summe Pater, cum Spiritu Sancto petimus ut veritatem, quam querimus, in hoc iudicio manifestare digneris : ut si homines isti, quorum nomina suprascripta, seu hic, de quo hic querimus, latrocinium fecerit aut consenserit, aqua, que in baptismo eos suscepit, nec vicarium eorum non recipiat; si autem non fecerit neque consenserit, vicharium eorum libenter suscipiat. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, precipiatur aqua ut obediens sit nostro imperio, per sanctam et individuam Trinitatem.

DXCI.

IUDICIUM AQUÆ FRIGIDÆ.

Cum homines vis mittere ad iudicium aquæ frigidæ (*ut supra, form. DLXXXII*).

DXCI. Hanc formulam a Lindenbrogio vulgatam recudit Baluzius inter *Formulas exorcismorum et excommunicationum,* n° 2.

a) Cf. *Evang. sec. Matth.* cap. XXI, ℣ 22.

Digitized by Google

Cum autem communicant, dicat sacerdos ante altare: Corpus hoc et sanguis Domini nostri Iesu Christi sit tibi ad probationem hodie, ad laudem et gloriam nominis sui et ad ecclesiæ suæ utilitatem. Probationum ritus.

Expleta missa, faciat sacerdos aquam benedictam, et deferat eam ad locum examinis, ubi homines probantur. Cum autem venerit ad ipsum locum, letaniam faciens, omnibus pro eadem causa Dominum deprecantibus, det examinandis bibere de aqua illa benedicta. Cum autem dederit, unicuique dicat: Hæc aqua Domini fiat tibi ad probationem hodie per Dominum nostrum Iesum Christum, qui est verus iudex et iustus.

Deinde coniuret aquam ubi mittendi sunt.

Post coniurationem autem aquæ, exuat illos vestimentis suis, et faciat illos per singulos osculari sanctum evangelium et crucem Christi. Et post hæc de ipsa aqua benedicta aspergat super unumquemque hominem, et proiciat eos statim per singulos in aquam.

Hæc autem omnia facere debet ieiunus, neque illi antea comedant qui ipsos mittant in aqua.

Coniuratio aquæ.

Adiuro te, aqua, in nomine Dei Patris omnipotentis, qui te in principio creavit, quique te segregavit ab aquis superioribus et iussit te servire humanis necessitatibus. Adiuro te etiam per invisibile et ineffabile nomen Christi Iesu, Filii Dei vivi omnipotentis, sub cuius pedibus te calcabilem præbuisti, qui etiam in te baptizari dignatus est et suo baptismate consecravit. Adiuro etiam te per

Digitized by Google

Probationum ritus.

Spiritum Sanctum, qui super Dominum in te baptizatum descendit, qui te invisibili sanctificatione sacratam ad animarum purgationem inenarrabile constituit sacramentum, per quam olim et populus Israeliticus siccis pedibus transivit, et ex aqua ferrum, quod casu ceciderat, Heliseus divina virtute contra naturam natans in suo manubrio redire fecit, ut nullo modo suscipias hunc hominem, si in aliquo culpabilis est ex hoc quod illi obicitur, scilicet aut opere aut consensu seu conscientia vel quolibet ingenio, sed per virtutem Domini Iesu Christi reice ex te et fac illum natare super te, quatenus cognoscant fideles Christi nullum maleficium, nullum præstigium divinæ virtuti posse resistere, quod non detectum fiat et omnibus manifestum. Adiuro etiam te per virtutem eiusdem Domini nostri Iesu Christi, ut ad laudem illius, cui omnis creatura servit, et cui cœlestis exercitus famulatur clamans : *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus, Deus exercituum,* ut nobis adiurantibus et eius misericordiam obsecrantibus obedias, qui regnat et dominatur per infinita secula seculorum, amen.

Hominis coniuratio.

Adiuro te, homo, et contestor per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, et per sanctam et individuam Trinitatem, et per omnes Angelos et Archangelos (*ut supra, form. DLXXXIV*); si hoc malum fecisti ex quo culparis, vel assensum præbuisti, aut baiulasti, aut in domum tuam recepisti, aut inde conscius aut consentaneus extitisti, coram omnibus dicito. Quod si, diabolo suadente, celare disposueris, et culpabilis exinde es, evanescat cor tuum incrassatum et induratum, et non suscipiat te aqua incre-

Digitized by Google

dulum et seductum, ut dicat populus quia Deus noster iudex est, cuius potestas in secula seculorum, amen. Probationum ritus.

Post coniurationem aquæ exuat illos vestimentis illorum, et osculari sanctum evangelium et sanctam crucem faciat, et sanctificatis omnibus aqua benedicta cum timore et reverentia, fidus de eius clementia, proiciat in aquam.

Hoc iudicium autem, petente domno Hludovico imperatore, constituit beatus Eugenius, præcipiens ut omnes episcopi, comites, abbates, omnisque populus Christianus, qui infra eius imperium est, hoc iudicio defendant innocentes et examinent nocentes, ne periuri super reliquias sanctorum perdant suas animas in malum consentientes.

DXCII.

RITUS PROBATIONIS PER AQUAM FRIGIDAM.

Cum homines vis mittere ad probationem (*ut supra, form. DLXXXII*).

Coniuratio hominis.

Adiuro te, homo N., per invocationem Domini nostri Iesu Christi et per iudicium aquæ frigidæ (*ut supra, form. DLXXXV*).

Oratio ad aquam benedictam.

Suppliciter te, Domine Iesu Christe, deprecamur tale præsentialiter facere dignare signum, ut si iste quod ei obicitur est in aliquo culpabilis, non suscipiat eum hæc aqua, sed evanescat ipse et nullatenus modo intro recipiat. Hoc autem, Domine Iesu Christe, fac ad laudem et

DXCII. Hanc formulam vulgavit Mabillonius inter *Vetera analecta*, I, 47 (p. 161, ed. in-f°).

Digitized by Google

Probationum ritus.

gloriam, ad invocationem nominis tui, ut omnes cognoscant quia tu es Deus verus, et præter te non est alius, qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti per infinita sæcula sæculorum, amen.

Hoc autem iudicium creavit omnipotens Deus, et verum est, et per domnum Eugenium apostolicum inventum est, ut omnes episcopi, abbates, comites, seu omnes Christiani per universum orbem eum observare studeant, quia a multis probatum est et verum inventum est. Ideo enim ab illis inventum est et institutum, ut nulli liceat super sanctum altare manum ponere, neque super reliquias vel sanctorum corpora iurare.

DXCIII.

ORDO AD FACIENDUM IUDICIUM AD AQUAM FRIGIDAM.

Hoc est verum iudicium ad hominem qui debet exire in aquam frigidam.

Quando Romani propter invidentiam tulerunt domno Leoni papæ oculos et linguam propter thesaurum S. Petri, tunc venit ad imperatorem Carolum, ut eum adiuvaret de inimicis suis. Tunc imperator duxit eum Romam, et restituit eum in locum suum, et thesaurum supradictum non potuit invenire nisi per istud iudicium. Quod iudicium fecere beatus Eugenius et Leo et imperator, ut episcopi et abbates et comites firmiter teneant et credant, quod probatum habuerunt illi sancti viri quod invenerunt.

Quum homines vis dimittere in aquam frigidam ad probationem (ut supra, form. DLXXXV).

Adiuro et benedico te, aqua, in nomine Dei Patris om-

DXCIII. Hanc formulam e cod. Mediolanensi vulgavit Muratorius in *Antiquitatibus Italicis medii ævi*, III, 613.

Digitized by Google

nipotentis, qui te in principio creavit (*ut supra, form. DLXXXII*). Probationum ritus.

Item post coniurationem aquæ apprehendat ipsos homines qui ad iudicium debent intrare, exuat illos vestimentis eorum, et faciat osculari singulos sanctum evangelium et crucem Christi.

Post hæc ista coniuratio fiat per unumquemque.

Adiuro, homo, per invocationem Domini nostri Iesu Christi et per iudicium aquæ frigidæ (*ut supra, form. DLXXXV*).

Deinde accipiat modo presbyter de ipsa aqua benedicta, quam prius fecerit, aspergat super unumquemque, et statim illos proiciat in aquam.

DXCIV.

BENEDICTIO AQUÆ FRIGIDÆ AD FURTUM.

Iustum iudicium homines, quia verum est, quod domnus papa Eugenius constituit ad faciendum, ut nullum liceat periurare super sancta sanctorum, iustum faciant episcopi, abbates et comites et vassi dominici, et est constitutum in omnem regionem Romanorum.

Adiuro te, homo, per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, per diem tremendum [iudicii], per viginti quatuor Seniores qui quotidie laudant Deum, per centum quadraginta quatuor millia qui Christi Martyres sunt, et per omnes sanctas Virgines, et per beatam virginem Mariam quæ Christum portare meruit, et per illum baptismum quem sacerdos super te regeneravit; in hoc tibi supradico, cum sanctis tibi invocor, ut [si] tu de hoc furto

DXCIV. Hanc formulam ex antiquissimo rituali vulgavit Muratorius in *Antiquitatibus Italicis medii ævi*, III, 615.

Digitized by Google

Probationum ritus.

aut consensisti, aut baiulasti, aut consentaneus fuisti, [et habes] cor incrassatum aut induratum, si culpabilis es, non suscipiat eum hodie aqua. Pro hoc, Domine, fac signum tale, ut omnes cognoscant quia tu es Deus benedictus in secula seculorum, amen.

Incipit iudicium, quod fecit beatus Eugenius cum domno papa Leone et domno Karolo magno imperatore, [cum] Romani propter thesaurum sancti Petri et invidiam insimul tulerunt Leoni papæ oculos et linguam. Ille evasit vix de manibus eorum, et venit ad imperatorem Karolum, ut eum adiuvaret de suis inimicis. Et tunc imperator reduxit eum Romæ, et thesaurum supradictum non potuit invenire aliter nisi per iustum iudicium, quod fecit beatus Eugenius et Leo papa et imperator Karolus, ut episcopi et abbates seu comites firmiter teneant et credant, quia probatum habuerunt illi sancti quod invenerunt.

Ista facere debes, quum hominem vis mittere in aquam ad probationem : tunc accipe illos (ut supra, form. DLXXXV).

Coniuratio hominis.

Adiuro vos, homines, per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum (*ut supra, form. DLXXXIV*).

Coniuratio aquæ.

Adiuro te, aqua, in nomine Dei Patris omnipotentis (*ut supra, form. DLXXXII*).

Post coniurationem autem aquæ exuat illos vestimentis eorum, et faciat illos osculari sanctum evangelium et crucem Christi. Post hæc de ipsa aqua benedicta aspergat presbyter super unumquemque, et proiciat eos statim in aqua per singulos.

Digitized by Google

Hæc autem omnia facere debent ieiunando, neque illi comedant cibos, neque qui pro ipsis mittuntur in aqua. Probationum ritus.

Coniuratio hominis.

Adiuro te, homo ille, per invocationem Domini nostri Iesu Christi (*ut supra, form. DLXXXV*).

DXCV.

INCIPIT ORDO IUDICII [1]) AD FRIGIDAM AQUAM, AD CALDARIUM ET AD FERRUM ET AD VOMERES *a*).

Inquisitus aliquis de furto vel adulterio vel de quocunque alio crimine, si nolit confiteri, pergat sacerdos ad æcclesiam, et induat se vestimentis sacris, excepta casula, portans in leva sanctum [2]) *evangelium cum chrismario et reliquiis sanctorum calicemque cum patina, expectante plebe cum illo qui criminis reus esse deputatur in atrio æcclesiæ, et dicit plebi :* Videte, fratres, Christianę religionis officium. Ecce lex (*ut supra, form. DLXXXI*).

Deinde vertens se ad sceleratum, tam ipsi quam plebi dicit : Interdico tam tibi, homo, quam et omnibus astantibus, per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, et per tremendum diem iudicii, et per ministerium baptismatis, et per venerationem omnium sanctorum, ut, si de hac re culpabilis es, vel aliquis vestrum qui hic adest, aut per consensum aut per actum aut per conscientiam aut per

DXCV. Exstat h. f. in cod. Monac. E; vulgat. a Pezio in *Thesauro anecdotorum novissimo*, t. II, part. II, 635; eam recudit Ludwig Rockinger in *Drei Formelsammlungen aus der Zeit der Karolinger*, 384. — [1]) H. v. omittit Pezius. — [2]) Pez. *sacrum*.

a) Les termes de cette rubrique embrassent dans leur généralité les différents genres d'épreuves judiciaires, quoique en réalité le texte ne se rapporte qu'à l'épreuve *par le fer rouge*.

Digitized by Google

Probationum ritus.

aliquam participationem, non [3]) introeas ecclesiam, et Christianę societati non [4]) conmiscearis, si reatum nolueris confiteri, antequam iudicio examineris publico.

Deinde locum signet in atrio æcclesiæ, ubi ignis fieri possit ad caldarium suspendendum vel ad ferrum fervidum preparandum [5]) *vel ad vomeres. Prius tamen locus ille et aqua, quæ in caldario est, vel ferrum vel vomer, aqua benedicta aspergatur propter illusiones diabolicas.*

Deinde is qui discutiendus est intret æcclesiam, et inprimis omnibus, qui in se deliquerint, peccata dimittat, ut sua ei dimittantur. Tunc faciat puram confessionem Deo et sacerdotibus, et veram pro qualitate delictorum penitentiam accipiat. Tunc dicantur super eum orationes pœnitentiales in capite ieiunii querendæ.

Deinde, si aliqua infidelitatis suspitio in eo habeatur, iuret in altari vel in cruce vel in evangelio sive in capsa his verbis : Quod pro illa discussione et securitate, quam hodie ad calidum ferrum sive ad frigidam aquam vel ad ferventem aquam facere debeo, magis credo in Deum Patrem omnipotentem, quod ipse potens est pro hac re, pro qua criminatus sum, iusticiam et veritatem in me ostendere, quam in diabolum et eius magicas artes credam illam iusticiam et veritatem irritare.

His factis cantetur missa.

Antiphona.

Iustus es, Domine.

Psalmus.

Beati immaculati.

— [3]) Pez. *ne.* — [4]) Pez. *ne.* — [5]) Verba *vel ad ferrum fervidum preparandum* desunt in Pezio.

Digitized by Google

Oratio.

Da, quæsumus, omnipotens Deus, sic nos gratiam tuam promereri (*ut supra, form. DLXXXVII*). Probationum ritus.

Lectio Isaiæ prophetæ.

In diebus illis locutus est Isaias propheta dicens : Quærite Dominum (*ut supra, ibid.*).

Graduale.

Custodi me.

Versus.

De vultu tuo.

Alleluia.

Deus iudex.

Evangelium sancti Matthæi.

In illo tempore respiciens Iesus ait : Habete fidem Dei ? *a*).

Offertorium.

De profundis clamavi.

Secreta.

Ab omni reatu nos, Domine, sancta quæ tractamus absolvant, et eadem nos muniant a totius pravitatis et diabolicæ illusionis incursu. Per, *et cetera.*

Cum autem ad communionem venerint, antequam communicent, interroget eos sacerdos per istam coniurationem, dicens : Adiuro vos, homines N., per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, et per vestram Christianitatem (*ut supra, form. DLXXXIV*).

Si autem omnes tacuerint (*ut supra, ibid.*).

a) Cf. *supra*, pag. 799, note *b*.

Digitized by Google

Deinde peragatur missa.

Probationum ritus.

Communio. Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, et fiet vobis.

Ad conplendam.

Conspirantes, Domine, contra tuę plenitudinis firmamentum (*ut supra, form. DLXXXVII*).

Post missam pergat sacerdos cum plebe ad locum ubi probatio fieri debet cum textu evangeliorum et reliquiis sanctorum, et dicatur oratio [6]) : Domine Deus, Pater omnipotens, lux indeficiens, exaudi nos. Qui es conditor omnium, benedic, Domine, hoc lumen a te sanctificatum et benedictum. Qui illuminasti mundum et Moysen famulum tuum, tu, quæsumus, illumina corda et sensus nostros ad cognoscendum verum iudicium tuum, Salvator mundi.

Postea benedicatur eadem domus hac oratione : Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, et mittere dignare sanctum angelum tuum de cęlis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet et defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per.....

Benedictio ignis alia [7]).

Domine Deus noster, Pater omnipotens, lumen indeficiens, exaudi nos. Quia tu es conditor omnium luminum, benedic, Domine, hoc lumen, quod a te sanctificatum est, qui illuminasti omnem mundum, ut ab eo lumine accendamur et illuminemur igne claritatis tuæ; et sicut igne illuminasti Moysen, ita illumina corda et sensus

— 6) Pez. *et dicat orationem.* — 7) Pez. *atrii.*

Digitized by Google

nostros, ut ad vitam æternam pervenire mereamur. Per..... Probationum ritus.

Hic ponatur ferrum in ignem.

Sequitur lytania.

Veni, Sancte Spiritus.
Kyrie, Christe, Kyrie.
Pater noster.
Emitte.
Oratio Sancti Spiritus.
Deus in adiutorium meum.
Gloria Patri.
Kyrie eleyson.
Peccatores.
Ut pacem nobis.
Ut sanitatem nobis dones, te rogamus.
Ut indulgentiam et remissionem peccatorum nostrorum nobis dones, te rog.
Ut cunctum populum Christianum.
Ut hanc frigidam aquam ad discernendum rectum iudicium tua sancta dextera benedicere et consecrare digneris.
Ut in hac aqua rectum iudicium nobis ostendere digneris, te rog.
Ut hoc calidum ferrum ad discernendum rectum iudicium ordinatum tua sancta dextera benedicere et consecrare digneris, te rog.
Ut non dominetur iustitiæ iniquitas, sed subdatur falsitas veritati, te rog.
Pro huius negotii, quod inter nos ventilamus, qualitate, te rog.
Ut nobis miseris misereri digneris.



Digitized by Google

Probationum ritus.

Christe, audi nos.
Pater noster.
Credo.
Miserere nostri, Domine.
Fiat misericordia tua.

Deinde cantentur psalmi.

Domine Dominus noster, *usque in finem, cum* Gloria.
Exaudi Domine iustitiam, *usque in finem, cum* Gloria.
Exurgat Deus, *usque in finem, cum* Gloria.
Benedicite, *usque in* lætitia.
Benedicite, *usque in finem.*
Laudate Dominum in sanctis, *usque in finem.*
Trium puerorum, *et* Gloria. Amen.

Preces.

Exurge, Domine.
Domine Deus virtutum.
Fiat misericordia tua.
Ostende nobis, Domine.
Ne intres in iudicium.
Domine, ne memineris.
Propitius esto peccatoribus.
Domine, exaudi.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui tua iudicia inconmutabili dispositione iustus ubique iudex decernis, tu clemens in hoc tuo iudicio ad invocationem sancti tui nominis quod a te fidelium intentio deplorat tua iustissima examinatione declara. Per.....

Digitized by Google

Benedictio ferri vel vomerum.

Probationum ritus.

Deus, iudex iustus, qui auctor pacis es et iudicas equitatem, te supplices deprecamur ut hoc ferrum vel hos vomeres ordinatum ad iustam examinationem cuiuslibet dubietatis faciendam ita benedicere et consecrare digneris, ut si hic homo innocens est de prenominata et sibi imputata causa, unde nunc probatio querenda est, cum hoc ignitum ferrum in manum acceperit, illesus appareat; si autem reus atque culpabilis est, iustissima sit ad hoc virtus tua in eo cum veritate declaranda, quatinus iusticię non dominetur iniquitas, sed subdatur falsitas veritati. Per te, Christe.....

Alia.

Benedic, Domine, sancte Pater, per invocationem sanctissimi nominis tui et per adventum Filii tui Domini nostri Iesu Christi atque per donum Spiritus Sancti Paraclyti ad manifestandum verum iudicium tuum hoc genus metalli, ut sit a te sanctificatum et a nobis consecratum, ut, omni falsitate demonum procul remota, veritas iudicii tui fidelibus tuis fiat manifesta. Per eundem.....

Alia.

Deus omnipotens, Deus Abraham, Deus Ysaac, Deus Iacob, Deus omnium bene viventium, Deus origo et manifestatio omnis iusticiæ, qui es solus iustus iudex, fortis et patiens, dignare exaudire nos famulos tuos orantes ad te pro benedictione huius ferri. Unde rogamus te, Domine, iudicem universorum, ut mittere digneris sanctam et veram benedictionem tuam super hoc ferrum, ut sit refrigerium illud portantibus et habentibus iusticiam et forti-

Digitized by Google

Probationum ritus.

tudinem, ut sit ignis ardens iniquis et facientibus iniqua et credentibus in iniusticiam suam et iniustam pompam diabolicam. Converte, Domine, incredulitatem iniustorum per virtutem et benedictionem tuam et per invocationem Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, et mitte in hoc ferrum vim virtutis ac veritatis tuę, et in eo semper per misericordiam et virtutem tuam verissima iusticia, quę tibi soli cognita est, fidelibus tuis ad emendationem iniquorum manifestissime declaretur, de quacunque questione ratio fuerit agitata, et nullam potestatem habeat diabolica virtus veritatem tuam aut occultare aut depravare, sed sit servis tuis in monimentum fidei ad credulitatem divinæ maiestatis tuę et ad certificationem manifestissimę misericordiæ ac veritatis tuæ verissimæ.

Postea legatur evangelium.

In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.....

Per istos sermones sancti evangelii Filii sui indulgeat nobis Dominus universa delicta nostra.

Sequitur benedictio.

Benedictio Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti descendere dignetur super hoc calidum ferrum ad discernendum rectum iudicium Dei, amen.

Tunc pro ipso, cui vel quibus crimen imputatur, cantetur psalmus : Domine, exaudi orationem meam, auribus percipe.....

Preces.

Salvum fac servum.

Mitte ei.

Nichil proficiat inimicus in eo.

Digitized by Google

Tunc exorcizetur his verbis :

Adiuro te, o homo, per Patrem omnipotentem, qui creavit celum et terram, mare et omnia que in eis sunt, et per Iesum Christum Filium eius, qui pro nobis natus est et passus, et per Spiritum Sanctum, qui igne divino super Apostolos venit, atque per sanctam Mariam Dei genitricem, et per omnes Angelorum choros, et per Apostolos, et per Martyres et Confessores ac Virgines, atque per omnes Sanctos et Electos Dei, si te culpabilem de prenominato imputatoque crimine scias, hoc ferrum in manum tuam non presumas accipere; si autem tam temerarius sis, ut eodem crimine pollutus presumas accipere, per virtutem Domini nostri Iesu Christi victus et confusus hodie abscedas; si vero securus et innocens sis, per nomen Domini et per triumphum sancte crucis ad rectum iudicium damus tibi licentiam ut accedas cum fiducia ad suscipiendum hoc ferrum, et liberet te Deus iustus iudex, sicut liberavit tres pueros de camino ignis et Susannam de falso crimine, quatinus sanus et securus appareas et virtus Domini in te declaretur. Probationum ritus.

Post hoc levetur ferrum de igne, et ponatur in loco ubi accipiendum est, ponatque sacerdos super ferrum granum veri incensi, et dicat ter : Sancte Laurenti, ora pro nobis, ut nulla falsitas dominetur hic.

Postea, solito iuramento facto, portetur.

DXCVI.

INCIPIT ORDO AD IUDICIUM FACIENDUM.

Inprimis sacerdos designet locum in atrio ecclesie, ubi

DXCVI. Exstat h. f. in cod. Monspeliensi; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

Probationum ritus.

ignis fieri possit ad caldaria suspendendum vel ad ferrum ignitum, ita tamen ut superius locus ille aqua benedicta aspergatur, necnon et aqua quam in caldaria fieri debeat.

Deinde missam cantare secundum ordinem.

Introitus. Iustus es, Domine, et rectum.....

Da, quæsumus, omnipotens Deus, sic nos tuam gratiam promereri (*ut supra, form. DLXXXVII*).

Lectio Isaie prophete.

In diebus illis locutus est Esaias propheta dicens : Querite Dominum (*ut supra, ibid.*).

Graduale.

Custodi me, Domine, ut pupillam.....

Versus.

De vultu tuo.

Alleluia.

Deus, iudex iustus.

[*Evangelium*] *secundum Iohannem.*

In illo tempore respiciens Ihesus discipulos suos ait illis : Amen, amen, dico vobis quia quicumque dixerit (*ut supra, ibid.*).

Offertorium.

De profundis clamavi.

Secreta.

Ab omni reatu nos, Domine, sancta que tractamus ab-

Digitized by Google

solvant, et eadem nos muniant a tocius severitatis et diabolice illusionis incursu. Per..... Probationum ritus.

Communio.

Amen dico vobis.

Ad complendam.

Conspirantes, Domine, contra tue plenitudinis firmamentum, dextere tue prosterne virtute, ut iusticia non dominetur..... hominem, si in aliquo ex hoc est culpabilis, cuius iste vicharius est, quod illi obicitur, scilicet an per opera, an per consensum, an per conscientiam, an per ullum ingenium, sed fac eum natare super te. Et nulla possit esse contra te causa aliqua facta aut ulla profligatio, que illud non possit manifestare. Adiurata autem per nomen Christi, precipimus tibi ut per nomen eius obedias, cui omnis creatura deservit, quem Cherubim et Seraphim laudant, dicentes : *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus, Deus Sabaoth,* qui etiam regnat et dominatur per infinita secula seculorum, amen *a*).

DXCVII.

AQUÆ CALIDÆ ET FERRI CANDENTIS IUDICIUM.

Inquisitus aliquis de furto vel luxuria, adulterio vel

DXCVII. Hanc formulam e cod. Werthinensi vulgavit Eckhartus in *Commentariis de rebus Franciæ orientalis*, II, 926; aliquot ejusdem fragmenta e cod. Vindob. E recudit Gerbertus inter *Monumenta veteris liturgiæ*, part. II, p. 118.

a) Il est facile de voir que par suite d'une singulière inadvertance le copiste a terminé par un fragment relatif à l'épreuve par l'*eau froide* une formule dont le début se rapportait à l'épreuve par le *fer rouge*. Cf. *supra*, pag. 783, 784.

Digitized by Google

Probationum ritus.

qualicunque re alia, et nolens confiteri magistro seniori vel misso senioris, ista erit ratio.

Pergens sacerdos ad ecclesiam, induat se vestimentis sacris, excepta casula, ferens in læva sanctum evangelium cum chrismario et patrociniis sanctorum calicemque cum patena, exspectante plebe cum fure vel qualicunque crimine implicito in atrio ecclesiæ, et dicat adstanti plebi in ostio ecclesiæ : Videte, fratres carissimi, Christianæ religionis officium (*ut supra, form. DLXXXI*).

Deinde vertat se ad sceleratum, dicens tam ei quam plebi : Interdico tam tibi quam omnibus adstantibus, o homo, per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, per tremendum diem iudicii, per mysterium baptismatis, per venerationem omnium sanctorum, si aut scisti, aut baiulasti, aut consensisti, aut propter eam culpam prænominatam sciens factoribus iuvisti, ecclesiam non introeas, Christianæ societati non miscearis, si reatum nolueris confiteri admissum, antequam iudicio examineris publico.

Deinde signet locum in atrio ecclesiæ, ubi ignis fieri possit ad caldarium suspendendum, in quo aqua bulliens efficiatur, vel ferrum ignitum, ita tamen ut prius locus ille aqua benedicta aspergatur, necnon et aquæ quæ in caldario sunt, propter illusiones diabolicas.

Et his dictis, accedat ad altare et imponat missæ officium, quod retro requirendum est in frigidæ aquæ iudicio a).

Post celebrationem missæ pergat sacerdos cum plebe ad locum examinis aquæ calidæ vel ferri, et imprimis ignem ad aquam vel ferrum benedicat sic : Domine Deus noster,

a) Cf. pag. 789, 802, form. DLXXXVII, DLXXXVIII.

Digitized by Google

Pater omnipotens, lumen indeficiens, exaudi nos. Quia tu es conditor omnium luminum, bēnedic, Domine, hoc lumen, (*ut supra, form. DXCV*). Probationum ritus.

Et mittat ferrum in ignem.

Deinde incipiat letaniam pleniter, et in letania dicat hos versus :

Pro huius negotii qualitate, te rogamus, audi nos.

Ut rectum iuditium ostendere digneris, te rogamus, audi nos.

Exsurge, Domine, adiuva nos et libera nos propter nomen tuum.

Qua finita, cantet Pater noster *et preces istas :*

Domine, Deus virtutum, converte nos et ostende nobis faciem.

Fiat misericordia tua, Domine, super nos, quemadmodum.

Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam et salutare tuum.

Ne intres in iudicium cum servo tuo, quia non iustificor.

Salvum fac servum tuum, Domine.

Deus meus, speravi.

Mitte ei, Domine, auxilium de sancto et de Syon.

Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum, cito anticipent nos.

Propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Domine, exaudi orationem meam, et clamor meus.

Benedictio ferri in igne.

Benedic, Domine, sancte Pater, per invocationem sanctissimi nominis tui (*ut supra, ibid.*).

Digitized by Google

Alia.

Probationum ritus.

Omnipotens Deus, te suppliciter rogamus pro huius negotii examinatione (*ut supra, form. DLXXXIV*).

Item alia, sive ad ferrum, sive aquam calidam [1]).

Deus, iudex iustus, fortis et patiens, qui auctor es pacis et iudicas æquitatem, respice ad deprecationem nostram et dirige iudicium nostrum. Qui [2]) iustus es et rectum iudicium tuum, qui respicis terram et facis eam tremere, et qui per adventum [3]) Domini nostri Iesu Christi seu passionem mundum salvasti genusque humanum liberasti [4]), tu hanc aquam [5]) igne ferventem sanctifica; et sicut tres pueros, Sydrac, Misac et Abdenago, iussu regis Babylonii [6]) in fornacem succensam missos inlæsos salvasti angelumque tuum mittens exinde eduxisti, et Susannam de falso crimine [7]) eripuisti, ita, clementissime dominator, oramus et petimus ut quisquis innocens de prænominato crimine suam manum in aquam miserit [8]), sanam et illæsam educat, per te salvatorem mundi [9]), qui venturus es.....

Alia.

Omnipotens sempiterne Deus, qui es scrutator [10]) oculorum et cordium [11]), te supplices exoramus, ut si homo hic culpabilis est de rebus præfatis, et, diabolo ingravante [12]) eius cor, præsumserit in aquam igne ferven-

— [1]) Gerbert. *Benedictio ignis et ferri sive aquæ.* — [2]) Gerbert. *Quia.* — [3]) Gerbert. addit *unigeniti tui.* — [4]) Gerbert. *redemisti.* — [5]) Gerbert. addit *vel ferrum.* — [6]) Gerbert. *Babilonie civitatis.* — [7]) Gerbert. *testimonio.* — [8]) Gerbert. addit *vel ferrum portaverit.* — [9]) Gerbert. addit *et redemptorem tocius orbis.* — [10]) Gerbert. *servator.* — [11]) Gerbert. *occultorum cordium.* — [12]) Gerbert. *ingruente.*

Digitized by Google

tem [13]) manum suam mittere, tua iustissima veritas declarare dignetur in corpore [14]), ut per pœnitentiam [15]) anima eius salvetur in extremo examine [16]); si vero in aliqua diabolicæ deceptionis versutia confidens reatum suum dissimulare celareque voluerit, tua sancta dextera omnem illam calliditatem dæmonis evacuare dignetur [17]). Per unigenitum tuum Dominum.....

Probationum ritus.

Postea designatum loci spatium, sive ad vomeres ponendos, sive ad ferrum portandum, aqua benedicta aspergatur, et ferro de igne consumpto ac iuxta consuetudinis modum ligno superposito, dicatur hæc oratio super ferrum : Deus, iudex iustus, qui auctor pacis es et iudicas æquitatem, te suppliciter rogamus ut hoc ferrum ordinatum (*ut supra, form. DXCV*).

Tunc qui discutiendus est exorcisetur his verbis : Aduro te per Deum omnipotentem, qui fecit cœlum, terram et mare (*ut supra, ibid.*).

Responsio. Quod ego pro illa discussione et securitate (*ut supra, ibid.*).

His dictis, ipse criminosus divinum super se publice deprecetur testimonium, et statim peragatur iudicium. Quo peracto, membra, quæ igni applicata fuerunt, sigillentur de cera benedicta. Tunc post iudicium refectionem de aqua benedicta sumant, et postea usque ad comprobationem

— 13) Gerbert. addit *sive ferrum ignitum.* — 14) Gerbert. *tua iustissima veritas declaret et in huius opere veritatem manifesta.* — 15) Gerbert. *per manifestam pœnitentiam.* — 16) Gerbert. *extrema examinatione.* — 17) Gerbert. *quod si per herbas aut per aliqua maleficia hoc peccatum tegere cælareque voluerit, tuam sanctam dexteram evacuare dignetur.*

Digitized by Google

Probationum ritus.

iudicii omni cibo et potu suo salem et aquam benedictam admiscere bonum est.

DXCVIII.

[*Sine rubrica.*]

..... peccata vestra. Quod si vos non dimiseritis, nec Pater vester, qui in cœlis est, dimittet vobis peccata vestra *a*).

Offertorium.

De profundis clamavi ad te, Domine.

Secreta.

Ab omni reatu nos, Domine, (*ut supra, form. DXCV*).

Communio.

Amen dico vobis, quidquid.

Ad complendam.

Conspirantes contra tuæ plenitudinis (*ut supra, form. DLXXXVII*).

Alia.

Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam ad examinandum rectum iudicium, ut per adventum Spiritus Sancti omnis falsitas diabolicæ artis procul remota existat. Per.....

DXCVIII. Hanc formulam initio mutilam e cod. Rhenaug. C vulgavit Gerbertus inter *Monumenta veteris liturgiæ*, part. II, p. 121.

a) Cf. *Evang. sec. Marc.*, XI, 25, 26.

Digitized by Google

Coniuratio.

Adiuro vos, homines, per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum (*ut supra*, *form. DLXXXIV*). Probationum ritus.

Hic incipiunt septem psalmi penitentie et sequens letania :

Kyrie eleyson.
Christe eleyson.
Christe, audi nos.
Salvator mundi, adiuva nos.
Sancta Maria, ora.
Sancte Michael, ora.
Sancte Gabriel, ora.
Sancte Raphael, ora.
Omnes sancti angeli et archangeli, orate.
Sancte Iohannes, ora.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Iacobe, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Bartholomee, ora.
Sancte Matthee, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Thatee, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Mathia, ora.
Sancte Barnaba, ora.
Sancte Marce, ora.
Sancte Luca, ora.
Omnes sancti apostoli, orate.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Clete, ora.
Sancte Clemens, ora.
Sancte Sixte, ora.
Sancte Corneli, ora.
Sancte Cypriane, ora.
Sancte Alexander, ora.
Sancte Felix, ora.
Sancte Agapite, ora.
Sancte Caliste, ora.
Sancte Marcelle, ora.
Omnes sancti martyres, orate pro nobis.
Sancte Ambrosi, ora.
Sancte Severine, ora.
Sancte Augustine, ora.
Sancte Ieronime, ora.
Sancte Servaci, ora.
Sancte Silvester, ora.
Sancte Damase, ora.
Sancte Leo, ora.
Sancte Eusebi, ora.
Sancte Gregori, ora.
Omnes sancti confessores, orate pro nobis.

Digitized by Google

Probationum ritus.

Sancta Felicitas, ora.
Sancta Perpetua, ora.
Sancta Petronella, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Cecilia, ora.
Sancta Iuliana, ora.
Sancta Lucia, ora.
Saneta Tecla, ora.
Sancta Affra, ora.
Sancta Columba, ora.
Sancta Anastasia, ora.
Sancta Susanna, ora.
Sancta Eugenia, ora.
Sancta Eufemia, ora.

Omnes sancte virgines et viduæ, orate pro nobis.
Omnes sancti infantes et innocentes, orate.
Omnes sancti pœnitentes, orate.
Omnes sancti monachi et heremite, orate.
Omnes sancti, orate pro nobis.
Propitius esto, parce nobis, Domine.
Propitius esto, libera nos, Domine.
Ab omni malo libera nos, Domine.
A morbo malo libera nos, Domine.
A periculo mortis libera nos, Domine.
Ab omni iniquitate libera nos, Domine.
Per crucem et passionem tuam libera.
Peccatores te rogamus, audi nos.
Ut pacem nobis dones, te rogamus.
Ut sanitatem nobis dones, te rogamus.
Ut remissionem peccatorum nobis dones, te rogamus.
Ut aeris temperiem bonam nobis dones, te rogamus.
Ut fruges terræ nobis dones, te rogamus.
Ut domnum apostolicum in sancta religione conservare digneris, te rogamus.
Ut regem nostrum et exercitum Christianorum perpetua prosperitate conserves.
Ut eis vitam, sanitatem atque victoriam donare digneris, te rogamus.

Digitized by Google

Pro huius negotii qualitate te rogamus, audi nos. Probationum ritus.

Ut iusticie non dominetur iniquitas, sed subdatur falsitas veritati, te rogamus.

Ut iustum iudicium discernere digneris, te rogamus.

Fili Dei, te rogamus, audi.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce.

Christe, audi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster.

Iustus es, Domine, et rectum iudicium tuum.

Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis.

Fiat misericordia tua, Domine, super nos, quemadmodum.

Converte nos, Deus, et averte iram tuam a nobis.

Miserere nostri, Domine, miserere nostri.

Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

Domine, exaudi orationem meam.

Psalm. Deus misereatur nostri.

Domine, Deus virtutum, converte et ostende.

Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

Benedictio ferri iudicialis.

Benedic, Domine, per potentiæ tuæ virtutem hoc genus metalli (*ut infra, form. DCII*).

Oratio ante iudicium facienda.

Deus, plasmator hominum et totius bonitatis auctor, respice super nos (*ut infra, ibid.*).

Digitized by Google

Benedictio ferri ferventis ad iudicium Dei.

Probationum ritus.

Deus omnipotens, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus omnium bene viventium (*ut supra, form. DXCV*).

Alia.

Deus, iudex iustus, qui auctor pacis es et iudicas æquitatem, te suppliciter rogamus (*ut supra, ibid.*).

Benedictio Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti descendat super hoc ferrum ad discernendum verum Dei iudicium.

DXCIX.

ITEM IUDICIUM AQUE VEL FERRI IGNE FERVENTIS.

Inquisitus aliquis de furtu, luxuria, adulterio vel qualicumque re alia, et nolens confiteri magistro seniori vel misso senioris, ista erit ratio.

Pergat sacerdos ad ecclesiam, induat se vestimentis sacris, excepta casula, ferens in leva sanctum evangelium (*ut supra, form. DXCVII*).

Deinde signet locum in atrio æcclesiæ, ubi ignis fieri possit ad caldarium suspendendum, in quo aqua bulliens efficiatur, aut ferrum ignitum (*ut supra, ibid.*).

Et his dictis et factis, imponat introitum.

Iustus es, Domine *a*).

DXCIX. Exstat h. f. in cod. Monac. I; eam vulgavit Ludwig Rockinger in *Drei Formelsammlungen aus der Zeit der Karolinger*, 346.

a) Pag. 798, form. DLXXXVII.

Digitized by Google

Probationum ritus.

Deus, iudex iustus, fortis et paciens, qui auctor es pacis et iudicas equitatem, tu, iudica quod iustum est. Qui respicis terram et facis eam tremere, tu, Deus omnipotens, qui per adventum Filii tui Domini nostri Iesu Christi mundum salvasti et per sanctissimam eius passionem genus humanum redemisti, tu hoc ferrum calidissimum sanctifica; et qui tres pueros, Sydrac, Misac et Abdenago, iubente rege Nabuchodonosor, in camino ignis accensa fornace salvasti illesos et per angelum tuum eduxisti, tu, clemens sanctissimeque dominator, presta ut si innocens de hoc facto in hoc ferrum calidum manum miserit, sicut tres pueros supradictos de camino ignis solvisti et Susannam de falso crimine liberasti, ita de hoc ferro calido salva et illesa perducat; si vero culpabilis sit, et, ingravante diabolo, corde indurato presumpserit tangere hoc ferrum calidum manu sua, tua iustissima veritas declaret et in huius corpore tuam veritatem manifesta, ut anima illius per penitentiam sanetur; et si culpabilis per aliqua maleficia aut per herbas peccata sua tueri voluerit, dextera tua hoc evacuare dignetur atque deficere faciat. Per unigenitum Filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum, qui tecum una cum Sancto Spiritu vivit et regnat Deus.

Alia.

Omnipotens sempiterne Deus, qui es scrutator occultorum cordium, te supplices exoramus, ut si homo hic culpabilis sit de rebus prefatis, et, diabolo ingravante cor eius, presumpserit in aquam igne ferventem sive ferrum ignitum manum suam mittere, tua iustissima veritas (*ut supra, form. DXCVII*).

Digitized by Google

Alia.

Probationum ritus.

Benedic, Domine, per invocationem sanctissimi nominis tui ad manifestandum verum iudicium tuum hoc genus metalli, ut, omni falsitate demonum procul remota, veritas veri iudicii tui fidelibus tuis manifestata fiat.

Deinde legitur evangelium.

Inicium sancti evangelii secundum Iohannem. In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum.....

Benedictio Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti descendat super hoc ferrum ad discernendum verum iudicium Dei.

DC.

INCIPIT ADIURATIO FERRI VEL AQUÆ FERVENTIS.

In simplo unum pondus, in triplo tria ferrum æquiperet pondera. Et in illa adiuratione non adsint, ut predximus a), nisi ieiuni. Et dictis lætaniis, sic sacerdos in loco, ubi ferrum accenditur vel aqua infervescatur, adiurationem initiando inchoet :

Deus, qui per ignem signa magna ostendens Habraham puerum tuum de incendio Chaldeorum, quibusdam pereuntibus, eruisti; Deus, qui rubum ardere ante conspectum Moysi et minime conburi permisisti; Deus, qui ab incendio fornacis, Caldaicis plerisque succensis, tres pueros tuos inlesos eduxisti; Deus, qui incendio ignis populum Sodomę et Gomorrę involvens, Loth famulum tuum

DC. Exstat h. f. in cod. Paris. L; eam a Lindenbrogio prius vulgatam Baluzius recudit inter *Formulas exorcismorum et excommunicationum*, nº 4.

a) Cf. pag. 785, form. DLXXXII, *in fine*.

Digitized by Google

cum suis saluti donasti; Deus, qui in adventu Sancti Spiritus tui[1]) inlustratione ignis fideles tuos ab infidelibus decrevisti, ostende nobis in hoc parvitatis nostre examine virtutem eiusdem Sancti Spiritus, et per huius ignis fervorem discerne[2]) fideles et infideles, ut a tactu eius furti vel homicidii vel adulterii, cuius inquisitio agitur, conscii exhorrescant, et manus eorum vel pedes conburantur aliquatenus, inmunes vero ab eiusmodi crimine liberentur pœnitus et inlesi permaneant. Per Dominum nostrum.....

Probationum ritus.

Alia.

Deus, iudex iustus, fortis, auctor et amator pacis, patiens et multum misericors, qui iudicas quod iustum est et rectum iudicium tuum, qui respicis super terram et facis eam tremere, tu, Deus omnipotens, qui per adventum Filii tui Domini nostri Ihesu Christi mundum salvasti et per eius passionem genus humanum redemisti, hanc aquam ferventem vel hoc ferrum fervens sanctifica. Qui tres pueros, Sidrac, Misac et Abdenago, iussu regis Babilonie in camino ignis accensa fornace salvasti et inlesos per angelum sanctum tuum eduxisti, tu, clementissime Pater, dominator omnipotens, presta ut si quis innocens de furto hoc vel homicidio aut adulterio seu maleficio in hoc ferrum fervens vel in hanc aquam ferventem miserit manum suam, salva, te prestante Domino nostro, permaneat; et sicut tres pueros supradictos de camino ignis ardentis liberasti et Susannam de falso crimine eripuisti, sic manum innocentis, omnipotens Deus, ab omni lesionis insanie salvare dignare; et si quis culpabilis vel noxius et tumido corde induratoque pectore vel superba mente reus

— [1]) H. v. Baluzius omittit. — [2]) Bal. *discernere*.

Digitized by Google

Probationum ritus.

de hoc furto vel homicidio aut adulterio seu maleficio manum miserit in hoc ferrum vel aquam ferventem, tu, Deus omnipotens, iustissima pietate et rectissimo iudicio illud declarare et manifestare digneris, ut anima eius per pœnitentiam salvetur; et si ille nocens vel culpabilis sit, et per aliquod maleficium vel per herbas aut per causas diabolicas induraverit, et peccatum quod fecit confiteri noluerit, tua dextera, quæsumus, Domine, hoc declarare dignetur. Per Dominum.....

Item tertia.

Deus, innocentię restitutor et amator, qui auctor pacis es et iudicas æquitatem, te subnixis rogamus precibus ut hoc ferrum ignitum ordinatum vel hanc aquam ordinatam ad iustitiam et examinationem cuiuslibet dubietatis benedicere et sanctificare digneris : ita ut si innocens de hoc furto vel homicidio vel adulterio vel maleficio, unde purgatio querenda est, in hoc ignitum et tua benedictione sanctificatum ferrum vel in hanc aquam fervidam et tua benedictione sanctificatam manus vel pedes inmiserit, tua benignissima miseratione inlesus appareat; si autem culpabilis atque reus contempserit, et quasi temptator iudicium tuum adierit, aut per herbas vel quęcunque temptamenta sive molimina maleficiosa peccata sua contueri et defendere inflatus per afflatorem malitię contra veritatis tuę examen voluerit, iustissime et misericordissime Domine Deus, ad hoc virtus tua, quę omnia superat, in eo cum veritate, qua permanet [3]) in sæculum sæculi, declaretur, quatinus iustitię tuę non dominetur iniquitas, sed veritati subdatur falsitas, et ut cæteri hoc videntes ab in-

— [3]) Bal. *permaneat.*

Digitized by Google

credulitate sua, te miserante, liberentur. Qui vivis..... Probationum ritus.

His peractis, aqua benedicta cunctis adstantibus detur ad degustandum, et aspergatur per totam domum; et ferrum proferatur, quod a culpato coram omnibus accipiatur, et per mensuram novem pedum portetur; manus sigilletur, sub sigillo servetur, et post tres noctes aperiatur; et si mundus est, Deo gratuletur; si autem insanies crudescens in vestigio ferri inveniatur, culpabilis et inmundus reputetur.

In aqua fervente accipiat homo lapidem qui per funem suspendatur, in simpla probatione per mensuram palme, in tripla autem unius ulne; manus vero sigilletur et aperiatur, ut supra diximus in consecratione ferri.

DCI.

INCIPIT ORDO IUDICII, QUO REI AUT INNOXII PROBANTUR FERRO CANDENTI.

Post accusationem legitime factam et triduum in ieiuniis et oratione consumptum, sacerdos vestibus sacris præter casulam indutus ferrum ante altare positum forcipe accipiat, et hymnum trium puerorum, videlicet Benedicite omnia opera, *decantans, ad ignem deferat, et dicat hanc orationem super locum, ubi fiet ignis ad faciendum iudicium :* Benedic, Domine Deus, locum istum, ut sit nobis in eo sanctitas, castitas, virtus et victoria, et sanctimonia, humilitas, bonitas, lenitas, et plenitudo legis, et obedientia Deo Patri et Filio et Spiritu Sancto. *Hæc benedictio sit super hunc locum et super omnes inhabitantes in eo.*

DCI. Hanc formulam a Lindenbrogio prius vulgatam recudit Baluzius inter *Formulas exorcismorum et excommunicationum*, nº 6.

Digitized by Google

Benedictio super ignem.

Probationum ritus.

Domine Deus, Pater omnipotens, lumen indeficiens, exaudi nos. Quia tu es conditor omnium luminum (*ut supra, form. DXCV*).

Qua finita dicat :

Paster noster.
Salvum fac servum.
Mitte ei auxilium, Deus.
De Sion tuere eum.
Domine, exaudi.
Dominus vobiscum.

Oratio.

Benedic, Domine, sancte Pater, omnipotens Deus, per invocationem sanctissimi nominis (*ut supra, ibid.*).

Post hoc, ferrum in ignem mittatur et aspergatur aqua benedicta; et dum calescit, missam celebret. Cum vero sacerdos eucharistiam sumpserit, hominem probandum, sicut infra scriptum est, adiuret atque communicare faciat.

Officium missæ.

Iustus es, Domine, et rectum iudicium tuum.

Oratio.

Absolve, quæsumus, Domine, tui delicta famuli, ut a peccatorum suorum nexibus (*ut supra, form. DLXXXII*).

[*Sequentia sancti evangelii secundum Marcum*].

In illo tempore, cum egressus esset Iesus in via, præcurrens quidam genu flexo (*ut supra, ibid.*).

Digitized by Google

Deinde secreta.

Antequam vero communicet, interroget eum sacerdos cum adiuratione sic : Adiuro te per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, et per veram Christianitatem quam suscepisti, et per sanctas reliquias quæ in ista ecclesia sunt, et per baptismum quo te sacerdos regeneravit, ut non præsumas ullo modo communicare neque accedere ad altare, si hoc fecisti aut consensisti. Probationum ritus.

Hic communicet sacerdos illos, et dicat : Corpus hoc et sanguis Domini nostri Iesu Christi sit tibi ad probationem hodie.

Oratio.

Perceptis, Domine Deus noster, sacris muneribus, supplices deprecamur (*ut supra, form. DLXXXII*).

Deinde kyrieleison et letania et psalmi.

Oremus.

Deus, qui per ignem signa magna ostendens Abraham puerum tuum de incendio Chaldæorum, quibusdam pereuntibus, eruïsti (*ut supra, form. DC*).

Deus, cuius notitiam nulla unquam secreta effugiunt, fidei nostræ tua bonitate responde, et præsta ut quisquis purgandi se gratia hoc ignitum tulerit ferrum, vel absolvatur innocens, vel rei noxius detegatur.

Deinde sacerdos super ferrum aquam benedictam spargat, et dicat : Benedictio Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti descendat super hoc ferrum ad discernendum rectum iudicium Dei.

Et mox accusatus ad novem pedum mensuram ferrum perferat. Huius denique manus sub sigillo triduum tegatur,

Digitized by Google

Probationum ritus.

et si sanies crudescens in vestigio ferri reperiatur, culpabilis ducatur; sin autem munda extiterit, laus Deo referatur.

DCII.

INCIPIT ORDO, QUANDO ALIQUA DISCUSSIO PER FERRUM CALIDUM EST FACIENDA.

Inprimis qui discutiendus est in se delinquentibus peccata dimittat, ut sua ei dimittantur. Deinde faciat puram confessionem peccatorum suorum Deo et sacerdotibus eius, et veram pœnitentiam pro qualitate delicti accipiat, ut eo modo crimen aut furtum, de quo discutiendus est, in publicum procedat.

Postea dicantur super pœnitentem septem pœnitentiales psalmi cum oratione dominica, deinde preces :

Domine, non secundum peccata nostra facias.
Ne simul tradas nos cum peccatoribus.
Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum.
Adiuva nos, Deus salutaris noster.
Esto nobis, Domine, turris fortitudinis.
Domine, exaudi orationem meam.

Sequitur oratio.

Precor, Domine, clementiam tuæ maiestatis et nominis, ut huic famulo tuo peccata et facinora sua confitenti veniam dare et preteritorum criminum errata relaxare digneris, qui humeris tuis ovem perditam reduxisti ad caulas. Qui vivis.....

Tunc pergant ad locum, ubi discussio facienda est, ibique lætaniam faciant.

DCII. Exstat h. f. in cod. Monac. F; eam vulgavit Ludwig Rockinger in *Drei Formelsammlungen aus der Zeit der Karolinger*, 374..

Digitized by Google

Qua finita, cantent et preces:

Pater noster.

Probationum ritus.

Exurge, Domine, adiuva nos.
Fiat misericordia tua super nos.
Ne intres in iudicium cum servo tuo.
Propitius esto peccatis nostris.
Domine Deus virtutum, converte nos.
Domine, exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te veniat.

Postea benedicatur eadem domus his orationibus:

Adesto, Domine, supplicationibus nostris, et hanc domum serenis oculis tuę pietatis illustra. Descendat super habitantes in ea gratiæ tuæ larga benedictio, ut in his manufactis cum salubritate manentes ipsi tuum semper sint habitaculum. Per.....

Alia.

Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, et mittere dignare sanctum angelum tuum de cęlis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet et defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per.....

Item benedictio ignis.

Domine Deus, Pater omnipotens, lumen indeficiens, exaudi nos. Quia tu es conditor omnium luminum (*ut supra, form. DXCV*).

Benedictio ferri iudicialis.

Benedic, Domine, per potentiæ tuę virtutem hoc genus metalli, ut in eo propter nomen sanctum tuum, omni demonum falsitate procul remota omnique fascinatione et

Digitized by Google

Probationum ritus.

fallatia infidelium sublata, verissimi iudicii tui fidelibus tuis veritas patefiat, quatenus laudabile et gloriosum nomen tuum in sancta ecclesia tua semper glorificetur. Per.....

Alia.

Deus, iudex iustus, qui auctor pacis es et iudicas æquitatem, te suppliciter rogamus ut hoc ferrum ordinatum ad iustam examinationem cuiuslibet dubietatis (*ut supra, form. DXCV*).

Alia.

Benedic, Domine, sancte Pater, per invocationem sanctissimi nominis tui et per adventum Filii tui Domini nostri Iesu Christi (*ut supra, ibid.*).

Item alia.

Deus omnipotens, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus omnium bene viventium, Deus origo et manifestatio omnis iusticiæ (*ut supra, ibid.*).

Oratio ante iudicium dicenda.

Deus, plasmator hominum et totius bonitatis auctor, respice super nos famulos tuos ad te toto corde clamantes, et presta propitius per interventum unici Filii tui Domini nostri Iesu Christi ut in hoc examinationis iudicio non prevaleant aliqua falsitatis iacula inimici, sed manifestetur per te veritas et declaretur rectitudo iusticię. Per eundem.....

Tunc qui discutiendus est exorcizetur his verbis :

Adiuro te per Deum omnipotentem, qui fecit celum et

Digitized by Google

terram, mare et omnia quæ in eis sunt (*ut supra, form. DXCV*). Probationum ritus.

Deinde, si aliqua infidelitatis suspitio in eo habeatur, iuret in altari aut in cruce vel in evangelio sive capsa his verbis dicens : Quod ego pro illa discussione et securitate, quam hodie ad calidum ferrum facere debeo, magis credo in Deum omnipotentem (*ut supra, ibid.*).

Sequitur benedictio ferri.

Benedictio Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti descendat super hoc ferrum ad discernendum verum Dei iudicium.

Deinde, sicut mos est, iuret et ferrum certo spacio portet.

DCIII.

INCIPIT IUDICIUM FERRI FERVENTIS.

Inprimis preparet se sacerdos, et agat sicut supra dictum est ad iudicium aque frigide a). Et antequam missam incipiat, signet locum in ecclesia vel in atrio ecclesie, ubi ignis fiat ad suspendendum caldarium, in quo aqua bulliat, vel ad vomeres ponendos, vel ubi ferrum candeat. Et locus aspergatur aqua benedicta.

Benedictio loci.

Benedic, Domine, per invocationem sancti nominis tui hunc locum ad manifestandum verum iudicium tuum, ut, omni demonum falsitate procul remota, veritas veri iudicii tuis fidelibus manifesta sit. Per.....

DCIII. Exstat h. f. in cod. Monac. H; eam vulgavit Ludwig Rockinger in *Drei Formelsammlungen aus der Zeit der Karolinger*, 368.

a) Cf. pag. 770, form. DLXXXI.

Digitized by Google

Probationum ritus.

Deinde incipiatur missa et agatur suprascripto modo ad communionem a).

Et incipiatur benedictio, sicut ad iudicium aque frigide, usque post collectam : Domine Sancte Spiritus *b*).

Benedictio ignis.

Domine Deus noster, Pater omnipotens, qui es lumen, quique per ignem Moysi in rubo apparuisti, et populum Israel de Egiptiaca caligine, celesti lumine precedente, eduxisti, atque corda apostolorum igne Sancti Spiritus inflammasti, tu benedic hoc lumen, ut quicquid per calorem eius flagraverit diabolici tepore careat incitamenti. Per.....

Benedictio ferri, antequam in ignem mittatur.

Benedic, Domine, per potentie tue virtutem hoc genus metalli (*ut supra, form. DCII*).

Benedictio amborum.

Omnipotens sempiterne Deus, qui tua iudicia incommutabili dispositione (*ut supra, form. DXCV*).

Omnipotens sempiterne Deus, te suppliciter rogamus pro huius negocii examinatione, quam modo inter nos ventilamus (*ut supra, form. DLXXXIV*).

Omnipotens sempiterne Deus, qui es scrutator cordium occultorum, te supplices exoramus, ut si homo iste culpabilis sit de rebus prefatis (*ut supra, form. DXCVII*).

Deus, iudex iustus, qui auctor pacis es et iudicas equitatem, te supplices exoramus, ut hoc ferrum ignitum ad

a) Cf. pag. 779, form. DLXXXII. *b*) Cf. pag. 773, form. DLXXXI.

Digitized by Google

iustam examinationem cuiuslibet dubietatis (*ut supra, form. DXCV*). Probationum ritus.

Adesto, quæsumus, omnipotens, in huius examinationis actione, pro qua suppliciter te deprecamur, iuste iudex, quatinus non humano sed tuo sancto consilio ex equo iudicio istud examen fiat determinatum, ut iusticie et veritatis termino finiatur et subdatur falsitas veritati. Per.....

Post hec qui discutiendus est sic exorcizetur :

Adiuro te, N., per Deum omnipotentem, qui fecit celum et terram, mare et omnia que in eis sunt, et per Iesum Christum Filium eius, qui pro nobis natus et passus est, et per Spiritum Sanctum atque per sanctam genitricem Dei, et per omnes sanctos Angelos et Patriarchas, Apostolos, Martyres, Confessores et Virgines, si te culpabilem et reum de prenominato et tibi imputato crimine scias, ut suadente diabolo hoc ferrum hodie in manum accipere non presumas, vel in hos vomeres calcare non presumas, sed per virtutem Domini nostri Iesu Christi et per signum sancte crucis victus et confusus abscedas; si autem in temet ipso securus et innocens sis de obiecto crimine, per nomen Domini nostri Iesu Christi et per signum sancte crucis licentiam habeas accedere et tibi ad securitatem hoc ferrum in manum accipere vel hos vomeres calcare, et liberet te Deus iustus iudex, sicut tres pueros de incendio ignis eripuit et Susannam de falso crimine liberavit, quatinus salvus et securus appareas, et virtus Domini nostri in te declaretur, qui cum Deo Patre.....

Digitized by Google

DCIV.

BENEDICTIO FERRI AD FACIENDUM IUDICIUM [1]).

Probationum ritus.

Benedic, Domine, per invocationem sanctissimi nominis tui ad manifestandum iudicium tuum hoc genus metalli, ut, omni demonum falsitate procul remota, veritas veri iudicii tui fidelibus tuis manifesta fiat. Per.....

Alia.

Omnipotens sempiterne Deus, qui tua iudicia incommutabili dispositione (*ut supra, form. DXCV*).

Alia [2]).

Benedictio Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti descendat super hoc ferrum ad discernendum iudicium [3]). Per.....

DCV.

BENEDICTIO FERRI AD IUDICIUM FACIENDUM.

Inprimis benedicatur ignis : Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, in nomine tuo et Filii tui Dei et Domini nostri Iesu Christi et Spiritus Sancti benedicimus et sanctificamus ignem hunc. Adiuva nos, qui vivis et regnas per.....

DCIV. Exstat h. f. in cod. Monac. G; eam vulgavit Ludwig Rockinger in *Drei Formelsammlungen aus der Zeit der Karolinger,* 358; primum et tertium ejusdem fragmentum e cod. Vindob. D jam ediderat Gerbertus inter *Monumenta veteris liturgiæ*, part. II, p. 117. — [1]) Gerbertus rubricam sic inscripsit : *Benedictio ferri iudicialis.* — [2]) Hæc rubrica deest in Gerberto. — [3]) Gerbert. *iudicium Dei, amen.*

DCV. Hanc formulam ex antiquissimo rituali vulgavit Muratorius in *Antiquitatibus Italicis medii ævi,* III, 621.

Digitized by Google

Sequuntur letaniæ.

Postea legitur evangelium.

Probationum ritus.

In illo tempore ductus est Iesus in desertum *a*).

Alia benedictio.

Deus, qui tribus pueris mitigasti flammam ignium, concede propitius ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum. Per.....

Alia benedictio.

Deus, quem omnia opera benedicunt, quem cœli glorificant, quæsumus te orantes ut sicut tres pueros de camino ignis incendio non solum illæsos, sed etiam in tuis laudibus conclamantes liberasti, ita et nos a peccatorum nexibus absolutos a devoragine ignis eripias; ut dum te Dominum Deum Patrem benedictione laudamus, criminum flammas operumque carnis incendia superantes, sacrificium tibi debitum fieri mereamur. Per Dominum.....

Alia.

Deus, cui noticiam nullam unquam secreta fugiunt, fidei nostræ tua bonitate resplende, et præsta ut quisquis purgandi se gratia hoc igni[tum] tulerit ferrum, potentiæ tuæ iudicio vel absolvatur innocens, vel obnoxius detegatur. Per.....

Alia.

Benedic, Domine, per invocationem sanctissimi nominis tui (*ut supra; form. DCIV*).

a) Cf. *Evang. sec. Matth.*, IV, 1.

Digitized by Google

DCVI.

IUDICIUM AD VOMERES.

Probationum ritus.

Domine Deus omnipotens, qui creasti cœlum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt, qui hominem ad imaginem tuam formasti, qui Filium tuum unigenitum Dominum nostrum Iesum Christum, cooperante Spiritu Sancto, in uterum intemeratæ Virginis misisti, qui ex illa eum carnem humanam sumere voluisti, per illius dilectissimi Filii tui Domini nostri Iesu Christi nomen atque per merita sanctæ Dei genitricis Mariæ te invocamus tuamque maiestatem supplices exoramus, ut in hoc examinationis iudicio evanescere iubeas omnes versutias diabolicæ fraudis calliditatisque, sive incantationes hominum sive mulierum, necnon et valitudines herbarum, ut omnibus circumstantibus appareat quia tu es iustus et iustitiam diligis, et non est qui resistat maiestati tuæ. Ideoque, dominator Domine cœlorum et terræ, creator aquarum, rex universæ creaturæ tuæ, in tuo sancto nomine atque virtute benedicimus hos vomeres ad discernendum iudicium verum, ut ita si iste homo innocens sit de huius rei inquestione, quam inter nos ventilamus et tractamus, qui nudis pedibus super eos ambulaverit, tu, Deus omnipotens, sicut liberasti tres pueros de camino ignis ardentis et Susannam de falso crimine et Danielem de lacu leonum, sic innocentes pedes tua potenti virtute salvos et illesos conservare digneris; si autem iste homo culpabilis sit de prænominata re, et suadente diabolo tuam potentiam ausus tentare fuerit, et super eos ambulaverit, tu,

DCVI. Hanc formulam e cod. Rhenaug. C vulgavit Gerbertus inter *Monumenta veteris liturgiæ*, part. II, p. 124.

Digitized by Google

qui iustus es et iudex, fac manifestam in eius pedibus apparere ustionem, tibi ad honorem et laudem [et] gloriam, nobis autem servis tuis ad constantiam et confidentiam nominis tui, perfidis autem et obcæcatis ad confusionem et penitentiam peccatorum suorum, ut inviti cognoscant, quod sponte noluerunt, te esse iudicem vivorum atque mortuorum viventem atque regnantem in secula seculorum, amen.

Probationum ritus.

DCVII.

INCIPIT BENEDICTIO VEL EXORCISMUS AQUÆ CALIDÆ, IN QUA MANUS AD IUDICIUM MITTITUR.

Cum homines vis mittere ad comprobationem iudicii aquæ calidæ, primum fac eos intrare cum omni humilitate in ecclesia, et prostratis in oratione, dicat sacerdos has orationes :

Prima oratio.

Auxiliare, Domine, quærentibus misericordiam tuam, et da veniam confitentibus. Parce supplicibus, ut qui nostris meritis flagellamur, tua miseratione salvemur. Per.....

Secunda oratio.

Quæsumus, omnipotens Deus, afflicti populi lacrymas respice, et iram tuæ indignationis averte, ut qui reatum nostræ infirmitatis agnoscimus, tua consolatione liberemur. Per.....

Tertia oratio.

Deus, qui conspicis omni nos virtute destitui, interius

DCVII. Hanc formulam vulgavit Baluzius inter *Formulas exorcismorum et excommunicationum*, n° 1; exstant aliquot ejusdem fragmenta in cod. Paris. Q.

Digitized by Google

Probationum ritus.

exteriusque custodi, ut et ab omnibus adversitatibus muniamur in corpore, et a pravis cogitationibus mundemur in mente. Per.....

His orationibus completis, surgat pariter, et coram hominibus illis cantet presbyter missam, et faciat eos ad ipsam missam offerre. Cum autem ad communionem venerint, antequam communicent, interroget eos sacerdos cum adiuratione, et dicat : Adiuro vos, homines, per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, et per vestram Christianitatem quam suscepistis, et per unigenitum Dei Filium quem redemptorem creditis, et per sanctam Trinitatem, et per sanctum evangelium, et per reliquias quæ in ista sancta ecclesia sunt reconditæ, ut non præsumatis ullo modo ad istam sanctam communionem accedere nec sumendo communicare, si hoc vel illud fecistis, aut consensistis, aut aliquam veritatem inde scitis, seu qui hoc egit nostis.

Si autem tacuerint et nullam inde professionem dixerint, accedat sacerdos ad altare, et communicet more solito. — Postea vero communicet illos. Cum autem communicant ante altare, dicat sacerdos : Corpus hoc et sanguis Domini nostri Iesu Christi sit vobis ad comprobationem hodie.

Expleta missa, descendat sacerdos ad locum destinatum, ubi ipsum examen peragatur, deferat secum librum evangeliorum et crucem, et canat modicam letaniam; et cum compleverit ipsam letaniam, exorcizet et benedicat aquam ipsam, antequam fervescat, ita dicendo :

Exorcizo [1]) te, creatura aquæ, in nomine Dei Patris omnipotentis et in nomine Ihesu Christi Filii eius Domini

— [1]) Hic incipit cod. Paris. Q, hac præmissa rubrica : *Exorcismus aquæ calidæ ad faciendum iudicium.*

Digitized by Google

nostri, ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici et omne phantasma [2]) diaboli, ut si hic homo, qui manum suam in te missurus est, innocens extiterit de hac culpa unde reputatur [3]), pietas Dei omnipotentis liberet eum, et si, quod absit [4]), culpabilis est [5]) et præsumptuose [6]) in te manum mittere ausus fuerit, eiusdem Dei [7]) omnipotentis virtus super eum hoc declarare dignetur, ut omnis homo timeat et contremiscat nomen sanctum glorie Domini nostri [8]), qui vivit et regnat Deus per omnia secula [9]). Probationum ritus.

Oratio [10]).

Domine Iesu Christe, qui es iudex iustus, fortis et paciens et multum misericors, per quem facta sunt omnia, Deus Deorum et Dominus Dominantium, qui propter nos homines et propter nostram salutem de sinu Patris descendisti et ex virgine Maria carnem assumere dignatus es, et per passionem tuam mundum in cruce redemisti, et ad inferos descendisti, et diabolum in tenebris exterioribus conligasti, et omnes iustos, qui originali peccato ibidem detinebantur [11]), magna potentia tua exinde liberasti, tu, Domine, quæsumus [12]), mittere digneris Spiritum Sanctum tuum ex summa cœli arce super hanc creaturam aquæ, quæ ab igne fervescere atque calescere videtur, ut [13]) rectum iudicium per eam super hunc hominem nomine illo [14]) comprobet ac manifestet. Te, Domine Deus, sup-

— [2]) Paris. Q, *omnia fantasmata.* — [3]) Paris. Q, *innocens est unde culpatur.* — [4]) Verba *quod absit* desunt in Paris. Q. — [5]) Paris. Q addit *unde culpatur, se faciente vel consentiente.* — [6]) H. v. deest in Paris. Q. — [7]) H. v. deest in Paris. Q. — [8]) Paris. Q addit *Iheru Christi.* — [9]) Paris. Q, *qui tecum vivit et regnat.* — [10]) Paris. Q, *Benedictio aquæ, Oremus.* — [11]) Paris. Q, *tenebantur.* — [12]) Paris. Q, *queso.* — [13]) Paris. Q, *qui.* — [14]) Paris. Q, *hominem illum.*

Digitized by Google

Probationum ritus.

plices deprecamur, qui in Chana Galileæ signo admirabili tua virtute ex aqua vinum fecisti, et tres pueros, Sidrac, Misac et Abdenago, de camino ignis ardentis illæsos eduxisti, et Susannam de falso crimine liberasti, cæco nato oculos aperuisti, Lazarum quatriduanum a monumento suscitasti et Petro mergenti manum porrexisti, ne respicias peccata nostra in hac oratione, sed tuum verum et sanctum iudicium coram hominibus [15]) in hoc manifestare digneris, ut si hic homo pro hac reputationis causa, furto videlicet [16]) vel homicidio aut adu[l]terio vel luxuria [17]), aut pro qualibet causa culpæ [18]) modo ad præsens manum suam in hanc aquam igne ferventem miserit, et culpabilis ex hac causa non est, hoc ei præstare digneris ut nulla læsio vel macula [19]) in eadem manu appareat, per quam sine culpa calumniam incurrat [20]).

Iterum te, Deus omnipotens, nos indigni et peccatores famuli tui suppliciter oramus ut sanctum, verum et rectum iudicium tuum nobis in hoc etiam manifestare digneris, quatenus hic homo ex hac reputationis causa, si per aliquod maleficium, diabolo instigante aut cupiditate vel superbia incitante, culpabilis est in facto vel in consensu, et hoc comprobationis iudicium subvertere vel violare volens, malo confisus ingenio, manum suam in hanc aquam præsumptuose mittere ausus fuerit, tua pietas taliter hoc declarare dignetur, ut in eius manu dinosci queat quod iniuste egit, ut et ipse deinceps per veram confessionem pœnitentiam agens ad emendationem perveniat, et iudicium tuum sanctum et verum in omnibus

— 15) Paris. Q, *omnibus*.— 16) Paris. Q, *fornicatione vel furto*.— 17) Verba *vel luxuria* desunt in Paris. Q. — 18) Paris. Q, *pro qualibet culpa*. — 19) Paris. Q, *malicia*. — 20) Hic desinit cod. Paris. Q, his verbis adjunctis : *qui venturus es iudicare vivos et mortuos et seculum per ignem*.

Digitized by Google

declaretur per te, redemptor mundi, qui venturus es iudicare vivos et mortuos et seculum per ignem, amen. Probationum ritus.

Item alius exorcismus.

Te autem, creatura aquæ, adiuro te per Deum vivum, per Deum sanctum, qui te in principio separavit ab arida, adiuro te per Deum vivum, qui te de fonte paradisi manavit et in quatuor fluminibus exire iussit et totam terram rigare præcepit, adiuro te per eum qui te in Cana Galileæ sua potentia convertit in vinum, qui super te suis sanctis pedibus ambulavit, qui tibi nomen imposuit Silhoa, adiuro te per Deum, qui in te Nahaman Syrum sua lepra mundavit dicens : *Aqua sancta, aqua benedicta, aqua quæ lavas sordes et mundas peccata,* adiuro te per Deum vivum ut te mundam exhibeas nec in te aliqua phantasma retineas, sed efficiaris fons exorcizatus ad effugandum et evacuandum et comprobandum omne mendacium et investigandam et comprobandam omnem veritatem; ut iste qui in te manum miserit, si veritatem et iustitiam habuerit, nullam læsionem in te accipiat, et si mendacium habet, appareat manus eius igne combusta, ut cognoscant omnes homines virtutem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est cum Spiritu Sancto iudicare vivos et mortuos et seculum per ignem, amen.

Post hæc exuat eum vestimentis suis, et induat eum vel eos vestimentis mundis de ecclesia, id est indumento de exorcista aut de diacono, et faciat eos vel eum osculari evangelium et crucem Christi, et aspergat super eos de aqua ipsa, et ipsi qui intraturi sunt ad Dei examen det illis omnibus bibere de ipsa aqua benedicta. Cum autem dederit, unicuique dicat : Hanc aquam dedi tibi vel vobis ad probationem hodie.

Digitized by Google

Probationum ritus.

Deinde imponantur ligna subter caldaria, et dicat sacerdos has orationes, quando ipsa aqua calescere cœperit :

In nomine sanctæ Trinitatis. Deus, iudex iustus, fortis et patiens, qui es auctor et creator clemens et misericors et iudicas æquitatem, tu iudica, qui iussisti rectum iudicium facere, et respicis super terram et facis eam tremere. Tu, Deus omnipotens, qui per adventum unigeniti Filii tui Domini nostri Iesu Christi mundum redemisti, qui per eius passionem genus humanum subvenisti et salvasti, tu hanc aquam ferventem sanctifica. Qui tres pueros, id est Sidrach, Misach et Abdenago, sub rege Babylonis Nabuchodonosor in camino ignis accensa fornace salvasti et inlæsos per angelum tuum eduxisti, tu, clementissime dominator, præsta ut si quis innocens ab huiusmodi culpa seu causa sive reputatione homicidii, adulterii, latrocinii fuerit, et in hanc aquam manum miserit, salvam et inlæsam inde educas. Qui tres pueros supradictos et Susannam de falso crimine liberasti, ita, Domine omnipotens, si culpabilis fuerit, et, incrassante diabolo cor obduratum, manum in huius tui elementi ferventis creaturam miserit, tua veritas hoc declaret, ut in corpore manifestetur et anima per pœnitentiam salvetur; et si ex hoc scelere culpabilis fuerit, et per aliquod maleficium aut per herbas aut per diabolicas incantationes hanc peccati sui culpam occultare voluerit, vel tuam iustitiam contaminare vel violare se posse crediderit, magnifica tua dextera hoc malum evacuet et omnem rei veritatem demonstret. Per te, clementissime Pater, qui vivis et regnas in Trinitate perfecta, per omnia.....

Alia.

Oremus. Deus, qui beatam Susannam de falso crimine

Digitized by Google

liberasti; Deus, qui beatam Theclam de spectaculis liberasti; Deus, qui sanctum Danielem de lacu leonum liberasti et tres pueros de camino ignis ardentis eripuisti, tu libera innocentes et consigna factores. Per Dominum nostrum..... Probationum ritus.

Et qui manum mittit in aquam ad ipsum examen dicat orationem dominicam, et signet se signaculo crucis, et festine deponatur ipsa aqua fervens desuper iuxta ignem, et iudex perpendat ipsam lapidem illigatam ad mensuram illam infra ipsam aquam more solito, et sic inde extrahat eam in nomine Domini ipse qui intrat ad examen iudicii. Postea cum magna diligentia sic fiat involuta manus sub sigillo iudicis signata usque in die tertio, quo visa sit viris idoneis et æstimata.

DCVIII.

BENEDICTIO AQUÆ FERVENTIS [1]).

Deus, iudex [2]) fortis et paciens, qui es auctor pacis et amator iustitiæ [3]), qui iudicas æquitatem, iudica, Domine, quod iustum est, quia recta iudicia tua sunt [4]). Qui respicis terram [5]) et facis eam tremere, tu, Deus omnipotens, qui per adventum Filii tui Domini nostri Iesu Christi hunc mundum salvasti et per eius sanctissimam passionem genus humanum redemisti, tu hanc aquam igne ferventem sanctifica; et qui tres pueros, Sydrach, Misach et

DCVIII. Exstat h. f. in codd. Monac. F, Rhenaug. C; eam vulgaverunt Gerbertus inter *Monumenta veteris liturgiæ*, part. II, p. 122, Ludwig Rockinger in *Drei Formelsammlungen aus der Zeit der Karolinger*, 378, alter cod. Rhenaug., alter cod. Monac. secutus. — 1) Gerbertus rubricam sic inscripsit: *Oratio aquæ igne ferventis ad Dei iudicium faciendum.* — 2) Gerbert. addit *iustus.* — 3) Verba *et amator iustitiæ* desunt in Gerberto. — 4) Gerbert. *et rectum iudicium tuum.* — 5) Gerbert. *super terram.*

Digitized by Google

Probationum ritus.

Abdenago, iussione regis Babylonis [6]) missos in caminum ignis accensa fornace salvasti et illesos per angelum tuum eduxisti, tu, clementissime dominator, presta ut si quis [7]) innocens de hoc furto vel stupro innocens [8]) in hanc aquam ferventem [9]) manum suam mittat [10]), sicut tres pueros supradictos de camino ignis eripuisti [11]), et Susannam de falso crimine liberasti, ita, Domine, manum suam sanam et illesam reducas [12]); si quis vero de prenominata et sibi imputata causa [13]) culpabilis atque reus [14]), instigante diabolo vel corde indurato [15]) presumpserit in hanc aquam igne ferventem manum inmittere, tua iustissima veritas hoc declarare dignetur [16]), et in eius corpore virtus tua manifestetur [17]), ut anima illius per pœnitentiam et confessionem [18]) salvetur; et si [19]) per aliqua maleficia aut per herbas diabolica arte infectas [20]) peccata sua contueri voluerit, tua dextera hoc evacuare dignetur. Per unigenitum [21]) Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit.....

Alia.

Benedico te, creatura aquæ per ignem fervens [22]), in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, ex quo cuncta procedunt, et adiuro te per eum qui te ex fluminibus quattuor totam terram rigare precipit, et te de petra pro-

— 6) Gerbert. *iubente rege Nabuchodonosor.* — 7) H. v. deest in Gerbert. — 8) H. v. deest in Gerbert. — 9) Gerbert. addit *igne.* — 10) Gerbert. *miserit.* — 11) Gerbert. *solvisti.* — 12) Gerbert. *ita de hac aqua igne fervente salvum et inlæsum educas.* — 13) Verba *de prenominata et sibi imputata causa* desunt in Gerbert. — 14) Verba *atque reus* desunt in Gerbert. — 15) Gerbert. *ingravante diabolo cor induratum.* — 16) Gerbert. *declaret.* — 17) Gerbert. *tuam veritatem manifesta.* — 18) Verba *et confessionem* desunt in Gerbert. — 19) Gerbert. addit *culpabilis.* — 20) Verba *diabolica arte infectas* desunt in Gerbert. — 21) Gerbert. *unicum.* — 22) Gerbert. *ferventis.*

Digitized by Google

duxit, et te in vinum convertit, ut nullæ insidię diaboli neque malitia hominis te a veritate iudicii separare possint, sed punias noxium et illesum purifices innocentem, per eum quem nulla latent occulta, et qui misit te per diluvium super universum orbem ut peccatores deleres, et adhuc venturus est iudicare vivos et mortuos et seculum per ignem, amen. Probationum ritus.

Item alia.

Omnipotens Deus, te suppliciter rogamus [23]) pro huius negotii examinatione, quam modo hic inter nos ventilamus (*ut supra, form. DLXXXIV*).

Item alia [24]).

Omnipotens sempiterne Deus, qui tua iudicia incommutabili dispositione (*ut supra, form. DXCV*).

Postea vero fumo myrræ odoretur et fumetur caldaria [25]) *tam* [26]) *subtus quam et in circuitu, et sic omne furtum probabitur.*

DCIX.

BENEDICTIO AQUE FERVENTIS AD FACIENDUM IUDICIUM.

Deus, iudex iustus, fortis et patiens, qui es auctor pacis et amator iusticię (*ut supra, form. DCVIII*).

Alia.

Benedico te, creatura aquę per ignem ferventem, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti (*ut supra, ibid.*).

— [23]) Gerbert. *deprecamur.* — [24]) Gerbert. addit *Oremus.* — [25]) Gerbert. *caldariata.* — [26]) H. v. deest in Gerberto.

DCIX. Exstat h. f. in cod. Monac. G; eam vulgavit Ludwig Rockinger in *Drei Formelsammlungen aus der Zeit der Karolinger*, 359.

Digitized by Google

Alia.

Probationum ritus.

Omnipotens Deus, te suppliciter rogamus pro huius negotii examinatione, (*ut supra, form. DLXXXIV*).

DCX.

BENEDICTIO AQUÆ FERVENTIS.

Deus, iudex iustus, fortis et patiens, qui auctor es pacis et iudicas equitatem, respice ad deprecationem nostram (*ut supra, form. DXCVII*)..... ut si iste homo vel hec mulier innocens sit de re prenominata sibimet modo obiecta, et in hanc aquam igne ferventem manum miserit, sanam et illesam eam educat; si autem culpabilis est homo iste, et incrassante diabolo cor induratum habuerit, et per maleficium peccata sua tegere voluerit, iustissima veritas tua, Domine Deus omnipotens, in corpore suo declaretur, ut animam per penitentiam salvare digneris.

Exorcismus aquæ calidæ, in quam manus ad iudicium mittitur.

Exorcizo te, creatura aque, in nomine Dei Patris omnipotentis et in nomine Iesu Christi Filii eius Domini nostri, ut fias aqua exorcizata (*ut supra, form. DCVII*).

Benedictio.

Domine Iesu Christe, qui es iudex iustus, fortis et patiens et multum misericors (*ut supra, ibid.*).

DCX. Exstat h. f. in cod. Monac. E; vulgat. a Pezio in *Thesauro anecdotorum novissimo*, II, part. II, 641; eam recudit Ludwig Rockinger in *Drei Formelsammlungen aus der Zeit der Karolinger*, 389.

Digitized by Google

Iterum te, Deus omnipotens, nos indigni et peccatores famuli tui suppliciter exoramus (*ut supra, form. DCVII*). Probationum ritus.

DCXI.

IUDICIUM FERVENTIS AQUE.

Inprimis signetur locus, et benedicatur ignis, et agatur missa sicut ad ferrum a).

Hec benedictio ad benedictionem ferri vel vomerum coniungi potest, si volueris : Deus, iudex iustus, fortis et patiens, qui es auctor pacis et amator iusticie, qui iudicas equitatem, iudica, Domine, quod iustum est. Qui respicis terram et facis eam tremere, tu, Deus omnipotens, qui per adventum Filii tui Domini nostri Iesu Christi hunc mundum salvasti et per eius passionem genus humanum redemisti, tu hoc ferrum igne fervens vel hanc aquam igne ferventem sanctifica. Qui tres pueros (*ut supra, form. DCVIII*).

Benedico te, creatura aque vel ferri per ignem ferventis, in nomine Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti, ex quo cuncta procedunt (*ut supra, ibid.*).

Postea legatur hoc evangelium : In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.....

Et cum hac benedictione concluditur : Benedictio Dei Patris omnipotentis et Filii et Spiritus Sancti descendat super hanc aquam ferventem ad discernendum in ea verum iudicium Dei, amen.

DCXI. Exstat h. f. in cod. Monac. H; eam vulgavit Ludwig Rockinger in *Drei Formelsammlungen aus der Zeit der Karolinger*, 371.

a) Cf. pag. 814, form. DXCV.

Digitized by Google

DCXII.

INCIPIT EXORCYSORUM AD CALDARIA SIVE AD AQUA.

(e cod. Paris. A.)

Probationum ritus.

Deus, iudex iustus, fortis et paciens, qui auctor es paciens et iudicas æquitate, tu iudica quod rectum est. Domine, rectum iudicium tuum. Qui respices super terram et facis ea tremere, tu, Deus omnipotens, qui per unigenitum Filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum mundum salvasti et per eius passionem genus humanum redemisti, tu hanc aqua per igne fervente sanctifica. Qui tres pueros, id est Sidrac, Misaac et Abdenago, iusso regis Babylonis Nabogodonosor in camino ignis missus accenso fornace salvasti et inlesos per angelum tuum eduxisti, tu, Domine, qui semper dominaris, præsta

DCXII[bis].

[*Sine rubrica.*]

(e cod. Paris. Q.)

Deus iusticiæ, Deus iudex iustus, fortis et patiens et qui iudicas equitatem, tu iudica quod iustum est, Domine, de ista causa N., et rectum iudicium tuum iudicasti. Qui regnas super terram et facis eam tremere, tu, Deus omnipotens, qui per adventum Filii tui Domini nostri Ihesu Christi mundum salvasti et per passionem genus humanum redemisti, tu hanc aquam igne ferventem benedicere digneris; et sicut tres pueros, Sidrac, Misac et Abdenago, de camino ignis succensa fornace salvasti et illesos per angelum tuum eduxisti, ita, clementissime dominator, si innocens est iste homo ille de ista causa

DCXII. Exstat h. f. in codd. Paris. A, Q; eam vulgavit Baluzius inter *Formulas exorcismorum et excommunicationum*, nº 9; sed quum plurimum inter se codices discreparent, textum cod. Paris. A e regione textus cod. Paris. Q recudendum curavi.

Digitized by Google

ut sicut innocens de hanc furtum in hanc aquam per igne fervente manum miserit, sicut tres pueros supradictos de camino ignis et Susanna de falsa crimina liberasti, ita et qui innocens de hanc supradictum furtum in hanc aqua per igne fervente manum miserit, salva et inlesam educat; ita, Deus omnipotens, si quis culpabilis, adingrasante diabolo cor induratum, præsumpserit manum mittere, tua iustissima veritas declaratur, tua virtute manifesta, [ut] anima pro penitentiæ salvetur; si quis culpabilis pro aliquo malificio aut pro herbas diabolicas peccatum tegere voluerit, tua dextera hoc evacuere dignetur. Per ipsum Dominum nostrum Iesum Christum, qui tecum semper vivit et regnat Deus in unitate Spiritus Sancti per omnia secula seculorum, amen.

N., per quam iudicium tuum intrat, et manum suam in hanc aquam igne ferventem miserit, vel si culpabilis est, appareat, et si innocens est, salvum et illesum libera eum. Præsta hoc, omnipotens et misericors Deus, ut de hac ista causa quod iustum est sit in tua misericordia, et in tua pietate ipsam declarari iubeas. Per eundem.....

Probationum ritus.

Digitized by Google

DCXIII.

BENEDICTIO SUPER AQUAM FERVENTEM.

Probationum ritus.

Deus, iudex iustus, fortis et patiens, qui auctor pacis es et iudicas æquitatem, iudica quod iustum est, Domine, et rectum iudicium tuum. Qui respicis super terram et facis eam tremere (*ut supra, form. DCVIII*).

Alia benedictio.

Benedico te, creatura aquæ igne ferventis, in nomine Patris, ex quo cuncta procedunt, et Filii, per quem facta sunt omnia, et Spiritus Sancti, in quo universa sociantur, et adiuro te per eum qui te ex quatuor fluminibus totam terram rigare [precepit, et te de terra] produxit, nam et te in vinum mutavit, etiam in te baptizatus est, ut nulla insidia diaboli neque maleficia hominis inimici te a veritate (*ut supra, ibid.*).

DCXIV.

INCIPIT ORDO AD CONSECRANDUM PANEM ET CASEUM HOC MODO.

Panis hordeacius sit qui benedici debet. Quo benedicto et caseo similiter, antequam illos dividas, scribere debes in brevi Pater noster, *et pensare debes de illo pane dimidiam unciam et de caseo similiter; et illæ res quæ furtim ablatæ sunt in eadem brevi scriptæ esse debent, et nomina illorum quibus furta imputantur similiter.*

Et tunc infrascriptas benedictiones supra panem et caseum dicere debes :

DCXIII. Hanc formulam ex antiquissimo rituali vulgavit Muratorius in *Antiquitatibus Italicis medii ævi*, III, 620.

DCXIV. Exstat h. f. in cod. Monac. E; eam vulgavit Ludwig Rockinger in *Drei Formelsammlungen aus der Zeit der Karolinger*, 397.

Digitized by Google

Dominus vobiscum.

Probationum ritus.

Deus Angelorum et Archangelorum, Deus Prophetarum et Patriarcharum, Deus Apostolorum et Martyrum, Deus Confessorum et Virginum, Deus omnium bene viventium, qui in mundi exordio ad imaginem et similitudinem tuam hominem propria voluntate formasti, preceptumque ei dedisti ut vetitum non tangeret pomum, qua transgressione multos luit pęnas peṛ annos, quousque immensa propiciaque tua divinitas in homine assumpta tulit e vinculo servum, restituitque genus humanum per tuam clementiam in regno, inclina aurem tuam ad preces humilitatis nostrę, et ostende in nobis misericordiam tuam, ut qui contra preceptum tuum et adversus instituta legalia evangelica et apostolica furtum perpetrare non metuunt, virtutem tuam in hanc creaturam panis et casei sentiant advenisse : ut si quis de his, quorum nomina hic tenentur inserta, sive de his rebus, quę in hoc breviculo continentur, aliquod furatus est, aut consentiens est, aut quolibet modo conmaculatus, si reddere in presenti vel confiteri noluerit, coram omnibus panis et casei istius partes datas transgluttire non possit, sed spumato ore ac sputo et sanguine mixtis faucibus constrictis victus appareat, et qui innocens est, cum gratiarum actione sumat, et lętus abscedat. Qui iustus iudex tu es, Domine Deus, scrutans corda et renes, et qui solus nosti cogitationes hominum, ne perdas iustum cum impio, sed ęquitatem misericordię ostende in illis, ut, sicut iam decrevisti typum benedictionis et maledictionis in lege veteri, ita quoque nostris temporibus in hac creatura tua nunc operare miracula, ut discant omnęs fines terrę timere iudicia tua, qui es benedictus in secula seculorum, amen.

Digitized by Google

Probationum ritus.

Domine sancte, Pater omnipotens, ęterne Deus, omnium rerum creator, qui es invisibilis spiritualium ordinator, qui cunctorum es conditor, et arcana conspicis, et omnia cognoscis, scrutans corda ac renes, te deprecamur ut exaudias verba deprecationis nostrę et benedicere et sanctificare digneris panem vel caseum istum ad furtum inveniendum vel alias res, quę cum tuo examine et iudicio querendę sunt; et presta per invòcationem sancti nominis tui, ut si aliquis culpabilis et reus de prenominato furto vel causa, fallente diabolo, superba mente ac tumido corde cum caseo isto vel pane benedicto se excusare voluerit et in os suum acceperit, presta, quesumus, ut eius fauces vel guttur pertransire non possint, sed statim tremebundus evomat, ut tua iustissima virtus manifestetur, et anima eius per pęnitentiam salvetur. Qui venturus es iudicare vivos et mortuos.

Deus, iudex iustus et auctor pacis et iusticię, qui liberasti Moysen et Aaron de terra Egypti et David de manu Saul regis et Ionam de ventre cęti, Petrum de fluctibus maris ac Paulum de vinculis, Teclam de .....

DCXV.

[*Sine rubrica.*]

..... luerit salubris efficiaris esca ad sumendum; si quis vero pertinax et temerarius, de his, quę hic inserta tenentur, pollutus, sacrilego ore edere te conatus fuerit, fauces et guttur illius transire non valeas, sed strangulatus sentiat Deum, quem nulla in sua creatura latent, miracula operatum esse, ut confusus proferat et reiciat quod

DCXV. Exstat h. f. initio mutila in cod. Monac. E; eam vulgavit Ludwig Rockinger in *Drei Formelsammlungen aus der Zeit der Karolinger*, 399.

Digitized by Google

temerare accipiebat, detque gloriam Deo viventi, qui venit..... Probationum ritus.

Exorcismus super hominem.

Admoneo vos, fratres, in nomine Domini nostri Iesu Christi Nazareni, ut si quis ex vobis istas res, quę in isto breviculo tenentur inscriptę, furto tulit, aut ullo modo per hoc pollutus est, procedat in medium, et profiteatur illud coram sancto altari, et satisfaciat quod deliquit; si autem noluerit, sed arrogantia tumida introierit, iudicium sciat magni iudicis Iesu esse super eum, qui quondam cupidum de spoliis victum interemit; stringat et fauces Heliseus propheta, qui in Iesi furtum deprehendit; gladius Petri apostoli astet, qui trucidavit animam Ananię et Saphirę verberans. Ideo admoneo vos ut detis gloriam Deo et confitemini illi, ne intretis in temptationem.

Adiuro te, immanissime draco, serpens antique, per verbum veritatis et signum claritatis, Dominum nostrum Iesum Christum, agnum immaculatum de altissimo creatum, ut nulla arte impedias quin iudicium Dei rectum existat; et qui hoc furtum fecit, vel consentiens fuit, iudicium Dei sit super eum, qui iudicat equitatem, qui est benedictus Deus in secula seculorum, amen.

Post hæc sume duas cruces de tremulo; et cum illum panem et caseum mittis in os eius, pone unam crucem subter pedem dextrum, et sacerdos manum super eum teneat cum alia cruce et breviculo, et dicat hanc orationem :

Adiuro te N. per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, et per duodecim Apostolos, et per duodecim Prophetas, et per viginti quatuor Seniores, et per novem ordines Angelorum, ut, si hoc furtum fecisti vel consensisti,

Digitized by Google

Probationum ritus.

panem istum et caseum non transgluttias, sed spumato ore coram me reddas, et reus appareas, et requiem ante non habeas quam confitearis et des illi gloriam, qui vivit et regnat Deus in secula seculorum, amen.

DCXVI.

INCIPIT IUDITIUM, QUOD CUM CASEO AGITUR.

Sanctus Deus, sanctus, fortis, sanctus et inmortalis. Agyos o Theos, agyos, yskiros, agyos, athanatos. Eleyson imas. Agyos, agyos, agyos.

Sancte Pater omnipotens, eterne Deus, omnium rerum visibilium cunctorumque spiritualium conditor, qui respicis archana et cuncta cognoscis, qui scrutaris corda hominum et regnas, Deus, deprecor te, exaudi verba meę precis, ut quicunque furtum istud conmisit et fecit sive consensit, panis et caseus iste guttur suum transire non possit.

Alia.

Omnipotens sempiterne Deus, qui cęlum camerasti, et terram fundasti, et mare liminibus firmasti, et sua queque disciplina ordinasti, fac, Domine, signum tale, ut homines isti intelligant quia tu es Deus, et non est alius preter te, qui vivis.....ꝺ.

Alia.

Domine Iesu Christe, qui liberasti Moysen et Aaron de terra Egypti, et filios Israel de Rubro mari, Petrum de fluctibus, Paulum de vinculis, Teclam de spectaculo

DCXVI. Exstat h. f. in cod. Monac. I; eam vulgavit Ludwig Rockinger in *Drei Formelsammlungen aus der Zeit der Karolinger*, 350.

Digitized by Google

bestiarum, Susannam de falsis criminibus, Danielem de lacu leonum, Adam de tenebris, Abraham de Ur Chaldeorum, Loth de Sodomis, tres pueros, Sidrac, Misac et Abdenago, de camino ignis, concede ut quicunque furtum istud fecit, ut panis et caseus iste fauces eius et guttur transire non possit, qui cum Patre et Spiritu Sancto.....

Probationum ritus.

Exorcismus.

Exorcizo te, inmundissime draco, serpens antique, aquiliana nox, per verbum veritatis et signum claritatis, per Dominum nostrum Iesum, agnum immaculatum de altissimo procreatum, de Spiritu Sancto conceptum, de Maria virgine natum, quem Gabriel archangelus nuntiavit esse venturum, quem Iohannes videns clamavit : *Hic est filius Dei vivus ac verus,* ut nullo modo dimittas hunc panem et caseum istum manducare, quicunque fecit furtum istud vel consensit vel consilium dedit; strangula guttur eius et preclude, nec tamen ad mortem, adiuratus per eum qui venturus est iudicare vivos et mortuos.

(*Et istas orationes per tres vices repetas.*)

Et antequam orationes istas dicas, in ipso pane debes orationem dominicam scribere. Et de illo pane pensare debes denarios decem, et de caseo similiter; et panem et caseum insimul debes ponere in os suum, et facere duas cruces de tremulo, et unam ponere sub pedem eius dextrum, et aliam crucem sacerdos manu sua super caput eius teneat, et furtum illud scriptum in tabula super caput illius iacere. Et quando ipsum panem in os eius mittis, debes coniurationem subscriptam dicere :

Coniuro te, homo, per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, et per viginti quatuor Seniores, qui cottidie

Digitized by Google

Probationum ritus.

laudes coram Deo personant, et per duodecim Patriarchas, per duodecim Prophetas et per duodecim Apostolos et Evangelistas, per Martyres, per Confessores, per Virgines et per omnes Sanctos, et per redemptorem nostrum Dominum nostrum Iesum Christum, qui pro nostra salute et peccatis manus suas cruci affigi passus est, ut, si de hoc furto consentiens fuisti, aut novisti, aut aliquam culpam exinde habuisti, panis et caseus iste fauces et guttur tuum transire non possit; sed tremas sicut folia tremuli, amen, et requiem non habeas, homo, donec illum evomas cum sanguine, si de furto prenominato aliquid conmisisti. Per eum qui vivit.....

Alia.

Domine Iesu Christe, qui ostendisti ossa patris nostri Ioseph, da ut quicunque furtum istud conmisit, fauces eius et guttur sic retineantur constricti et obligati, ut panem et caseum istum non possint manducare et deglutire, nisi cum gemitu et dolore et spuma et lacrimis reddat coram Deo vivo et vero, et culpabilis appareat, et tremat ut folium tremuli quod a vento concutitur. Qui cum Patre.....

DCXVII.

INCIPIT EXORCISMUS PANIS ORDEACII VEL CASEI AD PROBATIONEM VERI [1]).

Primitus faciat sacerdos lætanias, et omnes qui intus sint cum eo ieiuni sint, et sic incipiat :

DCXVII. Exstat h. f. in cod. Paris. L; eam a Lindenbrogio prius vulgatam recudit Baluzius inter *Formulas exorcismorum et excommunicationum*, nº 5. — [1]) Bal. *quorum appensio unius unciæ*.

Digitized by Google

Conservator et creator humani generis, dator gratię spiritalis, largitor æternę salutis, tu emitte spiritum tuum super hanc creaturam panis vel casei cum tremore et timore magnitudinis brachii tui adversus eum qui cum superbia et contumacia ac zelo iniquo venit et vult subvertere iustitiam et conculcare iudicium. Fac eum, Domine, in visceribus angustari, eiusque guttur conclude, ut panem vel caseum istum in tuo nomine sanctificatum devorare non possit hic qui iniuste iuravit ac negavit illud furtum vel homicidium aut adulterium seu maleficium, quod querebatur, et iusiurandum pro nihilo habuit, et nomen tuum nominavit ubi rectum non erat. Te quæsumus ut non ei permittas illud abscondere, quia iustus es, Domine, et rectum iudicium tuum, qui custodis veritatem in seculum, faciens iudicium iniuriam patientibus, et custodis pupillum ac viduam suscipis, et viam malignorum exterminabis. Ideo ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, ut humiles ac mansueti ac recti propter veritatem gaudeant, superbi autem et iniqui ac cupidi contristentur et humilientur, usque dum confiteantur magno et sancto nomini tuo, et cognoscant cæteri quia nomen tibi Dominus, et tu solus altissimus super omnem terram, et servi tui in te glorientur et laudent nomen tuum in secula seculorum [2]). Probationum ritus.

Alia [3]).

Domine Ihesu Christe, qui regnas in cœlis et in terris et mirabilis es in omnibus operibus tuis, Dominator Dominantium, Deus Angelorum, Deus Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum

— [2]) Bal. addit *amen*. — [3]) Bal. *Item alia*.

Digitized by Google

Probationum ritus.

et omnium Electorum, præsta, quæsumus, per sanctum ac mirabile nomen tuum, ut qui reus est huius furti vel homicidii aut adulterii seu maleficii, de quo hic requiritur, vel in facto vel in conscientia, ad adpositam ei pro ostensione veritatis creaturam panis sanctificati vel casei faux eius claudatur, guttur eius stranguletur, et in nomine tuo ante illud reiciatur quam devoretur; sed et spiritus diabolicus, cui nulla est communio cum tua superna veritate, in hoc negotio ad subvertendum iudicium pravis prestigiorum suorum molitionibus nil prevaleat; sed qui reus et conscius est rei præfatę ad hoc pabulum sanctificati panis vel casei, et presertim per dominici corporis et sanguinis communionem quam accepit, tremat et tremendo palleat, et nutabundus in omnibus membris appareat; innoxius vero et inscius sobrię ad salubritatem sui cum omni facilitate hanc partem panis vel casei in nomine tuo signatam manducando deglutiat, ut cognoscant omnes quia tu es iustus iudex, qui salvos facis sperantes in te, et non est alius preter te, qui vivis et regnas Deus per omnia secula seculorum [4]).

Alia [5]).

Deus, cuius scientia senariam circumscriptionem angelicis et humanis elongatam sensibus sola interius penetrat et exterius concludit, quem nulla cœlestium vel terrestrium aut infernorum vota fallere possunt, quanto magis cor unius hominis culpabile, respice ad preces nostrę humilitatis, quibus famulatum sacri indidisti ordinis, et præsta, non nostris exigentibus meritis, sed tuorum omnium suffragantibus sanctorum precibus, ut quod in hac culpa

— [4]) Bal. addit *amen*. — [5]) Bal. *Tertia oratio*.

Digitized by Google

humanos latet oculos et sermonum humanę procacitatis obtegitur defensionibus, tua cœlesti et superna moderatione sine ullo reveletur obstricamine, et sicut solus verus es, veritatis in hoc sententiam elucidare digneris; quatinus innocens sine ulla difficultate hoc pabulum probationis diglutiat, obnoxius autem, obtrepidante mentis statu et totius conpagine corporis vacillante, quod in tuo sancto nomine consecratur et benedicitur nullatenus devorandi valetudinem percipiat, sed coram omnibus in valitudine confusus, quod pręsumptione inmerita suscepit cum irrisione proiciat. Per Dominum.....

Probationum ritus.

DCXVIII.

INCIPIT PROBATIO A CUNCTIS FURTIS PROBANDIS.

(e cod. Paris. D.)

Antequam incipias, canitur missa de sancta Trinitate.

Antiphona. Benedicta sit sancta Trinitas.

Domne Ihesu Christe, agie, agie, agie, astans in cœlis, in omnibus locis dominaris, vides et regis, iudicas et disponis, sanctum et admirabile nomen tuum

DCXVIII bis.

BENEDICTIO PANIS ORDEACEI VEL CASEI AD IUDITIUM FACIENDUM.

(e cod. Paris. R.)

Domine Deus Iesu Christe, agios, agios, agios, qui semper adstas in cœlis et in omnibus locis dominaris, vides et regis et disponis, divinum, sanctum et admirabile nomen tuum invocamus. Domine Dominantium, Spiritus Dei, Deus cœlorum, Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Abra-

DCXVIII. Exstat h. f. in codd. Paris. D, R; eam vulgavit Baluzius inter *Formulas exorcismorum et excommunicationum*, nº 8; sed quum plurimum inter se codices discrepare viderentur, textum cod. Paris. D e regione textus cod. Paris. R recudendum curavi.

Digitized by Google

Probationum ritus.

invocamus. Domne Dominantium, Spiritus Dei, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus cœlorum, Deus Iustorum, Deus propitiator, Deus Apostolorum, Deus Martyrum, Deus omnium sanctorum, te invocamus, ut quicumque de isto furto culpabilis est, aponatur ei panis et caseus, ut te iubente constringantur fauces illius et guttur eius claudatur, ut qui istud furtum commisit antea revomat quam pertranseat, ut sciat quod tu es Deus et non est alius præter te. Fac secundum magnam misericordiam tuam, ut ab eo spiritus diaboli separetur, et probatus convictus sit qui culpabilis est, tremat et tremescat tamquam folia arboris tremuli, per constringentes angelos tuos, per sanctum Michahelem et sanctum Raphahelem, tremens appareat, et requiem non habeat, donec confiteatur furtum istud. Agie, agie, agie, te iubente, liberatus est

ham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus Iustorum, Deus Prophetarum, Deus Apostolorum, Deus Martyrum, Deus Confessorum, Deus Virginum, Deus omnium sanctorum, te invocamus et deprecamus, ut quicumque de illo furto, de quo inquirimus, aliquid admisit vel fraude fraudavit vel furatus est, adponatur ei creatura panis, et te iubente fauces illius constringantur et guttur eius claudatur, quatenus eum ante revomet quam pertranseat, ut sciat quod tu es Deus et non est alius præter te Dominus. Fac secundum magnam misericordiam tuam, ut ab eo spiritus diaboli separetur, et probetur convictus qui de hoc furto culpabilis est, tremat et tremiscat tanquam folia arboris tremuli, et constringentibus angelis tuis, sancto Michaele et sancto Raphaele, tremebundus appareat, et requiem non habeat, donec confiteatur furtum. Agios, agios, agios, te

Digitized by Google

Danihel de lacu leonum, Petrus de fluctibus, Paulus de carceribus, Ionas de ventre cæti, Sussanna de falso crimine; tu, manifesta furtum istud, sicut manifestasti Pharaonem regem in mari; sicut ille non pertransivit mare, sic non pertranseat gula eius, qui hoc furtum admisit, creatura panis et casei. Adsit angelus sanctus Michahel et sanctus Gabrihel et sanctus Raphahel; constringant guttur illius et claudatur, et victus appareat. Christe Ihesu, presta quod petimus. Trinitas inseparabilis, manifesta. Omnipotens Deus, qui vivis et regnas per omnia secula seculorum, amen.

Pesante denarios IX.

iubente, Pater sancte, qui liberasti Danihelem de lacu leonum, Petrum de fluctibus maris, Paulum de carcere, Ionam de ventre cete, manifesta, Domine, furtum ipsum, sicut manifestasti Pharaonem regem in mare; et sicut ille non pertransivit mare, sic non pertranseat gulam eius, qui furtum admisit, hanc creaturam panis vel casei, sed angelis tuis sancto Michaele et sancto Gabrihele et sancto Raphaele constringentibus, guttur eius claudatur, et convictus appareat. Christe Iesu, præsta quod petimus. Trinitas inseparabilis, manifesta. Omnipotens, qui vivis.....

Probationum ritus.

Oratio.

(e cod. Paris. R.)

Domne Deus omnipotens, qui fecisti cœlum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt, oremus, Domne Iesu Christe, qui manus in cruce pro redemptione nostra posuisti, ante cuius oculos omnia munda et aperta sunt, si culpabilis est iste homo, adhereat faucibus eius panis iste vel caseus, et si culpabilis non est, dividat hunc. Deus

Digitized by Google

Probationum ritus.

Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus qui Susannam de falso crimine liberasti, innocentem deduc, Domine, in via tua et in veritate tua.

Postea dabis ei quod pansat solidos tres aut denarios novem, et iurabunt omnes testes de furto illo super sanctos, et postea dices ei cui committitur crimen : In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, accipe secundum hec verba tua.....

DCXIX.

IN CHRISTI NOMINE.

INCIPIUNT COLLECTAS AD MALIS FURTIS REPRIMENDIS.

Agius, agius, agius, sancte Pater, qui es invisibilis omnium rerum conditor, spiritalium munerator, qui cunctorum es conditor et arcana conspicis, qui scrutaris corda et renes, Deus, deprecor te et exaudi verba deprecationis meæ, ut qui hunc furtum illum admisit, panis vel casius iste transire fauces nec guttur illius non possit, amen.

Domine, qui liberasti Moysen de terra Ægypti, David de manu Saul regis, Ionam de ventre ceti, Petrum de fluctibus, Paulum de vinculis, Teclam de bestiis, Susannam de falsis criminibus, tres pueros de camino ignis ardentis, Daniel de lacu leonis, paralyticum de grabato, Lazarum de monumento, ostende mihi qui hunc furtum illum admisit, ut panis vel casius iste fauces nec guttur illius transire non possit, amen.

Exorcizo te, maledicte, immundissime draco, basilice,

DCXIX. Exstat h. f. in cod. Paris. A; eam vulgavit Baluzius inter *Formulas exorcismorum et excommunicationum*, n° 7.

Digitized by Google

serpens innoxia, per verbum veritatis (*ut supra, form. DCXVI*) ..... ut nullo modo hic dimittas communicare, neque præsumat panem nec casium istum manducare qui hunc furtum illum admisit. Qui crimen nesciens est manducet, et qui crimen sciens est statim tremebundus evomat. Amen. Probationum ritus.

Suggero tibi, Domine, Deus omnipotens, æterne Deus, qui cœlos camerasti, terram fundasti, mare limitibus firmasti et ipsum cœlum fabricasti, qui magna mirabilia sol et luna super iustos splendere et lucere fecisti, doctrinam ordinasti, fac, Domine, signum talem ut omnis mundus et omnis terra intellegant quia tu es Deus, qui facis mirabilia solus, Domine Iesu Christe, Fili Dei vivi; et qui res illas furavit, et qui ex hoc consentaneus videtur, ut gula et lingua faucis suæ sint constrictæ et legatæ, amen; et panem nec casium istum non possit manducare, amen.

Coniuro tibi, homo, per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, per diem tremendi iudicii et quatuor evangelia, et per duodecim Apostolos, per duodecim Prophetas, per viginti quatuor Seniores, qui cotidie in laudem Domini sunt, per illo redemptore, qui pro nostra peccata manus in sancta cruce suspendere dignatus est, ut [si] hunc furtum mixtus es, aut fecisti, aut consentisti, aut fraudolenter baiolasti, taliter sit tibi baiulandum si de manu Domini de sua sancta gloria et virtutem, ut panem et casium istum nunquam possis manducare, nisi inflatas bucas cum spuma et gemitu et lacrymis et doloribus faucis tuæ sint constrictæ et oblegatæ, amen.

Ista collecta desuper caput hominis coniurati.

Domine, Deus omnipotens, agius, agius, agius, adstans in cœlis et in terris, Domine, sanctum et admirabilem

Digitized by Google

Probationum ritus.

nomen tuum invocamus, nomen tuum deprecamur. Domine, Domine Dominantium, nomen tuum invocamus. Deus cœlorum, Deus Iustorum, Deus Prophetarum, Deus Apostolorum, Deus Martyrum, Deus Virginum, Deus omniumque sanctorum, te invocamus, ut quicunque furtum illum fecit aut consenserit, adponatur ei creatura panis et formaticus, aut in terra vomat quam pertranseat, quia tu es Deus et non est alius præter te. Fac secundum magnam misericordiam tuam. Separetur ab eo spiritus diaboli. Qui conscius est evomat, et qui innocens est manducet, et qui culpabilis est tremat, tremescat, tanquam arbor tremulet, et requiem non habeat, donec te confiteatur, Pater sancte.

DCXX.

ORATIO AD IUDICIUM PANIS ET CASEI.

Ayos, ayos, ayos, sancte Pater, qui es invisibilis, æterne Deus, omnium rerum creator, qui arcana quæque prospicis et cuncta cognoscis, qui scrutaris corda renesque, Deus.

Deus, qui liberasti Moysen et Aaron de terra Ægypti, David (*ut supra, form. DCXIX*).

Exorcismus eiusdem.

Exorcizo te, maledicte et immundissime draco (*ut supra, form. DCXVI*)..... et nullo modo dimittas communicare pane vel caseo isto eos qui hæc furtu, quæ litteris annotavimus, admiserint; et [qui] de hoc crimine nescii sunt manducent, et qui conscii esse videntur statim tremebundi evoment. Per.....

DCXX. Hanc formulam e cod. Rhenaug. C vulgavit Gerbertus inter *Monumenta veteris liturgiæ*, part. II, p. 126.

Digitized by Google

Alia.

Suggero tibi, Pater omnipotens, æterne Deus, qui cœlum terramque fundasti, mare limitibus formasti et ipsum cœlum fabricasti, et magna luminaria, videlicet solem et lunam, super iustos et iniustos fulgere iussisti, fac, Domine, signum tale (*ut supra, form. DCXIX*). Probationum ritus.

Adiuratio virorum.

(*Hic dividatur panis et caseus, unicuique summentium untia dimidia*).

Admoneo vos, fratres, in nomine Domini Iesu Christi Nazareni, ut si quis istas ex vobis res furatus est, aut aliquo modo pollutus est, procedat in medium (*ut supra, form. DCXV*).

Adiuratio.

Adiuro te, immanissime draco, serpens antique (*ut supra, ibid.*)..... et qui de hoc furto consentiens fuerit, iudicium Dei spumato ore et strangulato gutture patefaciat, qui [iudicat] æquitatem omni tempore, qui [est] benedictus in secula seculorum, amen.

Quando in os sumentis mittitur, dicatur hæc : Coniuro te, o homo, per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, per tremendum iudicii diem (*ut supra, form. DCXIX*).

Primo ista coniuratio.

Deus Angelorum et Archangelorum, Deus Prophetarum et Patriarcharum, Deus Apostolorum et Martyrum (*ut supra, form. DCXIV*).

Item exorcismus.

Exorcizo te, creatura panis et casei, per Deum omnipo-

Digitized by Google

Probationum ritus.

tentem et Iesum Christum Filium eius Dominum nostrum et Spiritum Sanctum procedentem a Patre et Filio, unum Deum in Trinitate, iudicem vivorum ac mortuorum. Adiuro te per sanctos angelos eius atque per omnem militiam cœli, ut si qui ex his sumere voluerit, te, qui de his quæ in hoc brevi.....

DCXXI.

ITEM IUDICIUM PANIS ET CASEI.

Agyos, agyos, agyos, Pater omnipotens, æterne Deus, qui per Filium tuum unigenitum Dominum nostrum creatorem omnium creasti quæ sunt in cœlo et in terra et quæ sunt in mari, visibilia et invisibilia, qui omnia arcana prospicis et mystica universa cognoscis, cui nota sunt omnium hominum corda, Domine Deus, qui per Moysen famulum tuum liberasti filios Israel de terra Ægypti eosque mare Rubrum siccis pedibus pertransire fecisti, qui eripuisti David servum tuum de manu Saul regis et tres pueros de camino ignis ardentis, Danielem de lacu leonum, Ionam de ventre ceti, Susannam de falso crimine, Petrum de fluctibus, Paulum de vinculis, Teclam de bestiis, te supplices deprecamur, misericors Deus, ut in virtute Sancti Spiritus tui nunc ostendas per misericordiam tuam eos, qui hæc furta admiserunt quæ hic scripta sunt, vel qui exinde conscii sunt, ut panis vel caseus iste ad hanc purgationem in tuo sanctissimo nomine sit consecratus, ita ut nullo modo hoc deglutire valeant, antequam confiteantur, tua hoc immensa pietas faciat. Per.....

DCXXI. Hanc formulam e cod. Werthinensi vulgavit Eckhartus in *Commentariis de rebus Franciæ orientalis*, II, 929.

Digitized by Google

Exorcizo te, immunde spiritus, draco maledicte, per Deum omnipotentem, Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, per verbum et virtutem Domini nostri Iesu Christi, per agnum immaculatum de Spiritu Sancto conceptum et ex Maria virgine natum, quem Gabrihel archangelus nunciavit nasciturum, quem Iohannes prædicabat venturum eumque videns clamavit, dicens : *Hic est filius Dei vivi*, per ipsum supplices rogamus Patrem omnipotentem, æternum Deum, ut qui hæc furta, suadente diabolo, commiserint, panem vel caseum istum ad hanc purgationem consecratum trementes evomant, et qui inde innocentes sunt securi manducent. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Patre..... Probationum ritus.

Domine Deus Iesu Christe, agyos, agyos, agyos, qui habitas in cœlis et in omnibus locis ac per omnia dominaris, qui cuncta vides, regis et iudicas omniaque disponis, sanctissimum et potentissimum nomen tuum invocamus humiliter, Dominator Domine, Deus Angelorum, Deus Patriarcharum, Deus Prophetarum, Deus Apostolorum, Deus Martyrum, Deus Confessorum, Deus Virginum, Deus quoque omnium sanctorum et iustorum hominum, tribue nobis per misericordiam tuam ut quicunque hæc furta hic prænominata commiserit, quibus hanc creaturam panis et casei ad hanc purgationem in tuo sancto nomine consecramus, hæc, te iubente, constringat fauces illorum, et guttur eorum claudatur, et hoc antea revomant quam transeat ora eorum, quia tu es Deus et non est alius præter te, sed timeant et tremiscant tanquam arbor tremula. Fac per misericordiam tuam, salvator mundi, ut ab eis spiritus malignus indurans corda eorum separetur, et manifestentur qui inde culpabiles sint, et innocentes securi permaneant. Per te, Iesu Christe, qui cum Patre et Spiritu

Digitized by Google

Probationum ritus.

Sancto unus et verus ac solus Deus vivis et regnas in secula seculorum, amen.

Coniuratio.

Coniuro te, homo, per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, et per tremendum iudicium, et per quatuor Evangelistas (*ut supra, form. DCXIX*).

DCXXII.

AD IUDICIUM FACIENDUM CUM PANE ET CASEO INCIPIT.

Primum lytania celebretur, Pater noster *et* Credo in Deum, *psalmis quoque* Benedixisti Domino, Confitebor tibi Domine, Voce mea ad Dominum *et* Domine exaudi orationem.

Oratio cum benedicite.

Domine Deus omnipotens, qui liberasti Abraham de Ur Caldeorum et tres pueros de camino ignis regis Babiloniorum, Sidrac, Misac et Abdenago, et qui in crucis patibulo pro redemptione humani generis ascendisti et inferos descendisti, et electos tuos tecum reduxisti, inpios vero in claustris tarthareis dimisisti, iudica causam istam secundum iudicium iustitie tue, qui vivis.....

Domine Ihesu Christe, qui es panis vivus de celo descendens, qui ex quinque panibus quinque milia hominum saciasti, ut inde proditori pro reatus sui probatione panem intinctum porrexisti, tu hanc creaturam panis et casei benedicere dignare ad investigandas fraudes et versutias inimici, ut quem ipse per furta seducendo celaverat

DCXXII. Exstat h. f. in cod. Monspeliensi; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

veritas tua manifestare dignetur, ita ut perceptum caseum cum pane deglutire non valeat constricto gutture et gula tua iussione, sed statim cum vomitu reddat, ut iusto iudicio divine maiestatis..... sue temeritatis obstinaciam cumfusam et ad nichilum senciat esse redactam. Per Dominum.....

Probationum ritus.

DCXXIII.

BENEDICTIO PANIS ET CASEI.

Agios, agios, agios, sancte Pater, qui es invisibilis, æterne Deus, omnium rerum creator (*ut supra, form. DCXIX*).

Alia benedictio.

Domine, qui liberasti Moisen et Aaron a dextra Ægypti, Davit de manu Goliæ, Ionam de ventre ceti (*ut supra, ibid.*).

Coniuratio panis et casei.

Te igitur, clementissime Pater, per Iesum Christum Filium tuum Dominum nostrum supplices rogamus et petimus ut inhæreas linguas gutturibus istorum hominum, qui hoc furtum fecerunt vel commiserunt, aut nunquam manducent neque glutiant creaturam tuam panem et caseum istum, ut sciant quia tu es et non est alius Deus præter te. Summe Deus, qui in cœlis moraris, qui habes ob trinitatem et maiestatem tuam iustos angelos tuos, emitte, Domine, angelum tuum Gabrielem, qui ora hæreat gutturibus eorum qui hoc furtum fecerunt, ut nec

DCXXIII. Hanc formulam ex antiquissimo rituali vulgavit Muratorius in *Antiquitatibus Italicis medii ævi*, III, 619.

Digitized by Google

Probationum ritus.

manducent nec glutiant creaturam tuam panem et caseum istum. Abraam, Isaac et Iacob, hos Patriarchas invoco cum duodecim millibus Angelorum et Archangelorum; invoco quatuor Evangelistas, Marcum, Matthæum, Lucam et Iohannem; invoco Moisen et Aaron, qui mare diviserunt, ut ligent linguas gutturibus istorum hominum, qui hoc furtum fecerunt aut consenserunt. Si hanc creaturam tuam panem et caseum gustaverint, tremulent sicut arbor tremulus, et requiem non habeant, nec requiescant in faucibus eorum creaturam panis et casei, ut sciant omnes quia tu es Deus et non est alius præter te. Per.....

Coniuratio hominis.

Coniuro te, homo, per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, et per tremendum iudicii diem (*ut supra, form. DCXIX*).

DCXXIV.

AD FACIENDUM IUDITIUM CUM PSALTERIO.

Fiat lignum unum cum capitello, quod mittatur in psalterio super versiculum illum : Iustus es, Domine, et rectum iudicium tuum; *et clauso psalterio fortiter stringatur, capitello extra prominente. Aliud quoque lignum aptetur perforatum, in quo capitellum prioris mittatur, ita quod in eo pendeat psalterium et volvi possit.*

Teneant autem duo lignum, psalterio in medio pendente, et statuatur is de quo suspitio est ante eos, et dicat unus ex illis qui tene[n]t psalterium ad alterum ter hoc modo : Hic

DCXXIV. Exstat h. f. in cod. Monac. I; eam vulgavit Ludwig Rockinger in *Drei Formelsammlungen aus der Zeit der Karolinger*, 352.

Digitized by Google

habet hanc rem. *Alter respondeat ter :* Non habet. *Deinde dicat presbyter :* Hoc nobis manifestare dignetur, cuius iuditio celestia et terrestria reguntur. Probationum ritus.

Iustus es, Domine, et rectum iuditium tuum.

Averte mala inimicis meis, et in veritate tua disperde illos.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui cuncta ex nichilo creasti et qui hominem de limo terre formasti, te supplices deprecamur per intercessionem sanctissime Dei genitricis Marie, et per intercessionem sancti Crisanti et Darie, et per intercessionem sancti Brandani confessoris tui et omnium sanctorum tuorum, ut experimentum fatias nobis de hac re, de qua incerti sumus : ut si hic homo inculpabilis est, liber iste, quem manibus gestamus, rectum cursum solis teneat; si vero culpabilis est, liber iste retrocedat. Per virtutem Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat Deus per....

In principio erat Verbum.....

Per istos sermones sancti evangelii Filii tui indulgeat nobis Dominus universa delicta nostra.

Actiones nostras, quesumus, Domine.....

Iustus es, Domine, et rectum iuditium tuum.

DCXXV.

[*Sine rubrica.*]

Quidam fideles pro vilibus causis iudicii faciunt examen in mensuris. Ad hoc etiam rite peragendum devota in-

DCXXV. Exstat h. f. in cod. Monspeliensi ; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

Probationum ritus.

tentione opus habent divinum invocare presidium. Inprimis orationem Domine *cum letania decantent, deinde psalmos* Exaudi Deus orationem meam, Cum deprecor, Levavi, Ad te levavi, Domine exaudi.

Evangelium legatur secundum Lucam.

Estote ergo misericordes, *usque* remittetur vobis *a*).

Deus omnipotens Sabaoth, qui celorum contines thronos et abyssos intueris, Domine rex regum, qui omnem creaturam in mensura speciali et pondere divino disposuisti, qui furtum arcam prope Hiericho per sortis iudicia Iosue revelasti, qui Iezechieli prophete limen porte angelum calamo mensurantem per latitudinem, longitudinem, sublimitatem, profunditatem, qui verbum apostoli concordantem demonstrasti, exaudi nos propicius per gratiam Sancti Spiritus et per sancte crucis virtutem et sancte Dei genitricis virginisque Marie et omnium sanctorum tuorum intercessionem, quicquid in hac quesituri sumus mensura, verissimi examinis tui probatione declara. Per Dominum in unitate eiusdem Spiritus Sancti Deus.....

DCXXVI.

EXORCISMUS CONTRA INERGUMINOS *b*).

Exorcismi.

Deus cœlorum, Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Patriarcharum, Deus Prophetarum, Deus

DCXXVI. Exstat h. f. in cod. Paris. Y; nondum vulgata mihi videtur.

a) Cf. *Ev. sec. Luc.*, VI, 36.

b) On trouve plusieurs formules du même genre dans le recueil de D. Martène, *De antiquis ecclesiæ ritibus*, lib. III, cap. IX, et dans l'ouvrage de D. Gerbert, *Monumenta veteris liturgiæ*, part. II, p. 127 et suiv.

Digitized by Google

Apostolorum, Deus Martyrum, Deus Confessorum, Deus Virginum, Deus omnium Sanctorum, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus qui dedísti vitam post mortem, Domine Deus sancte, Pater omnipotens, te invocor, quia tu dignus es invocare. Ego pono manum meam carnalem, tu tuam sanctam de cœlis spiritalem supermitte super famulo tuo illo, ut non lateat hic serpens inimicus. Sic percuciatur in virtute claritatis tuæ, quomodo percussisti duas civitates Sodomam et Gomorram; sic percutiatur hic maledictus seductor sæculi. Exprobrator gencium, laqueus mortis, filius tenebrarum, audi tanta virtute, tanta maiestate, per quem te adiuro. Adiuro te per regem cœlorum, per Christum creatorem, per Iesum salvatorem animarum nostrarum, per illum te adiuro, damnate. Non per aurum, neque per argentum, neque per lapidibus præciosis; per Deum te adiuro, qui Petrum mergentem manum porrexit, et te invenit in monumentum latere, et tu eum prostratus adorasti et dixisti ei : *Quid nobis et tibi, Iesus Nazareni, Fili Dei altissimi* a)? Ante tempus venisti perdere nos; et si nos perdere vis, mitte nos in gregem porcorum; et ubicumque nomen tuum audierimus, gementes et trementes exibimus et dabimus honorem. Da illi honorem, maledicte Satanas, illuc te collige, in profundum maris, in gregem porcorum, in deserta loca, ubi non aratur, nec seminatur, nec nomen illius potens invocatur; illuc te collige, damnate. Cessent nequiciæ tuæ, cessent fallaciæ tuæ, cessent conpaginaciones tuæ, cessent machinæ tuæ, cessent pestilenciæ tuæ, cessent et fantasiæ tuæ. Sepera te ab hanc plasma, quomodo seperatum est cœlum a terra, lux a tenebras, iusticia ab

Exorcismi.

a) Cf. *Evang. sec. Luc.*, cap. IV, ℣. 34.

Digitized by Google

Exorcismi. iniquitate, vita a morte; sic te et tu sepera, damnate. Non communicabis in escam, non in putum, non vigilantem, nec dormientem, nec sedentem, nec ambulantem, nec tacentem, nec in publicum, nec in privatum. Non communicabis, non facies cotidianas, non tercianas, non quartanas. Non adgrediens in bivio, non in trivio, non in quatruvio. Non occupavis linguam, nec guttorem, nec subguttem, nec intestinum minimum, nec in maiorem, damnate. Interdicitur tibi duodecem oras diei et duodicem hore noctes, in quibus non facias quod ad tuis voluntatibus perteneat. Sanguilappie multis formis, persuasor malorum, accusator veritatis, umbra vacua, inflate, inanis, filius tenebrarum, Angelorum iniquitas, proiectus es de cœlo, maledicti Satanas, meritis tuis. Inmundissimi demoniorum, victus es, damnate. Vincit te qui vinci non potest, vincit te A et Ω, vincit te ille qui scit numerum capillorum famulorum et famularum suarum, qui novit numerum stillarum, vincit te qui firmavit cœlum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt. Ille tibi imperat, non caro et sanguis nec pompa sæculi; Deus tibi imperat, Pater et Filius et Spiritus Sanctus. Ille tibi imperat qui ieiunavit XL diebus et XL noctibus et quartum diem Lazarum de monumento suscitavit, qui dixit ad discipulos suos : *Ite in nomine meo, manus imponite, dæmonia expellite, paralyticos curate, mortuos suscitate, surdi audiant, claudi ambulent, et omnem valitudinem curate; quod gratis accepistis, gratis date* a). Nulla tibi gracia aguntur. Iam conpleti sunt sex milia annorum, in co oportit tibi, inmundissime dæmoniorum, finem habere. In gregem porcorum, in deserta loca, ubi non aratur nec

a) Cf. *Evang. sec. Matth.*, cap. X, ℣. 8.

Digitized by Google

seminatur, ventrem tuum et pectore. Tu terribilis, non evadebis pœnas, quas tibi præparata sunt; occurrunt te a quatuor cardinibus mundi. In illius virtutibus impero, qui aperit quod nemo claudit, et claudit quod nemo aperit. In illius virtutibus te adiuro, qui fecit cœlum et terram, cœcum inluminantem, surdum audientem, mutum loquentem. Ille tibi imperat, inmundissime spiritus, a quo tu dixisti : *Ut tibi fierint panes de lapidibus*, et ille tibi dixit : *Non in solo pane vivit homo, sed in omne verbo Dei* a). Ille tibi imperat, maledicti Satanas, qui aqua vinum fecit in Canna Gallilea, qui pavit in heremo quinque milia virorum extra numero mulierum et infantum de quinque panibus et duobus piscibus, unde exsuperaverunt duodecem cophani fragmentorum, quod est typus XII Apostolorum. Audi tanta virtute, tanta maiestate, per quem te adiuro. Adiuro te per regem cœlorum, per Christum creatorem, per Iesum salvatorem animarum nostrarum, per illum te adiuro, damnate. Non per aurum, neque per argentum, neque per lapidibus præciosis; per Deum te adiuro, qui Petrum mergentem manum porrexit. Tanta gloria, tanta claritate adiurasse te, maledicti Satanas, apparisce, inlebisce, angustiaris, quomodo angustiatur sæculus, exorcidiaris. Non cantaveris, non tibi cantica cantentur. Per trea testimonia te adiuro; adiuro te per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, ut citius hinc exorcizatus abscedas. Ubi ergo tu latebis, quando Dominus noster Iesus Christus discendit cum multitudinem Angelorum? Quatuor tubæ canebunt a quatuor cardinibus mundi; totus mundus ardebit ab oriente usque ad occidentem; Dominus de cœlo discendit confringere terram,

Exorcismi.

a) Cf. *Evang. sec. Matth.*, cap. IV, ℣. 3, 4.

Digitized by Google

Exorcismi. et tunc apparebunt corpora sanctorum; petræ movebuntur de loca ipsorum, et sol in sanguinem convertitur; Dominus cœlum plicavit tanquam librum in manu sua, et tu ubi latebis, maledicte Satanas? Numquid hoc dicturus eris, quod tibi hoc non fuerit imperatum? Hoc tibi signum erit in diem iudicii, quod tu non dissipavis in æternum. In ventum venisti, in ventum exi. Integra relinque, exi ab eo, quomodo exivit corvus de arca Noe; sic exiit et non rediit, sic tu exi, maledicte Satanas. Hic locum non habebis nec refrigerium. Tibi tormenta super tormenta, pœnas super pœnas, plagas super placas. Ferriculi calentes præparati sunt te flagellis cædentibus castigare, maledicte Satanas, meritis tuis. Inmundissime dæmoniorum, non facias nec pavere nec tremere, nec transvaricabis, nec impedis competentem vitam, vitam æternam. Non persuadebis hominem ad malum faciendum, non mæchabis, non violabis, non mortem tradas, non permittas septem nequitiores tibi, qui peius faciant quam tu, non deversis languoribus doloribus in illius membrorum, non occupavis quod tuum non est, non habites ubi Spiritus Sanctus habitat. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum te adiuro, qui venturus est iudicare vivos et mortuos et sæculum per ignem.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, osanna in excelsis! Pater Domini nostri Iesu Christi, qui illum refugam tyrannum gehenne deputasti, qui unigenitum tuum in hunc mundum misisti, ut illum rugientem leonem contereret, velociter adtende et accelera, ut eripias hominem tuis formatum manibus a ruina et dæmonio meridiano. Da, Domine, terrorem tuum super bestiam, quæ exterminat vineam tuam. Da fiduciam servis tuis contra nequissimum draconem fortiter stare, ne contempnat

Digitized by Google

sperantes in te, nec dicat sicut in Faraone iam dixit : *Deum non novi nec Israel demitto* a). Urguat illum, Domine, dextera tua potens discedere a famulis tuis, ne diucius præsumat captivum tenere hominem, quem tu ad imaginem tuam facere dignatus es. Adiuro te ergo, serpens antiquus, per iudicem vivorum et mortuorum, per factorem mundi, per eum qui habit potestatem mittere te in gehennam, ut ab hoc famulo Dei illo, qui ad ecclesiæ præsepia concurrit, cum exercito furoris tui festinus discedas. Coniuro te, non meam infirmitatem, sed virtute Spiritus Sancti, ut desinas ab his, quos omnipotens Deus ad imaginem suam fecit. Cede, cede non mihi sed mysteriis Christi. Illius enim te perurguet potestas, qui te adfigens cruce sue subiugavit. Illius brachium contremisce, qui divictis gemitibus inferni animas ad lucem produxit. Sit tibi terror corpus hominis, sit tibi formido imago Dei, nec resistas, nec moreris discedere ab homine, quoniam conplacuit Christo ut in hominem habitaret, et ne infirmissimum condemnandum putes. Imperat tibi Dominus, imperat tibi maiestas Christi, imperat tibi Deus Pater, imperat tibi Filius et Spiritus Sanctus, imperat tibi Apostolorum fides sancti Petri et Pauli et ceterorum Apostolorum, imperat tibi Martyrum sanguis, imperat tibi indulgencia Confessorum, imperat tibi sacramentum crucis, imperat tibi mysteriorum virtus. Exorcismi.

Exi, transgressor; exi, seductor, pleni omni dolo et fallacia, veritates inimici, innocentium persecutor. Da locum, durissime; da locum, impiissime; da locum Christo, in quo nihil invenisti de operibus tuis, qui te expoliavit, qui regnum tuum distruxit, qui te vinctum

a) Cf. *Exod.*, cap. V, ℣. 2.

Digitized by Google

Exorcismi. ligavit et vasa tua disrupit, qui te proiecit in tenebras exteriores, ubi tibi cum ministris tuis erat præparatus interitus. Sed quid nunc, turbolente, recogitas? Quid, temerarie, retractas, reus omnipotente Deo, cuius statuta transgressus es, reus Filio eius Iesu Christo, quem et temptare ausus es et cruce figere præsumsisti, reus humano generi, cui mors tuis persuasionibus venit? Adiuro ergo te, draco nequissime, in nomine Agni inmaculati, qui ambulat super aspidem et basiliscum, qui conculcat leonem et draconem, ut discedas ab homine, discedas ab ecclesia Dei. Contremisce et effuge, invocato nomen Domini illius, quem inferi trement, cui virtutes cœlorum et potestatis et dominaciones subiectæ sunt, quem Cerubin et Seraphin indefessis vocibus laudant. Imperat tibi Verbum caro factum, imperat tibi natus ex Virgine, imperat tibi Iesus Nazarenus, qui te, cum discipulis contempneris, elisum et prostratum exire iussit ab homine, quo præsente, cum te ab homine seperasset, nec porcorum grege præsumebas contingere. Recide ergo nunc adiuratus in nomine eius ab homine, quem ipse plasmavit. Durum tibi est Christo velle resistere, durum tibi est contra stimulum calcitrare, quia quicquid tardius exis supplicium tuum crescit, quoniam non hominem contempnis sed illum qui dominator vivorum et mortuorum est, cui universitas tacit, qui venturus est iudicare sæculum per ignem.

Nec te latent, Satanas, inmineri tibi pœnas, inmineri tibi tormenta, diem iudicii, diem supplicii sempiterni, diem qui venturus est velut clybanus ardens, in quo tibi atque angelis tuis sempiternus est præparatus interitus. Et ideo pro tua nequicia, damnate atque damnande, da honore Deo vivo, da honore Iesu Christo Filio eius, da

Digitized by Google

honore Spiritui Sancto paraclyto, in cuius virtute præcipio tibi, quicumque es, spiritus inmundi, ut exias et recidas ab hoc famulo Dei illo et eum Deo suo reddas, quoniam Dominus nostr Iesus Christus eum ad suam graciam et benedictionem vocare dignatus est. Exorcismi.

Te, Domine, supplices exoramus, ut visitacione tua sancta erigas famulum tuum illum, nec adversario liceat usque ad animæ temptacionem, sicut in Iob. Terminum pone, ne inimicus de anima ista incipiat triumphare. Unde ergo, maledicte, recognosce sentenciam tuam, et da honore Deo vivo et vero, et recede ab hoc famulo Dei illo. Tibi ergo præcipio, maledicte, inmunde spiritus, hostis humani generis, per Deum Patrem omnipotentem, invisibilem et inconprehensibilem atque inmortalem, qui fecit cœlum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt, ut omnes virtus adversarii, omnes exercitus diaboli, omnis incursus inimici, omnis fantasma Satasne eradicare et effugare ab hoc famulo Dei illo, ita ut in eo ultra locum non habiat contrarii virtutes admixtio; sed tu, Deus omnipotens, propicius adesto, ut corporibus dæmoniis obsessus totam nequiciam diabolicam tuam potenciam sint purgati per hoc signum sanctæ crucis, quem nos damus, tu, maledicti diabule, numquam audeas violare. Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui venturus est in Spiritu Sancto iudicare vivos et mortuos et sæculum per ignem.

Domine sancte, Pater omnipotens, æternæ Deus, qui peccancium non vis animas perire sed culpas conteri, respice propicius super hunc famulum illum, qui peccatorum merito expulsus a facie tua potestati est subiectus Satane. Reminiscere miseracionum tuarum et expelle ab eo omnem inimici infestacionem atque angustias Satane. Mundatum ad pristinam reforma puritatem. Sit illud

Digitized by Google

Exorcismi. pristinum templum sanctum, quod fuit in baptismum; inhabitet in eo Spiritus Sanctus. Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui venturus est iudicare sæculum per ignem.

Omnipotens et misericors Deus, Pater Domini nostri Iesu Christi, te supplices deprecamur. Impera diabulo, qui hunc famulum tuum illum detenet, ut ab eo recidat, et libera eos qui crediderunt in Verbum liberatorem Dominum nostrum Iesum Christum, ut expurgati ab omni labe iniquitates maiestate tuæ pura mente deserviant, consecuti graciam Spiritus Sancti, qui cum Patre et Filio vivet et regnat in sæcula sæculorum, amen.

DCXXVII.

RESOLUCIO OMNIUM MALEFICIORUM ET MALEDICTIONUM ET INCANTATIONUM ET CONLIGATIONUM ET IN[MIS]SIONUM ET INSTIGATIONUM ET ZELI ET INVIDIÆ ET DEMONII ET OMNIUM MALORUM, QUECUMQUE SCIMUS VEL QUECUMQUE NESCIMUS.

Invocamus te, Deus omnipotens, rex æterne omnium seculorum, incorruptibilis, inmaculate, indivise, indivicte, lucis dator, potens manu, adonai, eloe sabaoth, Deus Deorum et omnium virtutum, gloriose, gloriosissime, pater veritatis magne et misericordie, princeps Potestatum, Pater Domini nostri Iesu Christi! Benedictionem da famulo tuo, nomine illo, omnibus qui ad eum pertinent. Insuper invocamus te, Deus Deorum omnipotens, rex eterne, qui sedis in medio duos Cherubin ac Seraphin. Resolve, Domine, si qua nobis facta sunt maleficia vel conligationes, aut si tentantur fieri, vel conligavit nos

DCXXVII. Exstat h. f. in cod. Paris. A; eam vulgavit Baluzius inter *Formulas exorcismorum et excommunicationum*, nº 10.

Digitized by Google

aliquis, aut devovit, aut posuit aliquid noxium in fundamentis nostris, aut ingressu, aut regressu, aut lecto, aut in edificio, aut in exterquilinio, aut in agro, aut in atrio, aut in via, aut in semita, aut in deserto loco, aut in monumentis, aut in aqua, aut in igne, aut quolibet loco, ubi scimus vel nescimus. Resolve, Domine, et ne permittas aliquem nocere famulo tuo, nomine illo, quecumque ad eum pertinent. Coniuro vos, omnia quecumque noxia estis vel nociva, sive iam facta sive futura, agnita vel incognita. Coniuro vos, demones et omnis spiritus inmundus, per Deum timendum et tremendum et honorandum et glorificandum et enarrabile nomen, per beleoi, hadonai, eloe sabaoth, ne noceatis vel adpropinquetis ad famulum Dei, nomine illo, quod ad illum pertinead; sed recedite a me, et ite singuli super capita eorum que vos fecerunt, vel dixerunt, vel conscii sunt, quicumquem ille sive vir sive mulier, sive de qualibet gente vel natione, quos scimus vel nescimus; convertimini et ite singuli per istam coniurationem et hoc conservatorium, per signum venturi et iudicaturi vivos et mortuos regi Iesu Christi. Sed et Virtutes celestes et Angeli Dei, qui adsistatis ante conspectu Domini, in celis sanctis atque altissimis consistentes, Michahel, Gabrihel, Raffahel, Cherubin et Seraphin, custudotite [1]) omnem inscriptionem domus nostræ, et conservate famulum Dei, nomine illo, quod ad eum pertineat, ab omni re mala, a zelo, ab invidia, ab infirmitatibus, a demonio, ab instigationibus vel ab omnibus tentationibus, a maleficiis, a maledicto vel ab omni malo, unde scimus vel nescimus. Coniuro vos, omnia quecumque noxia estis et nociva, per Deum qui divisit lucem a tenebris, et mensus est celes palmo suo, et constituit terram sine cul-

Exorcismi.

— [1]) Corrig. *custodite*.

Digitized by Google

Exorcismi. mina, pensavit montes in pondere et colles in libra. Coniuro vos per venturum et iudicaturum vivos et mortuos, et per Deum Israhel, qui eduxit populum suum de terra Egypti per manum suam potentem et brachium suum fortissimum, et percussit Pharaonem una cum ex[er]cito suo. Coniuro vos per eum qu[i loc]utus est Moysi in montem Synai, et dedit legem et precepta filiis Israhel, et saciavit aqua ex petra rupto saxo, et manna in esca tribuit. Insuper etiam coniuro vos per inseparabile nomen et tremendum Patrem Domini nostri Iesu Christi, quecumque estis noxia et nociva, sive in anima sive in corpore nocentia, agnita vel incognita, sive iam facta si[ve] fu[tu]ra, conligati sive inmissa, sive ex vobismet ipsis venientia docere [2]) qualibet modo vel qualibet arte, maleficiis arenosis et indolosis, presteriaticum sive draconticum, sive probe [3]) sive longe. Expavescite et timete nomen Domini grande, per quod ego coniuro vos ne noceatis vel adpropietis famulum Dei illo vel quod ad eum pertinet; sed recedite ab eo et ite singuli super capita eorum qui vos fecerunt. Pax Deus, sanitas Deus, iustitia Deus, lumen Deus! Cognoscite, gentes, et superamini, quoniam nobiscum est Deus; et sermonem quemcumque locuti fueritis adversum nos non permanebit in nobis, quoniam nobiscum est Deus; timorem vestrum non timebimus neque conturbavit nos, quoniam nobiscum est Deus. Dominum Deum adoravimus, et illi soli servimus, cui est honor, gloria, virtus et potestas, in secula seculorum, amen.

— [2]) Corrig. *nocere*. — [3]) Corrig. *prope*.

Digitized by Google

DCXXVIII.

[*Sine rubrica.*]

Quid agendum sit contra tempestates et grandines magnopere debent cum magna cautela providere sacerdotes, nam maxime pro nostris criminibus talia scimus pericula contingere frequenter hominibus. Exorcismi.

Primum celebretur letania, postea conveniens psalmodia, Pater noster *et* Credo in Deum. *Calix cum corpore et sanguine Domini, crux sancta, evangelium, reliquie sanctorum cum reverentia deportentur, et aqua benedicta. Psalmus* Deus auribus nostris, Exurgat Deus, Notus in Iuda Deus, Qui regis Israel, Lauda Hierusalem.

His ita peractis, stola benedicta mox imposita, dicat:

Deus, qui omnium rerum tibi servientium per ipsos motus aeris ad cultum tuæ maiestatis instituis tranquillitatem, nobis misericordie tue remotis largire terroribus, ut cuius iram experimus, omnium meritis sanctorum clementiam sentiamus. Per Dominum.....

Aliter.

Meritis et precibus sancte Dei genitricis virginisque Marie et sancti Michaelis Archangeli omniumque supernorum civium, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martirum, Confessorum, Virginum et omnium simul Sanctorum confidentes, coniuramus vos, angeli Tartari, quos Deus de celo pro superbia maledixit et in infernum inferiorem deiecit, per Patrem et Filium et Spiritum

DCXXVIII. Exstat h. f. in cod. Monspeliensi; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

Exorcismi. Sanctum, per sanctam et individuam Trinitatem, per sancte crucis virtutis, per intercessionem omnium Sanctorum et per adventum Domini nostri Ihesu Christi, ut a finibus Christianorum cum tempestate et grandine recedatis. Nostris peccatis exigentibus, nocendi potestatem accepistis; sed in quacumque die vel ora conversi fuerimus, a malis omnibus salvos nos esse credimus. Ideo vos coniuramus ut cum ad iudicium illud terribile veniatis, quod vobis interdictum esset dicere non presumatis, sicut condam per hos Pharaonis dixistis : *Deum nescio, Ierusalem non dimitto a*). Parce, Domine, parce peccatis nostris, ne dicant gentes : *Ubi est Deus eorum?* Memorare, Domine, que nostra sit substantia. Numquid vane constituisti filios hominum? Memento, Domine, quod promisisti patribus nostris Abraham et Isaac et Iacob in monte Synai, et dedisti filiis Israel regiones gentium et labores populorum possedere, ut custodiant iustificationes tuas et leges tuas requirant.

Kyrrieleison, kyrrieleison, kyrrieleison. Sanctus, sanctus, sanctus Dominus, Deus Sabaoth. Pleni sunt celi et terra gloria tua. Osanna in excelsis.

Evangelium legatur : Ductus est Ihesus *b*).

Sanctifica nos, Domine. *Signacula sancte crucis.*

Oremus.

A domo tua, quesumus, Domine, spiritales nequitie repellantur, et per virtutem sancte crucis, per preces sanctorum apostolorum et sancti Christofori et sancti Clementis et sancti Cirilli et omnium sanctorum tuorum aeriarum discedat malignitas tempestatum. Per.....

a) Cf. *supra*, p. 889, not. *a*. *b*) Cf. *Ev. sec. Matth.* IV, 1.

Digitized by Google

DCXXIX.

AD REVOCANDUM EXAMEN APUM DISPERSUM.

Adiuro te, mater aviorum, per Deum regem cœlorum et per illum redemptorem Filium Dei, te adiuro ut non te altum levare nec longe volare, sed quam plus cito potest ad arborem venire. Ibi te allocas cum omni tua genera vel cum socia tua. Ibi habeo bono vaso parato, ubi vos ibi, in Dei nomine, laboretis, et nos, in Dei nomine, luminaria faciamus in ecclesia Dei, et per virtutem Domini nostri Iesu Christi, ut nos non offendat Dominus de radio solis, sicut vos offendit de egalo flos, in nomine sanctæ Trinitatis, amen. Exorcismi.

DCXXX.

[BENEDICTIO HERBARUM IN ASSUMPTIONE SANCTE MARIE] [1]).

Omnipotens sempiterne Deus, qui celum et terram et mare cunctaque [2]) visibilia et invisibilia verbo tuo creasti ex nihilo, quique herbas arboresque ad usus hominum animaliumque terram gignere et unumquodque sementem in semet ipso habere precepisti, atque ut herbe non solum animantibus ad victum sed etiam egris corboribus prodessent ad medicamentum tua ineffabili pietate concessisti, te supplici [3]) mente et ore deprecamur ut has herbas diversi generis tua clementia benedicas [4]), et salubres

DCXXIX. Hanc formulam e veteri cod. San-Gallensi vulgavit Baluzius inter *Formulas exorcismorum et excommunicationum*, nº 11.

DCXXX. Exstat h. f. in codd. Monac. L, I, E; eam vulgavit Ludwig Rockinger in *Drei Formelsammlungen aus der Zeit der Karolinger*, p. 315. — 1) Hanc rubricam e cod. Monac. I supplevi. — 2) Monac. E, *et omnia que in eis sunt*. — 3) Monac. E, *suppliciter*. — 4) Monac. E addit *et sanctifices*.

Digitized by Google

Exorcismi. non solum ad necessitates hominum verum etiam animalium facere digneris, ut quicunque ex eis ex hac venerande [5]) festivitate sancte Mariæ sumpserint, vel in quemcunque usum redactę fuerint seu assumptę, accipiant tam corboris quam animę sanitatem [6]). Quod ipse [7]).....

DCXXXI.

[*Sine rubrica.*]

Supplex tuam atque subnixis precibus deprecamur omnipotentiam, Deus, qui mirabiliter cuncta creasti ex nihilo, quique terra[m] edita diversa proferre germina precepisti, atque uniuscuiusque semen in semet ipso manere super terram condidisti, atque diversa medicamenta generi ad sanandum humani corporum posuisti, ut benedicere et sanctificare has diversi generis herbas tua almitate digneris, ut quicunque ex eis ex hac venerabili festivitate sancte Dei genitricis Marię sunt sumpturi, tam anime quam corporis sanitatem percipiant. Intercedente bæate Marie, quesumus, Domine, universi terrarum germinibus atque paradysi mereamur perfrui [1]). Per.....

— [5]) Corrig. *veneranda.* — [6]) Monac. E, *ut quicumque..... sancte Mariæ in usum, in quem redacte sive assumpte fuerint, acceperit, tam corporis quam anime sanitatem accipiat.* — [7]) Monac. I addit *prestare.*

DCXXXI. Exstat h. f. in codd. Monac. L. I; eam vulgavit Ludwig Rockinger in *Drei Formelsammlungen aus der Zeit der Karolinger,* p. 316. — [1]) Monac. I, *ea ipsa intercedente intemerata et incorrupta virgine Maria, genitrice Domini nostri Iesu Christi, qui vivit et regnat in secula seculorum, amen.*

Digitized by Google

DCXXXII.

ORATIO [1]) SUPER VASA REPERTA IN LOCIS ANTIQUIS.

Omnipotens sempiterne Deus, insere te officiis nostris, et hæc vascula arte fabricata gentilium sublimitatis tuę potentiæ [2]) ita emundare digneris, ut omni inmunditia depulsa sint tuis fidelibus tempore pacis atque tranquillitatis utenda [3]). Per Dominum..... Exorcismi.

Deus, qui in adventum Filii tui Domini nostri omnia tuis mundasti fidelibus, adesto propitius invocationibus nostris, et hæc vascula, quæ tuæ indulgentiæ [4]) pietatis post spatia temporum a voragine terrę abstracta humaniş usibus reddidisti, gratiæ tuæ largitate emunda. Per Dominum.....

DCXXXIII.

INDICULUM REGALEM ADMONITIO.

In Christo, nomine illo, donum Dei, urbe illa. Cognoscat sanctitas vestra quod domnus rex ille nobis dedit sua epistola, et in ipsa epistola habet insertum ut triduanum ieiunium faciatis pro istum gladium quæ super nos est, tam per civitate quam per monasteria virorum feminarumque seu per cunctos vicos generaliter, faciatis missa, psalmodia; unus[quis]que presbiter missa specialiter decantare faciat propter istam tribulationem, et unusquisque Indicta.

DCXXXII. Exstat h. f. in codd. Monac. M, I, E, Rhenaug. C; eam a Gerberto prius vulgatam inter *Monumenta veteris liturgiæ*, part. II, p. 125, recudit Ludwig Rockinger in *Drei Formelsammlungen aus der Zeit der Karolinger*, p. 317. — [1]) Monac. I, *Benedictio*. — [2]) Corrig. *potentia*. — [3]) Monac. I, *in sanctos et licitos utenda*. — [4]) Corrig. *indulgentia*.

DCXXXIII. Exstat h. f. in cod. Vatic. A; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

Indicta. clericus, qui psalmus tenet, sexaginta cantet; et abstineant se adipeis cibis, et alii homines hoc faciant, nisi seni et parvuli, qui hoc inplere non possunt; et illis tres diebus ad ecclesiam veniant cum Dei adiutorium, unusquisque elemosina faciat, consideret unusquisque quod potens est Dominus eripere nos de omni tribulatione. Et hoc sciatis quia in nostrum placitum consideratum habemus ea facere, ut pius Dominus a multas tribulationes nos eripiat.

DCXXXIV.

[*Sine rubrica.*] [1])

Providentia divina N. ecclesię illius episcopus, N. archipresbytero pagi illius, salutem. Notum sit dilectioni tuę quia domini nostri reges, quando nuperrime in unum congregati sunt, inter multa quę pie ac salubriter observanda constituerunt, hoc etiam decreverunt ut pro multis necessitatibus triduanum ieiunium pariter observare deberemus. Quod hoc modo fieri debebit : XIV kalendas et XIII et XII kalendas iunii, pura confessione et pace premissa, ieiunent omnes usque ad nonam, qui præ infirmitate vel infantia aut senio possunt abstinere; et unanimes, contrito et humili corde, veniant ad ecclesiam, sequantur crucem cum letania, totus populus kyrieleison clamantes, cinere aspersi et ciliciis induti, qui illa possunt invenire; ceteri quicumque habent laneis vestibus induantur ad corpus, pauperibus et non habentibus ipsa sua penuria pro afflictione sufficit; discalciati omnes mis-

DCXXXIV. Exstat h. f. in codd. Paris. H, Monac. B, Vindob. A; vulgat. inter Alsat. nº 18, eam recudit Ernst Dümmler in *Formelbuch des Bischofs Salomo III von Konstanz*, nº 32. — [1]) In Monac. B, Vindob. A, rubrica sic inscribitur : *Ad presbyterum epistola.*

Digitized by Google

sam in commune auscultent cum metu et reverentia; presbyteri singulis illis diebus missam cantent, ceteri clerici et omnes qui noverint[2]), viri ac femine, quinquaginta psalmos impleant, obsecrantes conditoris nostri clementiam ut ab invisibilium hostium insidiis et gentibus variis[3]) et gentilium incursionibus ecclesiam suam defensare et ipsam pace sua, *que omnem sensum exuperat a*), interius custodire dignetur, ne in sua viscera ipsa consurgere et semet lacerare conetur, diversas pestes et morbos ab hominibus et iumentis auferat, aeris temperiem tribuat, terram fecundet, fruges ad maturitatem perducat, fructus arborum multiplicet, ut exterioribus necessariis affluentes cum fide recta, spe firma et caritate sincera Deum diligere et illius mandatis inherere possimus, et his subsidiis utentes in via[4]) ad eterna præmia pervenire mereamur in patria; pane sicco alantur omnes et crudis oleribus et sale adque pomis, et qui opus habent infusis vescantur oleribus, uno vasculo de pura cervisa refocilentur, cunctis omnino a carne et pinguedine et omni quod ex lacte conficitur [abstinentibus][5]); pisces et ova præter infirmitatem nemo præsumat, similiter vinum et omne quod melle dulcoratum est; et unusquisque, in quantum poterit, quod sibi subtrahit indigenti præbere non differat, quia ieiunio innocens adquiritur vita, oratione religiosus animus enutritur[6]), elemosyna misericordia, que requiritur, invenitur. Et quod[7]) nuper in ministerio tuo semicorrectum[8]) dereliqui, sicut a te digrediens strenuitati tue commen- Indicta.

— [2]) Monac. B, *noverunt*. — [3]) Verba *et gentibus variis* desunt in Monac. B, Vindob. A. — [4]) Monac. B addit *ut*. — [5]) H. v. e Monac. B supplevi. — [6]) Monac. B, *nutritur*. — [7]) Monac. B, *quæ*. — [8]) Monac. B, *semicorrecta*.

a) Cf. *Epist. B. Pauli ad Philipp.*, IV, 7.

Digitized by Google

Indicta. davi, omnia ad certum finem, prout poteris, perducere curato. Vale[9]).

DCXXXV.

[*Sine rubrica.*] [1])

Ille episcopus, sanctissime congregationi in honore sancti N. coadunate, salutem. Dilectio vestra noverit quod sancta synodus apud urbem N. collecta, finitis questionibus, que ex diversis causis emerserunt, saluberrime decreverunt[2]) ut omnes ecclesiarum clerici et monachorum caterve commune ieiunium et orationes tribus exequerentur[3]) diebus, hoc est IV et III [et II][4]) nonas iulii; presbyteri tres missas, ceteri clerici psalterium decantarent, circa nonam horam crucem sequerentur, alimentis vero consuete uterentur. Cetero populo propter estum atque opera forinseca hoc non indixerunt. Vale.

DCXXXVI.

INDICULUM AD REGEM.

Domino tam piissimo [quam] religiosissimo, ego ille indignus vocatus episcopus, tamen fidelis vester sum ex omnia devotus. Scilicet cantavimus cum canonicis et presbiteris nostris ibidem deservientibus pro salute vestra missas [tan]tas et psalteria tanta, tamquam de ista proxima

— 9) H. v. deest in Vindob. A.

DCXXXV. Exstat h. f. in codd. Paris. H, Monac. B, Vindob. A; vulgat. inter Alsat. nº 19, eam recudit Ernst Dümmler in *Formelbuch des Bischofs Salomo III von Konstanz,* nº 33. — 1) In Monac. B, Vindob. A, rubrica sic inscribitur : *Item epistola.* — 2) Monac. B, *decrevit.* — 3) Vindob. A, *exsequentur.* — 4) Verba uncis inclusa e Monac. B supplevi.

DCXXXVI. Exstat h. f. in cod. Vatic. A; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

hoste venimus; insuper cotidianis diebus unam missam specialem, quod per ordinem presbiteri nostri faciunt, exorantes ut hic valeatis pro merito curicula annorum bene vivere et postea ad æternam beatitudinem feliciter pervenire. Amen. Indicta

DCXXXVII.

QUOMODO POST NATIVITATEM DOMINI AD REGI, REGINA VEL AD EPISCOPO, VISITATIONIS DIRIGITUR SCRIPTUM [1]).

Glorioso adque præcelso et universale catolicæ sanctæ æcclesiæ filio illi regi, ille episcopus. Glorioso atque præcelsæ et universale catholicæ sanctæ [2]) æcclesiæ filia illa regina, illæ misericordia [3]) Dei episcopus. Domino inclitoque cultore [4]) adque apostolico domino et in Christo fratri illi episcopo, ille peccator episcopus. Dum generaliter dominicæ Nativitatis exultamus adventum, censum debita subiectionis desolvere [5]) perorguemus [6]) ex voto; adque ideo salutatio [7]) salutationum munia cum eologias peculiaris patroni vestri sancti illius, *si ad regi,* clementiæ vestræ, *si ad episcopo,* sanctitate vestræ, direximus, cum omni humilitatis genere clementissime dependentes, suggerimus ut iugi nos præmunientes orato de untem [8]) sospitates integritatem trepudiare [9]) faciatis dignabili protenus rescribtu. Eulogia seu litteræ visitationis.

DCXXXVII. Exstat h. f. in codd. Paris. A, C; vulgat. inter Marculf. II, 44. — [1]) In Paris. C rubrica sic inscribitur : *Quomodo ad regem, regina vel episcopum, pro nativitate Domini directas scribatur.* — [2]) H. v. deest in Paris. C. — [3]) Paris. C, *per misericordia.* — [4]) Paris. C, *inclito Deique cultore.* — [5]) Paris. C, *dissolvere.* — [6]) Paris. C, *perurguimus.* — [7]) H. v. deest in Paris. C. — [8]) Paris. C, *vestre.* — [9]) Paris. C, *tepudiare.*

Digitized by Google

DCXXXVIII.

ITEM ALIA DE NATIVITATE DOMINI.

Eulogia seu litteræ visitationis.

Iocunditatis mutuæ gratiam cognoscere[1]) cupientes, divinitus universitate conlata, non[2]) distituemus epistolis preferendam vestram prævenire clementiam aut sanctitatem cum eulogias peculiaris patroni vestri illius, honorabile ac devoto cultu poscentes ut qua alacritate festiva Nativitatis dominice peragistis, insignia[3]) nos doceant vestræ sanctitatis exempla. Erunt enim nobis provectuum[4]) vestræ incrementa salutis, locuplex thesauri facultatis.

DCXXXIX.

INDICULUM EPISCOPI[1]) AD ALIUM IN RESURRECTIONE DOMINI EOLOGIAS[2]) DIRIGENDO[3]).

Domino sancto et apostolica veneratione[4]) colendo domno et in Christo fratri illo episcopo, ille, gratia Dei, ac si peccator, episcopus. Dominice festivitatis Resurrectionisque misteria, in qua idem Deus Christus[5]) tartarius[6]) per semet ipsum decrevit absolvere nodus[7]), victorque de exsuperato[8]) hoste triumphans [captivam duxit][9]) captivitatem, dedit dona hominibus, propterea[10]) remeavit ad cælos,

DCXXXVIII. Exstat h. f. in codd. Paris. A, C; vulgat. inter Marculf. II, 45. — 1) Paris. C, *agnuscere*. — 2) H. v. deest in Paris. C. — 3) Paris. C, *insigni*. — 4) Paris. C, *profectuum*.

DCXXXIX. Exstat h. f. in codd. Paris. A, C, Lugd. Bat. B; vulgat. inter Marculf. II, 42. — 1) Paris. C, *ad episcopo*. — 2) Lugd. Bat. B; *eglogias;* Paris. C, *ecclesia*. — 3) Lugd. Bat. B, *diregit;* h. v. deest in Paris. C. — 4) Paris. C, *venerabile sede*. — 5) Paris. C, *Christianorum*. — 6) H. v. deest in Paris. C. — 7) Lugd. Bat. B, *notius*. — 8) Paris. C, *ex desuperatu*. — 9) Verba uncis inclusa e Paris. C, Lugd. Bat. B, supplevi. — 10) Paris. C, *quapropter;* Lugd. Bat. B, *præpropere*.

Digitized by Google

anni circulum revolventi [11]), quæ felicitas [12]) prosperitatem vestram constetit [13]) industriam aut sanctitatem excepisse ipsoque Deo præsule percogisse [14]), cum eologias [15]) peculiaris patro[ni] vestro sancti illius et salutationis officia veneratione præcipua quesumus ut nostram extremitatem affatu dignabili iubeatis specialius informare.

Eulogia seu litteræ visitationis.

DCXL.

RESCRIPTIO [1]) AD EPISCOPO.

Domino sancto meritis apostolico in Christo desiderabile [2]) domini et fratri illo papæ, ille peccator episcopus. Vestras sacras commonus [3]) almetatui vestri deferenti venerabile filio commune illo, ut cel[i]tus donabile [4]), nos accipisse prænusce cumperitæ [5]). Ædulium inquit [6]) dede [7]) pasti recreati [8]), sancto hoc de munere vestro trepudiantes, multum de qua færrit [9]), quod valitantes vobis præscimus esse cum vestris, et quintati [10]) habuit vestra dignatio instigio [11]) ut in virendotirio [12]) fuistis dignati infimo, gratias agimus. In his e plura solventes [13]), plusculum [14]) quod valeat internum [15]) congignere compus, vel verbo-

— [11]) Lugd. Bat. B, *præviolenti*. — [12]) Paris. C, Lugd. Bat. B, *felicitatis*. — [13]) Paris. C, *consentit*. — [14]) Paris. C, Lugd. Bat. B, *peregisse*. — [15]) Lugd. Bat. B, *eglogias*.

DCXL. Exstat h. f. in codd. Paris. A, C, Lugd. Bat. B; vulgat. inter Marculf. II, 43. — [1]) Paris. C, *Item rescripta*. — [2]) Lugd. Bat. B, *venerabile*. — [3]) Lugd. Bat. B, *communus*; Paris. C, *tumunis*. — [4]) Paris. C, *ut celitus dono habere*; Lugd. Bat. B, *ut celitus dono habile*. — [5]) Paris. C, Lugd. Bat. B, *apicum peritate*. — [6]) Paris. C, Lugd. Bat. B, *inquid*. — [7]) Paris. C, *ede*. — [8]) Lugd. Bat. B, *depastireati*. — [9]) Paris. C, *de quod pagina parit*; Lugd. Bat. B, *de quid pagina farrit*. — [10]) Paris. C, *qui tanti*; Lugd. Bat. B, *quantanti*. — [11]) Paris. C, Lugd. Bat. B, *instigi*. — [12]) Lugd. Bat. B, *visendotirio*; Paris. C, *visendo tyrocinio*. — [13]) Lugd. Bat. B, *solventur*. — [14]) Lugd. Bat. B, *osculum*. — [15]) Paris. C, *in eternum*.

Digitized by Google

Eulogia seu litteræ visitationis.

rum carmina pandant, oracula dictua dicimus. Et illud quod nos flagitare oportet, ut in [16]) vestris sepius nobis reminiscat oratio.

DCXLI.

INDICOLUM AD MAIOREM DOMUM [1]).

(e codd. Paris. C, Lugd. Bat. B.)

Domno inclito procerique palacio [2]) regalis ornatum adque catolicæ universalis ecclesiæ Christi [3]) filio illo, maiorem domus, illi, ac si peccator, tamen Deo miserante episcopus. Ut culminis vestre agapem nostra extramitas [4]) paginale comodo [5]) salutis inquirat. In eterna dileccione [6]) verum demonstret caritatis afectum. Idcirco salutacionum munia, qua decet, cum eulogias [7]) peculiaris patroni vestro domni illius per præsente servo vestro, filio in

DCXLI bis.

AD QUEMLIBET SENIOREM.

(e codd. Mon. A, Lugd. Bat. A.)

Domino inclito procerumque palatii regalis ornato atque a cunctis merito venerando ecclesiæque sanctæ catholicę [*Lugd. Bat. A*, universalique ecclesiæ] in Christo filio N. [*Lugd. Bat. A*, illo], ille siquidem, ac si peccator, tamen miserante Domino episcopali privilegio subrogatus, multimodam vobis [*Lugd. Bat. A*, per has exhiguitatis nostræ litterulas] in Christo optamus fore salutem. Ut culminis vestræ agapem nostra extremitas per presentem

— [16]) H. v. deest in Paris. C.

DCXLI. Exstat h. f. in codd. Paris. C, Lugd. Bat. A, B, Monac. A; eam vulgavit Pardessus in *Bibliothèque de l'École des Chartes*, t. IV; sed quum plurimum inter se codices discrepare viderentur, textum cod. Monac. A e regione textus cod. Paris. C recudendum duxi. — [1]) Lugd. Bat. B, *domus*. — [2]) Lugd. Bat. B, *procerumque palacii*. — [3]) Lugd. Bat. B, *in Christo*. — [4]) Lugd. Bat. B, *extremitas*. — [5]) Lugd. Bat. B, *commoda*. — [6]) Lugd. Bat. B, *interna dileccio*. — [7]) Lugd. Bat. B, *eoglogias*.

Digitized by Google

Christo[8]) illo, celsitudine vestre destinare præsumsimus, per quam humiliter petimus ut eum afectum[9]) a vos recipiantur, quod sunt a nobis amore destinate. Remeante vero eodem, de vestra proprietate[10]) præcipio cum[11]) paginale àdloquium cognuscere et letificare mereamur.

paginam commoda salutis inquirat. In æterna dilectione [*Lugd. Bat. A*, Interna dilectio] verum demonstrat caritatis affectum. Idcirco salutationum munia, prout decet, cum eulogiis peculiaribus [*Lugd. Bat. A*, peculiaris] patronis vestri sancti N. [*Lugd. Bat. A*, illius] per presentem servulum nostrum N. [*Lugd. Bat. A*, vestrum scilicet], celsitudini vestræ destinare presumpsimus, per quem humfliter [petimus] ut eo affectu a vobis recipiantur, quo sunt a nobis amore destinate. Remeante vero eodem fideli vestro, a vestra dignatione humiliter petimus ut cum paginali alloquio cognosceri ac letificari ex vestra serenissima pietate mereamur [*Lugd. Bat. A*, exoramus].

Eulogia seu litteræ visitationis.

— 8) Lugd. Bat. B addit *nostro*. — 9) Lugd. Bat. B, *eo affectu*. — 10) Lugd. Bat. B, *prosperitate*. — 11) Lugd. Bat. B, *per reciprocum*.

Digitized by Google

DCXLII.

INDICOLUM AD PROPINCOS.

(e codd. Paris. C, Lugd. Bat. B.)

Eulogia seu litteræ visitationis.

Domna Deo sacrata et mihi carnaliter genetrice, et pro [1]) acepto superna largiente gracia officium pastorale in Christo sanctæ ecclesiæ filia illa, ille peccator episcopus. Commonet nus [2]) et affectio carnalis amoris et sollicitudo pastoralis cure ut de vobis sim semper sollici[tus. Et] idcirco has apices parvitatis meæ ad almitate[m vestram] direximus cum eologias [3]) peculiaris patroni vestr[i, dom]ni illius, per quam [4]) petimus ut et pro nos oráre dignetis, e[t qualiter], Deo miserante, circa vos agitur, nobis [5]) per vestro resc[ripto] et præsente misso innotescere iubeatis.

DCXLII bis.

INDICULUM PONTIFICI[S] AD GENETRICEM.

(e cod. Monac. A.)

Dominæ in Christo venerabili mihique satis habundeque honorandæ genitrici, necnon et per acceptum supernæ largitatis munere offitium pastorale in Christo sanctæ Dei ecclesiæ filiæ N., ille siquidem ac infimus omnium servorum Dei servus. Commonet enim nos et affectio carnalis et cura pastoralis ut de vobis semper sollicitus sim. Idcirco has apices parvitatis nostræ ad almitatem vestram direximus cum eulogiis peculiaribus patronis vestri sancti illius, per quas petimus ut et pro nobis orare dignemini, et qualiter, Deo miserante, circa vos agatur, per vestrum rescriptum et per pre-

DCXLII. Exstat h. f. in codd. Paris. C, Lugd. Bat. B, Monac. A; eam vulgavit Pardessus in *Bibliothèque de l'École des Chartes*, t. IV; sed quum codd. plurimum inter se discrepare viderentur, textum cod. Monac. A e regione textus cod. Paris. C recudendum duxi. — [1]) Lugd. Bat. B, *per*. — [2]) Lugd. Bat. B, *nos*. — [3]) Lugd. Bat. B, *eoglogias*. — [4]) Lugd. Bat. B, *quem*. — [5]) H. v. deest in Lugd. Bat. B.

Digitized by Google

sentem missum innotescere iubeatis. Vale, mater, in Christo semper felix.

Eulogia seu litteræ visitationis.

DCXLIII.

NICENAS [1]) SYNODUS HUNC ORDINEM INTER EPISCOPOS IN FACIENDIS EPISTOLIS CONSERVANDUM ESSE INSTITUIT [2]).

Litteræ formatæ seu dimissoriæ.

Greca elementa litterarum numeros etiam exprimere nullus, qui vel tenuiter Greci sermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epistolis canonicis, quas mos Latinus [3]) *formatas* appellat [4]), aliqua fraus falsitatis temere [5]) presumeretur, hoc a patribus CCCXVIII [6]) Nicea [7]) constitutis [8]) saluberrime inventum est et constitutum, ut *formatæ epistolæ* hanc calculationis seu supputationis [9]) habeant rationem : id est ut [10]) adsumantur in supputationem prima Greca elementa Patris et Filii et Spiritus Sancti, hoc est Π, Υ, A, qui [11]) elementa octogenarium,

DCXLIII. Exstat h. f. in codd. Vatic. H, F, I, Paris. A, Bern. B, Monac. B, K, Vindob. A, Rhenaug. A; eam vulgaverunt Lindenbrogius, nº 184; Sirmondus inter *Formatarum exempla;* Gerbertus inter *Monumenta veteris liturgiæ*, part. II, p. 114; Friedrich von Wyss in *Alamannische Formeln und Briefe*, nº 7; Ernst Dümmler in *Formelbuch des Bischofs Salomo III von Konstanz*, nº 24; eam quoque reperies in opere Reginonis *De synodalibus causis*, lib. I, cap. 449, nec non et in omnibus fere canonum et conciliorum collectionibus. — 1) Reg. *Nicæna*. — 2) Sirmond. *De modo conficiendarum epistolarum formatarum, quem Nicæna synodus inter episcopos in faciendis epistolis conservandum esse instituit. Atticus episcopus, qualiter formata epistola fiat;* Bern. B, *Epistola formata Attici episcopi Constantinopolitani;* Monac. B, Vindob. A, Rhenaug. A, *Qualiter debeat epistola formata fieri exemplar;* Vatic. F, *Incipit regola formatarum;* Vatic. I, *Formata episcoporum;* in Paris. A rubrica deest. — 3) Vatic. I, *Latinus sermo*. — 4) Paris. A, Vatic. I, Monac. B, Vindob. A, Rhenaug. A, *vocat*. — 5) Monac. B, Vindob. A, Rhenaug. A, addunt *agi*. — 6) Rhenaug. A, CCCVIII. — 7) Cæteri, *Niceæ*, *Niceam*. — 8) Sirmond. Vatic. F, I, *congregatis*. — 9) Vatic. I, *supputati*. — 10) H. v. deest in Vatic. F, Vindob. A. — 11) Cæteri, *quæ*.

Digitized by Google

Litteræ formatæ seu dimissoriæ.

quadragesimum [12]) et primum significant numerum [13]); Petri quoque apostoli prima littera, id est Π, qui numerus [14]) octoginta significat; eius [15]) qui scribit epistolam [16]) prima littera [17]), cui [18]) scribitur secunda [19]), accipien[ti]s tertia [20]), civitatis quoque [21]) de qua scribitur quarta, et indictionis, quæcumque est id [22]) temporis, idem [23]) qui fuerit [24]) numerus adsumatur; atque ita [25]) his omnibus litteris Grecis, quæ, ut diximus, numeros exprimunt, in unum ductis, unam, quæcumque collecta [26]) [fuerit] [27]), summam epistola teneat. Hanc qui suscipit omni cum cautela requirat expresse [28]). Addat præterea separatim in epistola etiam nonagenarium et novem [29]) numeros, qui secundum Greca [30]) elementa significant AMHN.

Tres [31]) igitur prædictæ Græcæ litteræ, id est Π, Υ, A, et prima littera ex nomine Petri beati [32]), id est Π, quingentos sexaginta et unum efficiunt numeros. Π enim, [quæ] [33]) prima est in nomine summi Patris, LXXX numerat; Υ vero, quæ prima est in nomine Filii, CCCC numerat; A vero, quæ prima est in prædicto [34]) nomine Spi-

— 12) Cæteri, *quadringentesimum*. — 13) Rhenaug. A, *numeros*. — 14) Sirmond. *quæ numerum*; Vatic. F, Regin. *qui numeros*. — 15) Sirmond. addit *quoque*. — 16) Sirmond. Vatic. F, *episcopi*. — 17) Verba *id est* Π..... .... *prima littera* desunt in Vatic. I. — 18) Rhenaug. A, *eius cui;* Paris. A, *cuius*. — 19) Monac. B, Vindob. A, Vatic. F, Paris. A, addunt *littera*. — 20) Monac. B, Vindob. A, Rhenaug. A, Vatic. I, Paris A, addunt *littera*. — 21) H. v. deest in Sirmond. — 22) Paris. A, *idem ;* Regin. *illius*.— 23) Monac. B, Vindob. A, Vatic. F, *id est;* Rhenaug. A addit *si decem, X; si undecima, XI; si duodecima, XII*. — 24) Verba *idem qui fuerit* desunt in Regin. — 25) H. v. deest in Vatic. F. — 26) H. v. deest in Vatic. F. — 27) H. v. e cæteris supplevi. — 28) Monac. B, Vindob. A, Rhenaug. A, Vatic. I, *expressam;* verba *Hanc qui suscipit*..... *expresse* desunt in Regin. — 29) Cæteri, *nonum*. — 30) H. v. deest in Vindob. A. — 31) Quæ sequuntur desunt apud cæteros præter Reginonem. — 32) H. v. deest in Regin. — 33) H. v. e Regin. supplevi. — 34) H. v. deest in Regin.

Digitized by Google

ritus Sancti, I indicat; si addas Π, qui in nomine sancti Petri est prima, quæ numerat[35]) LXXX, quingentos sex[aginta] et unum, ut prædiximus[36]), repportes[37]) numerum[38]). AMHN vero, quod in fine prædictæ epistolæ scriptum est, nonaginta novem significat[39]) numeros[40]); A enim unum, M quadraginta, H octo, N quinquaginta numerat, qui numeri simul collecti, id est I et XL et VIII et L[41]), XCIX efficiunt numeros. Si vero[42]) summam totam simul iungas, DCLX epistola numeros tenet[43]).

Litteræ formatæ seu dimissoriæ.

DCXLIV.

[*Sine rubrica.*]

Qui formatam epistolam facere vult, hanc subscriptionem faciat, in qua contineantur Patris et Filii et Spiritus Sancti nomina, Π, Υ, A, Π; Π, Υ, A, octogenarium quadrage[nte]simum et primum numerum, Π, octogenarium; addatque primam literam episcopi mittentis, addat et secundam episcopi ad quem mittitur, terciamque fratris pro quo mittitur, etiam quartam civitatis de qua mittitur; addat insuper indictionem eiusdem anni; addat et augmentum AMHN, quod exprimit XCIX. Postea salutem preponat, ratioque talis sequatur :

Hanc itaque scedulam, quam vulgo *formatam* nuncu-

— 35) Regin. *id est*. — 36) Verba *ut prædiximus* desunt in Regin. — 37) Regin. *reperies*. — 38) H. v. deest in Regin. — 39) Reg. *indicat*. — 40) H. v. deest in Regin. — 41) Verba *numeri simul*. . . . . *et L* desunt in Regin. — 42) Regin. *sive*. — 43) Regin. addit: *Sed propter minus scientes ponenda videntur elementa ipsa Græca cum numeris propriis;* sequiturque alphabetum, in quo litterarum formæ, nomina numerique exhibentur. Hoc idem alphabetum in cod. Rhenaug. A invenitur.

DCXLIV. Exstat h. f. in cod. Vatic. G; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

Litteræ formatæ seu dimissoriæ.

pant, Grecis apicibus secundum providam CCCXVIII patrum auctoritatem in Nycena synodo congregatorum insignitam vestræ magnificentiæ dirigere curavimus, admodum supplicantes ut a nobis plena indulta licentia, in quocumque vestræ diocesis loco oportunitas Domino militandi contigerit, per hanc tytuli cautionem, remoto totius dubietatis scrupulo, a vestra magnifica pietate suscipi mereatur. Dirigimus enim eum vobis virum nostræ sanctæ matris æcclesiæ in Christo filium morumque probitate ac vitæ merito et sanæ fidei disciplina multorumque adsertionibus apud nos non mediocriter adprobatum. Inseruimus ergo præscriptorum numeros elementorum, id qualecumque significantes.

DCXLV.

EXEMPLAR EPISTOLÆ FORMATÆ.

In nomine Π Patris et Υ Filii et A Spiritus Sancti, Ratbodus, sanctæ Trevericæ ecclesiæ ac plebis ipsius humilis servus *a*), Rotperto, reverendæ sanctæ Mettensis ecclesiæ antistiti *b*), in Christo pastorum principe mansuram cum gaudio prosperitatis ac perpetuitatis gloriam. Decreta sanctorum trecentorum decem et octo patrum Niceæ constitutorum saluberrima servantes, Deo dignam piamque fraternitatem vestram canonice aggredimur, et

DCXLV. Hanc formulam deprompsi ex opere Reginonis *De synodalibus causis*, lib. I, cap. 450 (ed. Wasserschleben); eam Sirmondus recudit inter *Formatarum exempla*, nº 9.

a) Ratbod occupa le siége archiépiscopal de Trèves du 8 avril 883 au 30 mars 915. Cf. *Gallia christ. nov.*, XIII, 394.

b) Rotpert occupa le siége épiscopal de Metz du 22 avril 883 au 2 janvier 916. Cf. *Gallia christ. nov.*, XIII, 720.

Digitized by Google

sub nomine *formatæ epistolæ* reverenter vestram sanctitatem adimus, vobis videlicet intimando quia præsenti presbytero nostro, nomine Gislemaro, has dimissorias dedimus literas, quem in nostra diœcesi ecclesiastice educatum de ordine clericatus ad presbyteratus proveximus gradum, ut his canonicis munitus apicibus cum nostra licentia ei in vestra parochia sub defensione ac regimine vestræ caræ dilectionis degere liceat, illumque in sinu sanctæ matris ecclesiæ canonice fovendum ac regendum vobis committimus. Hanc ergo epistolam Græcis literis hinc inde munire decrevimus, et annulo ecclesiæ nostræ bullare censuimus. Christus pastorum princeps, interventu beati Petri, cui specialiter ovile dominicum commissum est, fraternitatem vestram ad custodiam sui gregis diu nobis conservet incolumem, amen. Π. Υ. Α. Π. Ρ. Ο. Σ. Υ. Θ. ΑΜΗΝ. Summa horum MDXXXIX *a*).

Litteræ formatæ seu dimissoriæ.

Data Treveris, idibus octobris, anno dominicæ incarnationis DCCCCVI, indictione nona *b*).

a) Le copiste a commis ici une faute d'addition, car la somme des différents nombres exprimés en lettres grecques à la fin du document ne s'élève qu'à MCCCCXXXIX. Wasserschleben a justement relevé cette erreur, que Baluze avait passée sous silence, et que Sirmond avait corrigée, sans faire aucune réflexion.

b) Sirmond et Bréquigny (*Table chronologique*, I, 366) ont cru devoir corriger cette date, et la reporter au 15 octobre 905, sans doute parce qu'ils faisaient commencer l'indiction au 1er ou au 24 septembre; mais plusieurs des diplômes publiés par Lacomblet (*Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins*) montrent qu'au dixième siècle, dans la région du Rhin, on usait fréquemment de l'indiction pontificale; le diplôme de l'empereur Othon, du 30 décembre 936, publié sous le nº XCII, prouve même que cette indiction était prise du 25 décembre. Je crois donc qu'il faut respecter ici le texte des manuscrits, et conserver la date du 15 octobre 906. Cf. *Nouveau Traité de Diplomatique*, IV, 476 et suiv.

Digitized by Google

DCXLVI.

ITEM ALIA EPISTOLA [1]).

Litteræ formatæ seu dimissoriæ.

Reverendissimo et sanctissimo Ratbodo, sanctæ Treverensis ecclesiæ archiepiscopo *a*), Dado, Wirdunensis ecclesiæ devotus [2]) gregis Christi famulus *b*), in Domino vero rege [3]) summæ felicitatis beatitudinem. Cum sancta catholica ecclesia prompta sit sequi documenta evangelica, quæ dicunt : *Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet, et qui recipit iustum*, etc. *c*), et apostolus iubeat hospitalitatem sectari et necessitatibus sanctorum virorum communicare, tamen [propter eos] [4]) qui cauteriatam habent suam conscientiam, dicentes se esse simplices, cum sint astutia diabolica repleti, et pro opere pietatis dicunt se de loco ad locum transire, cum sint sua malitia faciente fugitivi, et dicunt se esse ministerio sacro insertos, cum non sint, statutum est a sanctis patribus neminem clericum alienum et ignotum recipi ab aliquo episcopo et inthronizari in sua ecclesia, nisi habeat a proprio episcopo epistolam, quæ in canonibus nominatur *formata*. Ideo notum facimus paternitati vestræ quod

DCXLVI. Hanc formulam deprompsi ex opere Reginonis *De synodalibus causis*, lib. I, cap. 451 (ed. Wasserschleben); exstat quoque in *Decreto* Burchardi Wormaciensis, lib. II, cap. 227; eam Sirmondus recudit inter *Formatarum exempla*, nº 10. — [1]) Burch. *Exemplar formatæ epistolæ, quæ in Nicæna synodo a sanctis patribus est formata et collaudata.* — [2]) Burch. *In nomine Patris* II, *et Filii* Υ, *et Spiritus Sancti* A, *Walterio Spirensi episcopo, ego Burchardus sanctæ Wormaciensis ecclesiæ devotus.* — [3]) Burch. *in Deo vero.* — [4]) Verba uncis inclusa e Burchardo supplevi.

a) Cf. *supra*, p. 912, note *a*.

b) Dadon occupa le siége épiscopal de Verdun depuis 881 jusqu'en 923. Cf. *Gallia christ. nov.*, XIII, 1177.

c) Cf. *Ev. sec. Matth.*, X, 41.

Digitized by Google

Litteræ formatæ seu dimissoriæ.

præsens frater noster, harum literarum portitor, nomine Adruinus [5]), non pro sua nequitia expulsus est a nobis, sed postulantibus fratribus nostris, eo quod ex familia nostra fuit [6]), fecimus ei libertatem receptam a cornu altaris canonice et ordinavimus eum ad gradum presbyterii, cui etiam has dimissorias sive commendatitias literas fecimus, et eum ad vestram dilectam fraternitatem dirigimus, ut in vestra parochia sub vestro sacro regimine et defensione consistere valeat. Ego, inquam [7]), in nomine Π Patris et Υ Filii et A Spiritus Sancti, et in unitate sanctæ ecclesiæ, in qua Petro datum est ius ligandi atque solvendi, absolvo, Dado, humilis episcopus [8]), presbyterum Adruinum [9]) de civitate Wirdunensi [10]), indictione IX [11]), et licentiam do vobis, Ratbode, venerabilis archiepiscope [12]), inthronizandi eum in quacunque ecclesia vultis vestræ parochiæ. Dilectam paternitatem vestram virtutum floribus insignitam omnipotens Deus conservare dignetur [13]). AMHN. Π. Υ. A. Π. Δ. A. P. Δ. Θ. DCCLXXVIII *a*).

Data [14]) V id. maiis [15]), anno dominicæ incarnationis DCCCCVI [16]), indictione IX [17]).

— [5]) Burch. *Ecmannus*. — [6]) Burch. addit *et noster baptizatus*. — [7]) Burch. addit *Burchardus humilis episcopus*. — [8]) Verba *Dado humilis episcopus* desunt in Burch. — [9]) Burch. *Ecmannum*. — [10]) Burch. *Wormaciensi*. — [11]) Burch. *X*. — [12]) Verba *Ratbode venerabilis archiepiscope* desunt in Burch. — [13]) Burch. *Hanc ergo epistolam Græcis litteris hinc inde munire decrevimus, et anulo ecclesiæ nostræ firmare censuimus. Fraternitatem vestram Christus nobis incolumem conservet*. — [14]) Burch. addit *Wormaciæ*. — [15]) Burch. *idibus martii*. — [16]) Burch. *MXII*. — [17]) Burch. *X*.

a) Burchard ayant changé les noms de lieux et de personnes, les lettres grecques et la somme qu'elles expriment ne peuvent être les mêmes dans son texte que dans celui de Réginon.

Digitized by Google

DCXLVII.

LITTERIS COMMENDATITIIS.

Litteræ formatæ seu dimissoriæ

Sancto et Deo amabile Magnone, donum Dei archiepiscopo ex Senonica urbe *a*), ego enim, in Dei nomine, Ebroinus, donum Dei archiepiscopus ex Bitorige urbe *b*), in Domino Ihesu salutes optamus vobis in perpetuum. De cetero notum facimus sanctitati vestre quia iste presens presbyter, nomen Dodobertus, parrochianus noster, in nostra diocese natus et sacris litteris edocatus, ad ordinem sacrum eum promovere iussimus. Postea vero petivit nobis licentiam ut in vestram parrochiam apud homine alico, nomen Hercambaldo, manere voluisset. Nos vero petitione illius non denegavimus, nisi licentiam illi dedissemus, quia scimus quod de bene liberis hominibus ortus sit. Unde has litteras commendaticias more ecclesiastico factas ad sanctitatem vestram misimus, ut scire valeat Deo digna caritas vestra eum nec fuga lapsum, nec sua malicia a nobis eiectum, sed nostra voluntate destinatum. Et ut certius credatis, Greca elementa, que octogenarium quadringentesimum et primum numerus exprimunt, inprimitus adneximus, II Petri quoque nomine prima littera sumpta in medium adscribere rogavimus, nihilominus etiam parvitatis nostre nomine prima littera H E *c*), ma-

DCXLVII. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. in Append. ad Marculf. nº 12, § 1; eam Sirmondus recudit inter *Formatarum exempla*, nº 1.

a) Cf. *supra*, p. 97, note *e*.

b) On ignore la durée précise du pontificat d'Ebroin; on sait seulement que son successeur occupait déjà le siége archiépiscopal de Bourges en 820. Cf. *Gallia christ. nov.*, II, 20.

c) La réunion de ces deux lettres, qui semble laisser le choix au lecteur, prouve que le copiste hésitait sur la manière de transcrire en grec le nom d'Ebroin.

Digitized by Google

gnitudinis vestre secunda littera A, istius fratri nomine tercia littera Δ, civitatis nostræ quarta Ω *a*) et indictione quarta adiunximus; addimus nonagenarium et nonum numerus, id est Φ *b*) et Θ, et insequenter inpressione sigilli nostri supter confirmavimus, et manu propria eum roboravimus et clericis nostris roborari iussimus.

Litteræ formatæ seu dimissoriæ.

Actum in anno decimo imperii domni nostri illius et anno XLIII regni eius *c*), in Dei nomine, feliciter, amen.

DCXLVIII.

[*Sine rubrica.*]

In nomine Π et Υ et A, reverentissimo, sancto et Deo amabile illi archiepiscopo Senonice urbis *d*), ego enim, in Dei nomine, ille Cinomanice civitatis episcopus *e*), in Domino Iesu Christo opto vobis salutem in perpetuum. De cetero notum facimus sanctitati vestre quia iste presens

DCXLVIII. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. in Append. ad Marculf. n° 12, § 2.

a) Sirmond ayant écrit *Biturige* au lieu de *Bitorige* a cru devoir, pour être conséquent, substituer un Υ à l'Ω du manuscrit; mais comme la formule ne contient pas l'addition des différents nombres qui s'y trouvent exprimés en lettres grecques, il est impossible de se prononcer sur le mérite de cette correction.

b) Le copiste a commis une erreur en substituant un Φ, qui vaut 500, au signe représentatif de 90, que peut-être il ne connaissait pas.

c) Cette date correspond à l'année 810.

d) L'archevêque de Sens désigné ici est le même que dans la formule précédente.

e) L'évêque du Mans dont il est ici question doit être Francon Ier, qui occupa ce siége épiscopal de 793 ou 794 jusqu'à 816. On voit quelques lignes plus bas que la première lettre de son nom est traduite en grec par un Φ. Cf. *Gallia christ. nov.*, XIV.

Digitized by Google

Litteræ formatæ seu dimissoriæ.

presbyter, nomine illo, parrochianus noster, in nostra diocese natus et sacris litteris edocatus, ad ordinem sacrum eum promovimus. Postea vero petivit nobis licentiam ut in vestra parrochia aput hominem, nomine....., manere voluisset. Nos vero petitione illius non denegavimus, nisi licentia illi dedissemus, quia scimus et agnoscimus unde ortus sit. Unde has litteras commendatitias more ecclesiastico factas ad sanctitatem vestram missimus, ut scire valead Deo digna caritas vestra eum nec fuga lapsum, nec sua ulla malitia a nobis eiectum, sed nostra voluntate destinatum. Et ut certius credatis, Greca elementa, que octogenarium quadringentesimum et primum numerus exprimunt, inprimitus adneximus, Π Petri quoque nomine prima littera sumpta in medium adscribere rogavimus, nihilominus etiam parvitatis nostræ nomine prima littera Φ, magnitudinis vestre secunda littera A, istius fratri nomine tercia littera Ω et indictione quarta; addimus præterea nonagenarium et nonum numerum, id est Φ *a*) et Θ, et insequenter inpressione sigilli nostri eam confirmavimus, et manu propria eam roboravimus et clericis canonicis nostris roborare iussimus.

Actum in anno decimo imperii domni illius serenissimi imperatoris, XLIII regni eius *b*), in Dei nomine, feliciter, amen.

a) Cf. *supra*, p. 917, note *b*.

b) Cette date correspond, comme celle de la formule précédente, à l'année 810.

Digitized by Google

DCXLIX.

IN DEI NOMINE INCIPIT EPISTOLA, QUÆ FORMATA DICITUR SIVE COMMENDATICIA.

Litteræ formatæ seu dimissoriæ.

Reverentissimo atque gloriosissimo [1]) et ab omnibus [2]) cum summa veneratione nuncupando illi episcopo, ego ille extremus sub pontificali officio Deo famulantium, perpetuam in Domino Ihesu opto salutem [3]). Π. Υ. Α. Π. Α. Α. Α. Α. Ι. DLXXV *a*). Presens frater noster ille petiit ab extremitate

DCXLIX. Exstat h. f. in codd. Monac. B, K, Vindob. A, Rhenang. A; eam vulgaverunt Fr. Pithæus ad *Epitome Novellarum Juliani antecessoris*, const. VI, 26; Baluzius inter Baluz. maj. nº 39; Gerbertus inter *Monumenta veteris liturgiæ*, part. II, p. 113; Ernst Dümmler in *Formelbuch des Bischofs Salomo III von Konstanz*, nº 23; Friedrich von Wyss in *Alamannische Formeln und Briefe*, nº 6. — [1]) Cæteri, *religiosissimo*. — [2]) Cæteri, *a nobis*. — [3]) Rhenaug. A addit *Glossa Patris, Filii, Agio Pneumati*.

a) Il existe une grande divergence entre les différentes versions imprimées ou manuscrites de cette formule, soit au sujet des lettres grecques insérées dans le texte, soit au sujet du chiffre que la réunion de ces lettres doit exprimer. A côté de la leçon fournie par les manuscrits de Munich et de Vienne et par l'édition de M. Dümmler, que j'ai reproduite, et qui a du moins le mérite de faire concorder le chiffre total avec la valeur des lettres, le manuscrit de Rheinau, suivi par M. de Wyss, donne Π Υ Α Π Α Μ Α, DXCV, l'édition de Gerbert Π Υ Α Π Α Α Α Α Ι, DXCV, et l'édition de Baluze Υ Υ Α Τ Α Α Α Α Ι, DLXXV. On peut à la rigueur ne pas tenir compte de cette dernière, où, par suite d'une erreur évidente, on lit deux fois un Τ à la place d'un Π; mais il est certain qu'en additionnant les caractères grecs insérés dans le texte de Gerbert et dans celui du manuscrit de Rheinau, on trouve un chiffre de 633 dans l'un, et de 632 dans l'autre, au lieu de 595. D'un autre côté le chiffre de 575, fourni par les manuscrits de Vienne et de Munich, doit être rejeté comme insuffisant, et l'on est forcé de reconnaître que celui de 595 est le véritable, puisqu'en se combinant avec celui de 99, que réprésente le mot ΑΜΗΝ, il donne la somme totale de 694 qu'on lit à la fin de la formule. C'est donc dans la série des lettres grecques,

Digitized by Google

Litteræ formatæ seu dimissoriæ.

nostra licentiam ad vestram almitatem proficiscendi atque vobiscum sive cum vestris habitandi. Cui et nos benivola mente et fraterno affectu non solum ei copiam ad vos veniendi non negavimus, verum etiam ut a vobis sive a vestris gratifice suscipiatur exposcimus; et si vobis placuerit ut aut in gradu, quem modo tenet [4]), sacris altaribus ministret, aut ad altiorem gradum promoveatur, nostro sive nostrorum testimonio suscepto id ei facere liceat, quippe qui nihil in eo tale [5]) noverimus, quo id faciendi ei licentia denegetur. Bene namque in ecclesia, in qua hactenus fuit educatus, bene conversatus, hoc nobis de se sive de sua vita ostendit, ut, in quantum humana fragilitas scire potest, administratione sacrorum [6]) ministeriorum non sit indignus. Nos itaque, ut homines divini sensus inscii et archanorum ignari, prebemus de fratre quale scimus testimonium. Deus est enim quem occulta non fallunt et qui omnium secreta rimatur, iuxta illud : *Homo videt in facie, Deus autem in corde a*). Has ergo litterulas ideo illi petere et nobis facere libuit, ut ille non solum pro profugo aut abiecto non habeatur, verum etiam et nostræ [7]) humanitatis et caritatis commendatione a vestra fraternitate libentissime suscipiatur. AMHN, XCIX. Salus æterna, quæ Christus est, et in hoc præsenti tempore vobis longevam salutem et in futuro cum sanctis et electis sempiternam largiri dignetur, amen. DCXCIV *b*).

— [4]) Verba *in gradu quem modo tenet* desunt in Rhenaug. A. — [5]) Gerbert. *tute*. — [6]) Hic Rhenaug. A addit *gradum quem modo tenet*. — [7]) Rhenaug. A. *nostra*.

telles qu'elles sont figurées par les copistes ou les éditeurs, qu'il faut introduire une correction; mais j'avoue qu'en l'absence des noms propres et de l'indiction il devient impossible de préciser le point sur lequel elle doit porter.

a) Cf. *Lib. I Reg.*, XVI, 7.

b) Michel Denis (*Codd. mss. theolog. bibl. Vindob.*, t. I, part.

Digitized by Google

DCL.

FORMATA EPISTOLA.

Litteræ formatæ seu dimissoriæ.

Π et Υ et A, adiuvante clementia Christi, vestigia fidei beatissimi Π principis apostolorum prosequens, licet indignus, tamen præsul ecclesiæ Christi ordinatus, reverentissimo et consacerdoti nostro A., indeficientem in salvandorum omnium salvatore salutem. Præsens frater noster, nomine L., petiit ab extremitate nostra.... *hinc iuxta prius exemplar, usque :* libentissime suscipiatur. Salus æterna, quæ Christus est, et in hoc præsenti tempore vobis longevam salutem et in futuro cum sanctis et electis sempiternam largiri dignetur, amen.

Data XV kal. martii, indictione VI, sub anno primo Arnulfi, regis Francorum *a*). MXCVII *b*).

DCLI.

ITEM ALIA.

In nomine Patris Π et Filii Υ et Spiritus Sancti A, ille episcopus, venerabilibus præsulibus illis, carissimis nobis

DCL. Exstat h. f. in cod. Rhenaug. A; eam vulgaverunt Gerbertus inter *Monumenta veteris liturgiæ*, part. II, p. 114; Friedrich von Wyss in *Alamannische Formeln und Briefe*, nº 17.

DCLI. Hanc formulam Baluzius vulgavit inter Baluz. maj. nº 40, nescio cujus codicis ope.

III, p. 2988) a commis une erreur semblable à celle que j'ai déjà relevée, p. 625, note *a*, en considérant ce chiffre comme l'indication d'une date, au lieu d'y voir la somme des différents nombres exprimés en lettres grecques dans le cours du document.

a) Cette date correspond au 15 février 888. Cf. *supra*, p. 458, note *a*.

b) Ce chiffre représente évidemment la somme des différents nombres qui devaient être exprimés en lettres grecques dans le cours de la formule.

Digitized by Google

Litteræ formatæ seu dimissoriæ.

patribus et confratribus, pacem omnem et salutem sempiternam. Audientes præsentem ecclesiæ nostræ filium illum, in eadem quoque natum, nutritum atque eruditum, et usque in presbyterii dignitatem a nostro præcessore provectum, vobis vestræque ecclesiæ necessarium esse et utilem, mutua caritate et fraterna compassione destinamus eum vestræ paternitati, ut in omnibus, sicut ex vestris uno, illo quoque utamini in Christo, hoc scientes quia nullius malæ famæ apud nos usque nunc fuit, vita honestus, moribus simplex. Scientia quidem non extollitur a nobis, quia nec potest, Homerica; sed, ut ita dicamus, ut in pluribus non civilibus sed exterioribus, vulgo egonica. Et quia non divisa sed unica est ecclesia Christi, non multiformis sed concors, inter nos etiam quædam familiaritas præ aliis familiaritatibus animata, decet omnino ut et vos utamini nostris ut vestris, et nos vestris ut nostris. Hæc omnia invicem agamus in Christo Iesu Domino nostro. Et ut hæ nostræ humilitatis litteræ de præfato fratre vestræ caritati missæ non fictæ sed fixæ, non ventosæ sed firmæ comperiri valeant, Græcos apices, quos ecclesiasticus mos in huiusmodi rebus agendis decrevit, constituit et obtinuit, subter addere cum numeris ad se pertinentibus curiose decrevimus, hoc est primos, quos iam superius posuimus, Patris Π, Filii Υ, Spiritus Sancti A, qui exprimunt numerum octogenarium quadringentesimum et primum; Petri quoque apostolorum principis primam Π, qui habet numerum, ut iam dictum est, octogenarium; nostri quoque nominis primam, nostræ quoque civitatis, de qua scribitur, quartam, et vestræ, ad quam scribitur, quintam, indictionis quoque præsentis anni numerum, et summam utriusque numeri; addidimus præterea seorsum in conclusione epistolæ universa præfata, claudentes no-

Digitized by Google

nagenarium et nonum numerum, qui secundum Græca elementa significat AMHN. Orate pro nobis orantibus pro vobis, amen.

Litteræ formatæ seu dimissoriæ.

DCLII.

ITEM ADHUC ALIA.

Clarissimo in Christo atque sanctissimo fratri illo episcopo, itemque ille indignus archiepiscopus, in Domino salutem optat. Præsens denique presbyter ille, nomine...., ad nostram confugit exiguitatem, nobis rememorans qualiter antecessor noster domnus Ioseph *a*) eum ordinavit per deprecationem Fredegisi abbatis *b*) in titulo sancti Martini, in villa quæ dicitur illa, et recordans quod nos in ipso die suæ ordinationis eum inquisivimus. Ideo ad vestram misimus ipsum prudentiam, ut in vestra illi licitum sit suum peragere parrochia officium. Et ut certius credatis a nobis ipsum ordinatum, hanc epistolam, quam *formatam* dicimus, concludimus eo tenore, ut credimus a sanctis patribus constitutum esse, id est primam litteram Patris et Filii et Spiritus Sancti, ut in nomine ipsius condita conservetur; item primam litteram Petri ponimus, qui primus apostolorum fuit, quæ, ut transtulimus, LXXX significat; ponimus ad nostrorum nominum litteras loci, quamvis diversorum, ordine tamen ut constitutum est, id est me indignum primam litteram, vestri gloriosi secundam, ter-

DCLII. Hanc formulam Baluzius vulgavit inter Baluz. maj. nº 41, nescio cujus codicis ope.

a) Joseph fut archevêque de Tours de 792 à 815. Cf. *supra*, p. 515, note *a*. Son successeur, dont il est ici question, se nommait Landran; il occupa le siège archiépiscopal de 815 à 836. Cf. *Gallia christ. nov.*, XIV.

b) Cf. *supra*, p. 32, note *c*.

Digitized by Google

Litteræ formatæ seu dimissoriæ.

tiam civitatis nostræ de qua mittitur, quartam vestræ urbis ad quam mittimus; addidimus indictionem, quæ est.....; AMHN, quod nonagenarium nonum numerum exprimit. Valete in Domino.

DCLIII.

ITEM ADHUC ALIA *a*).

Reverentissimo almifluæque religionis cultu sincerissimo sanctæ illius sedis archiepiscopo vel episcopo, Adventius, reverendæ Mettensis ecclesiæ ac plebis ipsius humilis famulus *b*), in Christo pastorum principe mansuram cum gaudio prosperitatis et perpetuitatis gloriam. Decreta sanctorum CCCXVIII patrum Nicæa constitutorum saluberrima servantes, Deo dignam piamque fraternitatem vestram canonice aggredimur, et sub nomine *formatæ epistolæ* reverenter vestram sanctitatem adimus, vobis videlicet intimando quia præsenti presbytero vel diacono seu subdiacono, nomine illo, has dimissorias dedimus litteras, quem in nostra diocesi ecclesiastice educatum de ordine clericatus ad illum proveximus gradum, ut his canonicis munitus apicibus, cum nostra licentia ei in vestra parrochia sub defensione ac regimine vestræ caræ dilectionis degere liceat, et ut eum, si morum probitas et doctrinæ dignitas suppetit, ad ecclesiasticos ordines promoveatis fideliter annuimus, et in sinu sanctæ matris ecclesiæ canonice fovendum ac regendum committimus. Hanc ergo epistolam Græcis lit-

DCLIII. Hanc formulam Baluzius vulgavit inter Baluz. maj. nº 42, nescio cujus codicis ope.

a) La formule publiée sous le nº DCXLV, d'après Réginon, est presque entièrement semblable.

b) Cf. *supra*, p. 100, note *b*.

Digitized by Google

teris hinc inde munire decrevimus, et anulo ecclesiæ nostræ bullare censuimus. Christus pastorum princeps fraternitatem vestram ad custodiam sui gregis diu nobis conservet incolumen, amen.

Litteræ formatæ seu dimissoriæ.

DCLIV.

INCIPIT EPISTOLA EIUSDEM.

In nomine Π et Υ et A, omni nobilitate pollentem illo urbis venerabili antistiti, ille civitatis illius episcopus, in Domino salutem. Magnitudinis vestræ cognoscat solertia quia præsens diaconus, nomine illo, facultatem ad vos veniendi et in vestra parrœchia commorandi a nobis expetiit. Nos autem eius petitionem, quam non subdolam agnoscimus, præbemus et adsensum non denegamus. Ideo autem has literulas, quas mos Latinus *formatas* nominat, vestræ magnitudini mittere decrevimus, ut non fuga lapsus aut abiectus putetur, sed ut fidelis famulus a patre dimissus canonice credatur. Enimvero ut a nobis certius editas agnoscatis, Greca helementa superius conprehensa, a patribus trecentorum decem et octo Nicea congregatis instituta, quæ octogenarium quadringentesimum et primum significant, inserere curavimus; Petri quoque apostoli primam litteram Π addere satagimus; nostre vero exiguitatis primam litteram istiusque fratris nomine secundam et vestræ sanctitatis tertiam ac civitatis vestræ quartam et indictionis præsentis anni, quæ est....., adnotare studuimus; addidimus præterea et AMHN, quod nonagenarium et nonum numeros ostendit.

DCLIV. Exstat h. f. in cod. Vatic. F; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

DCLV.

ITEM ALIA FORMATA.

Litteræ formatæ seu dimissoriæ.

Dominorum egregio ac sophistica facundia glorioso spiritalique docmate admode florato venerandissimorum præsulum illo episcopo, inclito patri, ille Patriacensis æcclesie indignus episcopus, optat in salvatore pacem præsentem ac perpetuitatis gloriam. Qu[i]a iuri ecclesiastico convenit ut rectores sanctæ Dei æcclesiæ æterna caritate se diligentes primo ab invicem subleventur auxilio, æquum esse cernitur ut quicquid oportunitate utili in tali conditione censuerint, ratum esse videatur. Idcirco ad vos direximus hos apices, ut sciat sanctitas vestra hunc sacerdotem, nomine illo, nec fuga lapsum, nec fraude profectum, sed nostra spontanea voluntate ad vos directum pro persecutione Nortmannorum, que nobis intolerabilis inminet, ut liceat ei vestræ in diocesi sacrum ministerium cælebrare sacrisque altaribus insistere, ut saltim per hoc mereatur necessaria victui impetrare, quia nobis vix vivus potui[t] evadere. Mitto etiam vobis, pater beatissime, Grecorum elementa secundum suæ linguæ idioma numeris ac supputationibus adnotata. Optans et gestiens vos vitare scandalo institutis æcclesiasticis contrario, et Deum deprecans quatinus æcclesia vobis a Deo commissa in bonis omnibus semper fulgeat absque macula et alicuius inmunditiæ eruga, precor dulcedinis vestræ magnitudinem ut præsenti sacerdoti, horum apicum latori, ad parrœchiam vestram specialiter pertinenti, misericordiam vestræ piætatis impendere dignemini, quia eius bonum testimo-

DCLV. Exstat h. f. in cod. Bernensi B; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

nium perhibere audeo in titulo religionis et in castimoniæ officiis. Dominus Ihesus verus princeps pontificum ipse vos suæ sponsæ ita feliciter præesse faciat, ut in cæleste Hierusalem vobis eam restituat, cum qua vos in æternum ante thronum suæ maiestatis tribua iubeat.

Litteræ formatæ seu dimissoriæ.

DCLVI.

[*Sine rubrica.*] [1])

In Dei nomine, sanctissimo ac reverentissimo fratre illo episcopo, ille [illius] urbis episcopus, in Domino sempiternam salutem. Cognoscat fraternitas seu caritas vestra quia iste præsens presbyter, nomine ille, in parrochia et in ecclesia nostra sacris litteris edocatus fuit et ab infantia fuit apud nos seu prodecessores nostros, bonum habens testimonium bonamque continentiam et innocentem vitam deducens. Unde placuit illi modo ut ad aliam ecclesiam se converteret, volens sibi quærere seniorem, qui se de rebus temporalibus adiuvet, et cui ille secundum ministerium, quod sibi iniunctum est, obsequium præbeat. Unde vestram fraternitatem conpertam facimus, ut cuicumque placuerit eum suscipere, absque ulla ambiguitate hoc faciat, sciens illum et boni esse testimonii et a nobis sibi ab ecclesia, quæ nobis ad regenda concessa est, migrandi licentiam accepisse. Et ut æ littere firmiorem obteneant dignitatem meliusque eis fides adhibeatur, manu nostra eas subter roboravimus.

DCLVI. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. in Append. ad Marculf. nº 12, § 3; eam recudit Sirmondus inter *Formatarum exempla*, nº 12. — [1]) Sirmondus rubricam sic inscripsit: *Formula generalis epistolæ formatæ.*

Digitized by Google

DCLVII.

INDICULUM DE EPISCOPO AD EPISCOPUM.

Litteræ formatæ seu dimissoriæ.

Venerabiliter venerando et desiderabiliter desiderando domno et in Christo patri illo, donum Dei episcopo, ego, in Dei nomine, ille, donum Dei illa civitate episcopus, qui prima salutes perennis vobis in Domino de cœlo ministrentur. Notum sit vobis quia pervenit iste frater ad nos, nomen illi; petiit nobis ut licuisset ei per nostrum comiatum in vestra parocchia advenire et vestra benedictione accipere ad onus presbiterum. Sciat sanctitas vestra quia nos dedimus ei comiatum, ut vos super eum manus inponatis ad onus sacerdotum, benedicatis ad titulum sancti illius, que est constructa in loco qui dicitur illo. Valete, dilectissimi pater.

DCLVIII.

SACRÆ PONTIFICALIS.

Sacri pontificatus honore sublimato illius sanctę civitatis episcopo, ille sanctę illius præsul, præsentis æterneque militię palmam in Christo. Audivimus et certa relatione didicimus vos hoc sacratissimo tempore, quo Dominus noster Ihesus Christus pro salute nostra homo fieri dignatus est, quod a sanctis patribus est constitutum, vos sacros ordines esse celebraturum; de quo valde gavisi sumus. Qua de re depræcamur sacram fraternitatem vestram ut hunc præsentem clericum, nomine illum, nostra par-

DCLVII. Exstat h. f. in cod. Vatic. A; nondum vulgata mihi videtur.

DCLVIII. Exstat h. f. in cod. Paris. K; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

rœchia natum et eruditum, secundum sue parvitatis modulum a diaconatus officium ad titulum sancti illius ordinetis, quo ibi Deo..... ministrare valeat, et nos vobis fidel..... valeamus.

Litteræ formatæ seu dimissoriæ.

DCLIX.

LITTERAS COMMENDATICIIS.

Sanctis ac venerabilibus claraque culmina sacerdotum, illo vocato episcopo vel cuncto clero ecclesiæ Bituricensis urbem, salutem in Domino. Nos enim alummi matris ecclesiæ sancti Stephani *a*), quorum subscriptionibus subter firmentur inserti, hos apices nostræ ad instar conmendaticiis litteris iuxta chanonicam institutionem vobis direximus. Isto presbitero, nomen illo, ad nos venit, et ipsi veritatæ dixit quod huic cum obiurgatione ad vestro consensu decrevistis quod in vestro ministerio non debuisset ministrare, nisi prius vobis fuisset cognitum de sua ordinatione, aut qualis pontifex eum sagraverat, aut quam ob causam dimiserat. Sed nos vobis per silabas innotiscimus quia aput nos in nostram urbem uriundus fuit, et per testimonium fidelium hominum Deum timentium illi pontifex eum sacravit, et per oppressionem seniore suo suam ecclesiam dimisit, nam non pro nullo suo crimine, et quando vel qualiter hactum fuit presentibus nobis.....

DCLIX. Exstat h. f. in cod. Lugd. Bat. B; nondum vulgata mihi videtur.

a) Cf. *supra*, p. 493, note *a*.

Digitized by Google

DCLX.

EPISTOLA COMMENDATICIA.

Litteræ formatæ seu dimissoriæ.

Summe sanctitatis, scientiæ, pietatis et ordinis culmine sublimato domino Y.[1]), dignitatis episcopalis infimus N. pastor[2]) ecclesiæ C.[3]), salutis et prosperitatis aucmentum et futuræ vitæ gaudium sempiternum *a*). Iste iuvenculus sectator fidei[4]) Π α, id est confessor æqualitatis et coeter-

DCLX. Exstat h. f. in codd. Paris. H, Monac. B, Vindob. A, Rhenaug. A; vulgat. inter Alsat. nº 11, eam recuderunt Ernst Dümmler in *Formelbuch des Bischofs Salomo III von Konstanz*, nº 25, Friedrich von Wyss in *Alamannische Formeln und Briefe*, nº 27. — [1]) Rhenaug. A, *N.* — [2]) H. v. deest in Rhenaug. A. — [3]) Rhenaug. A, *N.* — [4]) Rhenaug. A addit *beati*.

a) Tous les savants qui se sont occupés des différents recueils dont cette formule fait partie ont cherché à déterminer les noms des deux évêques qui s'y trouvent désignés. Zurlauben (*Mém. de l'Acad. des Inscrip.*, XXXVI, 191) pense qu'elle émane de Conrad, évêque de Constance de 935 à 974, et qu'elle est adressée à Ulric, évêque d'Augsbourg de 923 à 973. M. de Wyss l'attribue à Waldo, évêque de Coire de 914 à 949. Enfin Michel Denis (*Codd. mss. theolog. bibl. Vindob.*, t. I, part. III, p. 2989) lui donne pour auteur Salomon II, évêque de Constance (Cf. *supra*, p. 622 et 646, note *b*), et pour destinataire Witgar, évêque d'Augsbourg et archichapelain de Charles le Gros (Cf. *supra*, p. 359, note *b*). Cette dernière opinion, suivie par M. Dümmler, me semble d'autant plus vraisemblable, qu'elle s'accorde beaucoup mieux que les deux autres avec les différentes relations de parenté exprimées dans la formule. Il résulte en effet du savant travail généalogique auquel M. Dümmler s'est livré, et qui se trouve confirmé par le texte d'une des formules que je publierai plus bas, que les trois Salomon qui ont successivement occupé le siége épiscopal de Constance appartenaient à la même famille. Dans cette hypothèse, le jeune homme recommandé par son oncle Salomon II à l'archichapelain de l'empereur, et précédemment tonsuré par son grand-oncle Salomon I, serait celui qui joua plus tard un rôle important sous le nom de Salomon III. (Cf. *supra*, p. 456, not. *b*).

Digitized by Google

nitatis Π et Υ [et][5]) A, nomine A., MCCCLXII[6]), ex multo iam præcedente tempore pusillitatem nostram inquietare non cessat ut ad vestræ dominationis dulcedinem eum dirigere debeam, quatenus apud vestram sapientiam aliquid e multis ediscere possit, quo[7]) ad ministerium, cui deputatus est, quantulumcumque proficiens, vitam suam in ordine sacerdotali seu levitico transigere usquequaque non existat indignus. Opinio quippe omnimodarum virtutum in vobis redolentium more redolentium aromatum vel flagrantissimorum[8]) ita omnium animos oblectare dinoscitur, ut nec proximi ob desiderii nimietatem ea satiari, nec longinqui propter odoris magnitudinem ea possint privari[9]). Quapropter et ego huius pueri voluntatem divinitus existimans inspiratam, necnon[10]) simul et eius perpendens indolitiam[11]), et[12]) tantum in tali ætate ingenium, insuper et infantiam in optimis studiis tritam, nefas putavi eius bono desiderio abnuere et non ad vestram clementiam aliquid pro eius commendatione scribere[13]); quod etiam me non rogatum oportuisset facere, præsertim cum dominationem vestram me et omnes ad me pertinentes indulgentius semper habuisse certissimo experimento probaverim. Nunc ergo puerum istum, viscera mea, filium consobrine meæ, solam et maximam[14]) curam meam, commendo quibus estis plenissimi visceribus misericordiæ vestræ, ut vestram vitam et vos primis miretur ab annis, mansuetudinem vigore decoratam, doctrinam operibus commendatam, austeritatem dulce-

Litteræ formatæ seu dimissoriæ.

— [5]) H. v. e Monac. B supplevi. — [6]) Hic numerus deest in Rhenaug. A. — [7]) Rhenaug. A, *quæ*. — [8]) Monac. B, Rhenaug. A, *more flagrantissimorum aromatum*. — [9]) Rhenaug. A, *pruari*. — [10]) H. v. deest in Monac. B, Rhenaug. A. — [11]) Rhenaug. A, *indolem*. — [12]) Monac. B, Rhenaug. A, *necnon et*. — [13]) H. v. deest in Rhenaug. A. — [14]) H. v. deest in Rhenaug. A.

Digitized by Google

Litteræ formatæ seu dimissoriæ.

dine temperatam, taciturnitatem modestam, locutionem utilem vel necessariam, victus et somni parcitatem, mediocritatem vestitus, ieiuniorum et orationum per dies et noctes instantiam, largitionem elemosinarum, susceptionem hospitum, solamen lugentium, peregrinis et egenis vel egentibus [15]), plebibus et clero, monachis et virginibus, viduis et orphanis, comitibus et regibus, servis et liberis, coniugibus et continentibus, mediorimis [16]) et maximis, Iudeis et gentilibus [17]), vos unum omnia perdiscat effectum. Quod si aliquid apud vos, ubi omnes profitiunt doctrinę morumque profectus, Deo largiente, ceperit, debitorem Christum vobis de eo facitis, qui eum talem educaveritis, ut non solum sibi sed et aliis possit utilis fieri. Priorem autem eius vitam vestræ sapientiæ absque fuco manifestare curamus. A sancte recordationis avunculo meo S. [18]) episcopo detonsus in clericum, mox apud monasterium Sancti Galli cuidam religiosissimo omnique vigore et industria plenissimo viro commendatus, sub artissima disciplina et custodia litterarum studiis monasterialibusque insistens rudimentis, vitam suam, ut credo, spero et confido, adiutus gratia Dei [19]), hactenus servavit inlesam. Iuxta illud [20]) sapientissimi Salomonis, futuræ illius viæ [21]) ignari, commendamus eum Deo et verbo gratię eius, qui potens est edificare illum et dare hereditatem in sanctificationibus, ut sub vestra custodela semen doctrinæ Christi in eo coalescat [22]), antequam inimicus ei zizania super inspergat, quod, heu! pro dolor,

— [15]) Monac. B, *peregrinis et egentibus;* Rhenaug. A, *peregrinis et gentibus.* — [16]) Monac. B, Rhenaug. A, *mediocribus.* — [17]) Rhenaug. A, *gentibus.* — [18]) Monac. B, *Salomone;* Rhenaug. A, *illo vel illo.* — [19]) Verba *adiutus gratia Dei* desunt in Monac. B. — [20]) Monac. B, Rhenaug. A, *Iuxta sententiam vero.* — [21]) Rhenaug. A, *vitæ.* — [22]) Rhenaug. A, *calescat.*

Digitized by Google

cotidiæ in omni loco dormientibus agricolis agere persistit infestus. Vos autem ad custodiam gregis sui, ad correctionem totius Germaniæ, ad consolationem omnis ecclesiæ, vigiliis, orationibus omnique diligentia insistentem[23]) sancta Trinitas diu conservare et ad perpetuam remunerationem perducere dignetur[24]). L. XLVIII. L.

Litteræ formatæ seu dimissoriæ.

Scripta est epistola hæc anno præsenti, indictione XII. MCCCCLXIV[25]) *a*).

DCLXI.

ITEM ALIA BREVIOR.

N. sanctæ N. ecclesiæ pastor, dilectissimo et sanctissimo fratri et consacerdoti N. Florentino episcopo, in Domino[1]) salutem. Caritas vestra scire dignetur quod præsens frater noster, mediocribus apud nos natalibus ortus, optimis autem moribus et sacris litteris adprime institutus, a quodam cognato suo in vestra diocesi[2]) venire persuasus, postulavit a pusillitate nostra ut pro se aliquid ad dulcedinem vestram scribere curaremus. Cuius petitioni annuentes et paupertati consulentes, commendamus eum sanctitati vestræ, ut apud vos vitam suam in diaconii

— [23]) Rhenaug. A, *insistentes*. — [24]) H. v. deest in Rhenaug. A. — [25]) Vindob. A, DCCCCLXIV.

DCLXI. Exstat h. f. in codd. Paris. H, Monac. B, Vindob. A, Rhenaug. A; vulgat. inter Alsat. nº 12, eam recuderunt Ernst Dümmler in *Formelbuch des Bischofs Salomo III von Konstanz*, nº 26, Friedrich von Wyss in *Alamannische Formeln und Briefe*, nº 28, sed in fine mutilam. — [1]) Monac. B, Rhenaug. A, addunt *salvatore*. — [2]) Monac. B, *in vestram diocesim*.

a) Michel Denis commet au sujet de ce chiffre une erreur analogue à celle que j'ai déjà relevée *supra*, p. 625, note *a*.

Digitized by Google

Litteræ formatæ seu dimissoriæ.

gradu ducere debeat, usquequo, eius conversatione vobis et vestris agnita et probata, ad sacerdotii gradum in elemosynam vestram promoveri mereatur. Vitam eius priorem, Deo teste, sine fuco vobis intimavimus [3]); amator erat ieiuniorum et vigiliarum, et idcirco castitatis perpetuus custos, assiduus ecclesiarum visitator et minister, iuxta modulum suum pauperum susceptor et servitor, et caritatis in Deum et proximum indefessus executor. Vale.

DCLXII.

LITTERIS COMMENDATITIIS.

Notum sit omnibus in Christo Ihesu religiosa vita degentibus, ego quod ille abbati sancti de..... sime congregationis abba, fratris nostri de illi petitionibus satisfatiens, quia..... vite consortio apud nos coniunctus esse videbatur, quum mores vel habitum.... ferre non valentes, ad salubriora loca et sibi convenientia ei additum adeun[di con]cessimus, eo duntaxat modo ut ille nobiscum, absens corpore, tamen spiritu presens, [in] sanctis orationibus coniunctus esse debeat, et fratrum nostrorum assidua ora[tio] Dominum pro eo cotidie interpellet. Nos enim et cuncti fratres nostri valde eum reti[nere] maluimus; sed viri eum eius minime ferre valentes, consuluimus..... paterno affectu commoti, ad ea quæ sui sunt corporis convenientia loca, ut diximus, adeundi concessimus. Idcirco nostræ humilitatis apices ei conscripsimus atque subterfirmavimus, ut quia apud nos aliquod temporis spacium conversare vedebatur, securus et adiutus in Domino

— 3) Monac. B, *intimamus*.

DCLXII. Exstat h. f. in cod. Paris. G; vulgat. inter Baluz. minor. nº 9.

Digitized by Google

et defensus ab omni iurgio per easdem litteras ubique in Domino securam vitam degere valeat, supplicantes omnes, ad quos eum Dominus direxerit, pro nostræ parvitatis memoria ipsum clementer suscipere dignetis.

Litteræ formatæ seu dimissoriæ.

DCLXIII.

SUPPLICATURIO PRO EO QUI [1]) IN MONASTERIO CONVERSARE DESIDERAT [2]).

Domino sancto Deique cultore et mihi in Christo honorabile fratri illi abbati, ille salutem obtans mitti [3]) in Christo. Primum illud [4]) tamquam præsens sanctis vestris suggero provolutus pedibus, aut mei [5]) extremitatis litterole cum vestris fuerint sacris manibus tradedi [6]), pro me meosque [7]), quos mihi Christo [8]) coerere [9]) fecit amor, fratribus precibus Domno [10]) commendetis. Deinde [11]) subiectus vestri [12]) frater [13]) in Christo noster ille, superno [14]) inspiratus [15]) mune [16]), vestræ [se] [17]) sanctitate vult [subdere] [18]) obedientie. Nostras se petiit litterolas almitate vestræ commendare, per quas suppliciter postolamus ut ovem [19]) fauce [20]) lupi boni pastoris Christi manu erepta ad caulas [21]) Christi gregis tua sit dilegentia reducta, ac vice patris ac medici pia horo [22]) circa hunc sit vigilantia

DCLXIII. Exstat h. f. in codd. Paris. A, B, C, Lugd. Bat. B; vulgat. inter Marculf. II, 48. — 1) Paris. C, *quod*. — 2) Paris. C, *voluerit*. — 3) Paris. C, *inmitti*. — 4) Lugd. Bat. B, *illum*. — 5) Cæteri, *ut meæ*. — 6) Cæteri, *traditæ*. — 7) Paris. B, *pro meisque*. — 8) Paris. B, *Christi;* Paris. C, *in Christo*. — 9) Cæteri, *quoerere, quoherere, coherire*. — 10) Lugd. Bat. B, *in Domino*. — 11) Paris. C, Lugd. Bat. B, *dein*. — 12) Paris. C, Lugd. Bat. B, *vester*. — 13) Paris. B. *subiecit vestra fraternitas*. — 14) Paris. C, *sub prono*. — 15) Lugd. Bat. B, *inspirator*. — 16) Cæteri, *munere, monere*. — 17) H. v. e Lugd. Bat. B supplevi. — 18) H. v. e Paris. B, Lugd. Bat. B, supplevi. — 19) Lugd. Bat. B, *opem*. — 20) Lugd. Bat. B, *faci*. — 21) Lugd. Bat. B, *aulas*. — 22) Paris. B, Lugd. Bat. B, *oro*.

Digitized by Google

Litteræ formatæ seu dimissoriæ.

egrum, quem si pristine redditum sanitate pastori omnium cum ceteris presentaveris inlessum, que sequatur tuo mercis laboris [23]) obtime divinis nosti [24]) instructus oraculis. Vale memorem mei [25]), venerabilis in Christo frater [26]).

DCLXIV.

COMMENDATITIAS LITTERAS [1]) AD EPISCOPUM [2]) NOTO [3]).

Litteræ communicatoriæ.

Domino reverentissimo [4]) illi pape, ille reminiscentis vestram afectuosam beatitudinis caritatem, qua tunc ob obtenui [5]) retributiones æterne nostræ extremitatis personolam in intimis visceribus ac si unicæ dilectionis [6]) vinculum amplectabamini sedule. Qua fiducia provocatur [7]), hos apicis vilitatis nostræ fidenter [8]) a dignationem [9]) vestram [10]) per fratres nostros, filios vestros, gerolus presentes, destinare præsumpsi, per quos [11]) vestram almitatem, si præsumptio non offendit, salutationem [12]) munia, ut decet, non arroganter, sed humiliter destinare præsumo [13]), quos ut commendetur [14]) in omnibus [15]) recipere dignetis [16]) quesomus oportune. Etenim in tam longinquis [17]) regionibus propter necessitate [18]) fratrum conparandum

— [23]) Paris. C, *labore*. — [24]) Lugd. Bat. B, *nusti*. — [25]) Paris. B, *memor esto mei*. — [26]) H. v. deest in Lugd. Bat. B.

DCLXIV. Exstat h. f. in codd. Paris. A, B, C, Lugd. Bat. B; vulgat. inter Marculf. II, 46. — [1]) Paris. B, *commendadiciis litteris;* Lugd. Bat. B, *commendatias*. — [2]) Paris. B, Lugd. Bat. B, *episcopo*. — [3]) Lugd. Bat. B, *nata*. — [4]) Paris. C, Lugd. Bat. B, addunt *ac pontificale culmine sublimato*. — [5]) Cæteri, *ob obtentu*. — [6]) Paris. B, *dileccionibus*. — [7]) Cæteri, *provocatus*. — [8]) Lugd. Bat. B, *fiducialiter*. — [9]) Cæteri, *ad dignationem*. — [10]) Paris. B, *nostram*. — [11]) Paris. C, *pro quo*. — [12]) Cæteri, *salutationum*. — [13]) Paris. B, *præsumsi*. — [14]) Paris. B, *commendatos;* Lugd. Bat. B, *cum in doctis*. — [15]) Paris. B, *in omnes*. — [16]) Lugd. Bat. B, *dignitatis*. — [17]) Lugd.Bat. B, *longisquis*. — [18]) Paris. B, *necessitatum*.

Digitized by Google

euntes vestris, Christo præsole, [indigent][19]) adminiculis, pro quibus beneficiis centuplicatu fenore[20]) a Domino retributore[21]) bonorum omnium refertum mercedis commulam[22]) in eum recipiatis dignissimum. Dominus Deus noster piam coronam vestram memorem mei[23]) et præsentibus repleat bonis et dignam reddat æternis, domne semper meus[24]).

Litteræ communicatoriæ.

DCLXV.

ITEM COMMENDATITIAS[1]) LITTERAS AD ABBATE NOTO[2]).

(e codd. Paris. A, B, C, Lugd. Bat. B.)

Domino beatissimo et meritis venerandum[3]) sancto patri illi abbate, ille in Domno perpetuam mitto[4]) salutem. Multimoda[5]) nobis benevolo vestro generare conperitæ gaudia, quotiens additus[6]) dederit oportunus ut ad indegendam suspita-

DCLXV bis.

INDICULUM AD QUODLIBET EPISCOPUM SIVE ABBATEM POST COMMENDATIONEM.

(e cod. Lugd. Bat. A.)

Domino beatissimo et meritis venerando sancto patri illo abbate sive episcopo, ego ille, ac si indignus, vocatus ille, perpetuam vobis in Domino per has comendatias litteras exopto salutem. Multimodum nobis benivolo vestro generare

— [19]) H. v. e cæteris supplevi. — [20]) Lugd. Bat. B, *venoræ*. — [21]) Paris. B, *retributione*. — [22]) Lugd. Bat. B, *commolum*. — [23]) Paris. B, *memoret*. — [24]) Paris. B, *sempiternus*.

DCLXV. Exstat h. f. in codd. Paris. A, B, C, Lugd. Bat. A, B; vulgat. inter Marculf. II, 47; sed quum plurimum inter se codices discrepare viderentur, textum cod. Lugd. Bat. A e regione textus cod. Paris. A recudendum duxi. — [1]) Lugd. Bat. B, *commendacias*. — [2]) Lugd. Bat. B, *ad abbato innoto*; in Paris. B rubrica sic inscribitur: *Ad abatem noto commendadiciis literis*. — [3]) Cæteri, *venerando, venerabile, venerabilis*. — [4]) Paris. B, Lugd. Bat. B, *mittit*. — [5]) Paris. C, *multimodis*; Lugd. Bat. B, *multimodo*. — [6]) Lugd. Bat. B, *adetus*.

Digitized by Google

Litteræ communicatoriæ.

tem [7]) vestram nostras dirigere debeam [8]) litterolas. Idcirco cum salutationum officiis humili præci almitate vestre quesumus, ut pro nobis misericordiarum Dominum, ubi dignas sedulasque fundetis præcis [9]), exsorare non dedignemini, quatenus vestris fultis [10]) precibus olim optatam adire [11]) mereamur patriam. Pariterque latores præsentes, famulos vestros, fratres [12]) in Christo nostros, quos ob necessariam monasterii nostri illuc usque distinavimus, vestre beatitudine plurimum commendare præsumimus, ut eis conecessarium [13]) duxerint solatium præbere pro divino intuitu non dedignetis. Vale pro nobis orans [14]), domne et sanctæ ac beatissime pater.

conperiit gaudium, quotiens tempus dederit oportunum, ut indagando sospitatem vestram nostris flagitare debeamus litterulis. Idcirco cum salutationum officiis humiliter preces almitatem vestram deposcimus, ut pro nobis misericordiarum Domino, ubique dignas Deo scedulasque funditis præces, exorare non dedignemini, quatenus ubique vestris suffultus præconiis diu expectatam, immo Christi sanguine mercatam, adire merear patriam. Propterea petimus ut altiores presentes, [famulos]vestros, fratres in Christo nostros, quos pro necessitate monasterii nostri illuc usque destinavimus, ut vestræ beatitudine plurimum commendati fiant, et eis ubicumque necessarium duxerint solatium præbere faciatis. Vale pro nobis semper orans, domine et piissime pater.

— 7) Paris. B, *ad indagandam sospitatem*. — 8) Paris. B, C, *debeamus*; Lugd. Bat. B, *dibeat*. — 9) Paris. B, *funditis preces*. — 10) Paris. B, *fulti*. — 11) Lugd. Bat. B, *audire*. — 12) H. v. deest in Paris. B. — 13) Paris. C, Lugd. Bat. B, *in quo necessarium*. — 14) Paris. B, *valde pro nobis ora*.

Digitized by Google

DCLXVI.

INDICULUM COMMENDATITIUM AD VIROS INLUSTRIS [1]) LAICOS.

Litteræ communicatoriæ.

Domino inluster [2]) et præ cuncto [3]) magnificentissimo ac nobilitatis prosapie decoratu [4]) adque [5]) sublimatu [6]) illi, ille peccator, in Domno præsumi [7]) mitti [8]) salutem. Quamquam [9]) vestra excellentiæ meæ parvitatem minime [10]) sit cognita, tamen multorum relatione didici vestram in Domno maximam devotionem et in sertus [11]) Dei vel pauperes eius ob æterna retributione solicitudinem non pigram. Qua fiducia provocatus, hos apices vilitatis meę per latores præsentes, famulos vestros, fratres in Christo nostros, a [12]) dominationem vestram direximus, per [13]) quos vestram industriam [14]), si præsumptio non offendit, plurimum salutare præsumo, et peto ut eis euntibus vel redeuntibus in quo necessarium duxerint propter nomen Domni solita pietate consolari [15]) iubeatis.

DCLXVII.

TRADITURIAM [1]) IN ITINERE PERGENDO [2]).

Litteræ pœnitentiales.

Dominis sanctis et apostolicis sedibus allocatis [3]) epi-

DCLXVI. Exstat h. f. in codd. Paris. A, B, C, Lugd. Bat. B; vulgat. inter Marculf. II, 50. — 1) Paris. B, *inlustros;* Lugd. Bat. B, *inlaccos.* — 2) Paris. B, *inlustrem.* — 3) Paris. B, C, *per cuncta;* Lugd. Bat. B, *per cunctum.* — 4) Paris. B, *degorato.* — 5) Paris. C, *at.* — 6) Lugd. Bat. B, *sublimitto.* — 7) Paris. B, Lugd. Bat. B, *præsumit.* — 8) Paris. C, *mittere.* — 9) Paris. B, *quequam.* — 10) Paris. B, *minimo.* — 11) Cæteri, *servis.* — 12) Cæteri, *ad.* — 13) Lugd. Bat. B, *pro.* — 14) Paris. B, *vestre industrie.* — 15) Lugd. Bat. B, *consolare.*

DCLXVII. Exstat h. f. in codd. Paris. A, Monac. A, Hafn.; vulgat. in Append. ad Marculf. nº 10. — 1) Monac. A, *Tractaturia;* Hafn. *Tracturia.* — 2) Monac. A, Hafn. *in peregrinationem.* — 3) Monac. A, Hafn. *collocatis.*

Digitized by Google

Litteræ pœnitentiales.

scopis[4]), abbatibus vel abbatissis, et omnibus[5]) in Christo patribus, ducibus, comitibus, vigariis[6]), centenariis et decanis, vel[7]) omnibus in Christo credentibus et Deum timentibus, ego, in Dei nomine, ille, ac si indignus[8]) peccator, ultimus omnium servorum Dei servus, episcopus videlicet sive abbas de civitate illa vel de monasterio illo[9]), ubi præciosus ille [martyr][10]) sive confessor Christi umanus[11]) in[12]) corpore requiescit, salutem vobis perennem in Domno destinare[13]) curavimus. Cognoscatis siquidem, domni et sancti patres seu et sorores in Christo, quia[14]) innotescimus vobis eo[15]) quod peregrinus iste, nomen ille, ex genere illo[16]), ad nos venit et nobis innotuit[17]) atque consilium quæsivit de hoc videlicet facto[18]), quod instigante adversario, peccatis facientibus, proprio filio suo vel fratri suo sive nepote, nomine illo[19]), interfecit; et nos pro hac causa secundum consuetudinem[20]) vel canonicam institutionem diiudicabimus ut in lege[21]) peregrinorum ipse præfatus vir annis [septem][22]) in peregrinatione [ambulare][23]) deberet[24]). Propterea cognoscatis, sanctissimi patres, has litteras, ut, quando[25]) ad sanctitatem vestram venerit, melius ei credatis, et[26]) quod

— 4) Monac. A addit *necnon reliquis in sublimitate positis presulibus.* — 5) Hafn. *hominibus.* — 6) Monac. A, Hafn. *vicariis.* — 7) Monac. A, *seu.* — 8) Monac. A addit *et.* — 9) Monac. A, *episcopus videlicet de civitate illa vel abbas de monasterio illo.* — 10) H. v. e cæteris codd. supplevi. — 11) Monac. A, *humatus*; Hafn. *humanitus.* — 12) H. v. deest in cæteris. — 13) H. v. deest in Hafn. — 14) Monac. A, *quoniam.* — 15) H. v. deest in Monac. A. — 16) Hafn. *nomine et genere.* — 17) Verba *et nobis innotuit* desunt in Monac. A. — 18) Monac. A, *et nobis innotuit suum æque flagitium, videlicet quod.* — 19) Monac. A, *proprium filium suum vel fratrem suum sive nepotem, nomine illum.* — 20) H. v. deest in Monac. A, Hafn. — 21) Monac. A, *ut lege;* Hafn. *vel lege.* — 22) H. v. e cæteris supplevi. — 23) H. v. e cæteris supplevi. — 24) Monac. A, Hafn. *debet.* — 25) Monac. A, Hafn. *quandoque.* — 26) Hafn. *eo;* h. v. deest in Monac. A.

Digitized by Google

nullatenus pro hac[27]) causa ambulare dinoscitur, nisi, sicut superius diximus, pro peccatis suis redimendis; ut[28]) vos ei[29]) nullomodo teneatis[30]), nisi tantum, quando ad vos venerit, mansionem ei et focum, panem et aquam largire dignemini, et postea sine detentione liceat ei ad loca[31]) sanctorum festinare. Sic exinde agite pro amore Dei et reverentia sancti Petri, sanctissime patri[32]), ut vobis pius Dominus in illa[33]) beata seu inmortali vita remunerare dignetur, quia[34]) in ipso peregrino Christum pavistis seu suscepistis, considerantes videlicet quod ipse Dominus dixit : *Hospes fui et suscepistis me; quod uni*[35]) *ex minimis istis fecistis, mihi fecistis a*). Quid plura? Ad sapientes sufficit semel loqui. Commendamus nos obnixæ in vestris sacris præcibus, ut nobis commendare dignemini[36]) in Christo feliciter, sanctissimi patres, ut ad æternam angelorum digni habeamini mansionem perpetuam[37]).

Litteræ pœnitentiales.

DCLXVIII.

[*Sine rubrica.*]

Sanctis ac venerabilibus digna claraque culmina sacerdotum, regum et ponteficum, episcopis, presbiteris, dia-

— 27) Monac. A, Hafn. *alia*. — 28) Monac. A, Hafn. *et*. — 29) Monac. A, Hafn. *eum*. — 30) Monac. A, Hafn. *detineatis*. — 31) Hafn. *locum*. — 32) Monac. A, Hafn. *sanctissimi patres*. — 33) H. v. deest in Monac. A. — 34) Monac. A, Hafn. *qui*. — 35) Hafn. *huni*. — 36) Monac. A, *ut nostri meminisse dignemini. Valete in Christo;* Hafn. *ut nos meminere dignemini. Valete in Christo*. — 37) Monac. A, Hafn. *ut æterna angelorum societate digni habeamini. Facta hæc epistola sub die illo.*

DCLXVIII. Exstat h. f. in cod. Lugd. Bat. B; nondum vulgata mihi videtur.

a) Cf. *Evang. sec. Matth.*, XXV, 35, 40.

Digitized by Google

Litteræ pœnitentiales.

conibus, abbatibus atque magnificiis viris vel omnium Deum timencium, ego, in Dei nomen, illi peccator. Cognuscat magnificentia vel sanctitas vestra [quod] iste pauperculus, nomine illi, insidiante hoste antiquo serpente diabulo, germanum suum interfecit, et nos secundum canonica auctoritate in exilio diximus ambulare, et nos toti peregrini in hoc seculo summus. Propterea præcamus pietatem vestram ut ipso recipere et benefacire in domibus vestris dignetis, secundum illut quot scriptum est : *Quia unusquisque homo in veritate habet quod plangat et penetiat die ac nocte, ut lugiat,* secundum illum evangelium, *per se et opere misericordiæ.* Taliter almetas vestra exinde faciat, ut mercedem perpetualem exinde habere possetis. Gracia Domini nostri Iesu Christi vobis semper abundet.

DCLXIX.

[*Sine rubrica.*]

Annuente atque favente melliflua Dei gratia, episcopis, abbatibus, ducibus universisque inclitis vernaculis sancte Dei ecclesie, W. humilis apostolicus vir S[cyreburnensis] parrochiæ *a*), pacis prosperitatem permanendamque in Christo salutem. Igitur nullatenus dubitamus vobis esse incognitum quomodo in primordiis huius labilis vite nostri protoplasti parentis natus multatus fuit a Deo pro sola fraterni sanguinis efusione, et sic postea longe lateque per climata totius cosmi perplurime similes miserie insti-

DCLXIX. Exstat h. f. in cod. Paris. L; nondum vulgata mihi videtur.

a) Wilbert ou Wigbert occupa le siége épiscopal de Schersburn, suffragant de l'archevêché de Cantorbéry, de 798 à 833. Cf. Godwin, *De præsulibus Angliæ*, p. 331 (In-f°, 1743).

Digitized by Google

gante zabolitico conatu perpetrate sunt. Idcirco pro certo reminiscamini, vos quicumque litteras has perlegitis, quod ista imago Dei est in pœnitentie loco constituta pro sui interfectione fratris, filii aut avunculi sive fratruelis, quam provise sive inprovise aut etiam per incuriam perficiebat, suadente hostili versutia. Qua de re vos benignissime precamur ut pro Dei dilectione sitis illius fautores vel ausiliatores, administrantes ei non solum corporee indigentie subsidium, verum etiam, quod multo melius est, spiritale, ut spiritus illius in die magni iudicii Dei servetur inlesus cum omnibus electis in dextra Christi collocatis. Litteræ pœnitentiales.

DCLXX.

[*Sine rubrica.*]

Domno pape cunctisque generaliter sanctæ matris ecclesie filiolis, W. Scyreburnensis ecclesie. Notum fieri vobis cupimus de portitore scedule presentis, quia diabolico instinctu avunculi sui filium interimerat; unde a nobis penitentie fructum inquirentem in huius vite peregrinatione constituimus corporalique cruciatui damus, quo spes eius in tremendi examinis die salvetur. Valete, cuncti fideles vineæ Domini cultores, ipsius inopiam benedictionum vestrarum copia reficere volentes, in Christo.

DCLXXI.

[*Sine rubrica.*]

Dominis hac beatissimis sacerdotibus, episcopis, me-

DCLXX. Exstat h. f. in cod. Paris. L; eam Pertzius vulgavit in *Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde,* VII, 1016.

DCLXXI. Exstat h. f. in codd. Lugd. Bat. B, Paris. G; vulgat. inter Baluz. minor. nº 12, sed initio mutila.

Digitized by Google

Litteræ pœnitentiales.

tropolis, præsbiteris, diaconibus omnis iuræ, subdiaconibus vel omni gratu ecclesiæ constitutus, virgines, viduis, nuptiis, ducibus, comitibus omnis iuræ, fiscis regentes, vel vilis ac ultimus vocatus abba de basilice patronis nostri beatissimi sancti Petri, salutem in Domino dirigo perennissimam. A præsens beatitudinem seu serenitatem vestram has litteras conmendaticia parvitatis nostræ diregere præsumpsimus, in quo [1]) supplicamus excellentiæ pietatis [2]) vestræ ut hunc presbiterum illum [3]) ex præfato cenubio, qui per nostrum præmissum [4]) una cum benediccione fratrum [5]) ob amoræ cœlestis patriæ ad sedem apostolicam pro absolvendis peccatorum suorum vinculis est destinatus [6]), quamvis dirum [7]) et asperum idem [8]), fidem in Domino habens [9]), incursum vel impedimento diabolicæ non pertimescens [10]), sicut diximus, ad limina beatissimorum apostolorum seu sanctorum reliquorum [11]), quorum cineribus in Italia esse prænoscuntur, cum summa reverentia et devotione properare [videtur] [12]); ideo supplicantes rogamus ut ubi et ubi, tam civitatibus, castris, vicis vel monasteriis [13]), vestra devenerit [14]) præsentia, pro nomine [15]) Domini Dei [16]) nostri Iesu Christi largire iubeatis alimonia vestra [17]) quod ei [18]) necessarium vel oportunum fuerit, pro ipso quid [19]) dixit : *Qui vos reci-*

— 1) Hic incipit cod. Paris. G. — 2) Paris. G, *sanctitatis*. — 3) Paris. G, *his nominibus illis et illis cum colligit eorum*. — 4) Paris. G, *permisso*. — 5) Paris. G, *venerabili viro illo eorum abbate vel fratrum*. — 6) Paris. G, *sunt destinati*. — 7) Paris. G, *durum*. — 8) Paris. G, *item*. — 9) Paris. G, *habentes*. — 10) Paris. G, *pertimescentes*. — 11) Paris. G, *beatissimorum Petri et Pauli seu ceterorum reliquie*. — 12) H. v. e. Paris. G supplevi. — 13) Paris. G, *vicis, villis, monasteriis*. — 14) Paris. G, *devenerint*. — 15) H. v. deest in Paris. G. — 16) H. v. deest in Paris. G. — 17) Paris. G, *vel*. — 18) Paris. G, *que eis*. — 19) Paris. G, *qui*.

Digitized by Google

pere[20]), *me recipit;* [*et qui recipit*][21]) *prophetam in nomine prophetæ, mercedam prophetæ accipiet; et quicumquæ prorexerit calicem aquæ frigide in nomine meo, amen dico vobis non perdet mercedem suam, et quamdiu fecistis uni ex minimis meis, isti mihi fecistis a*). Valere vos optamus, Patri et Filio salvatore Christo una cum Sancto Spiritu, multis annorum curiculis.

Litteræ pœnitentiales.

DCLXXII.

[*Sine rubrica.*]

Dominis ac beatissimis viris inlustris et a Deo in sublimi honore positis, necnon et omnibus sacerdotibus et omni gradu ecclæsiæ costructi vel omni iure fisci regentibus, nos etenim omnis congregatio sancti Petri patroni vestro, una cum consensu civium nostrorum, salutem in Domino perennissimam vobis mittere præsumpsimus. Deinde supplicamus excellentiæ piætatis vel bonitatis vestræ ut hunc fidelem atque obædientem beatissimi sancti Petri, illum in nomine dictum, pergentem ad sedem apostolicam pro absolvendis peccatis suis, ob amoræ cælestis patriæ benigniter et gratuitu animum, tam ad eumdum quam et ad reduendum, recipere iubeatis, et precamur ut ubi et ubi, civitatibus, castellis, vicis vel monasteriis, vestra devenerit præsentia, pro nomine Domini nostri Iesu Christi, secundum quod vobis bene placitum fuerit, alimonia vestra pro amoris cælestis patriæ et reverentia patronis vestri sancti Petri ei largire vel

— 20) Paris. G, *recipit*. — 21) Verba uncis inclusa e Paris. G supplevi.

DCLXXII. Exstat h. f. in cod. Lugd. Bat. B; nondum vulgata mihi videtur.

a) Cf. *Evang. sec. Matth.*, X, 40, 41, 42; XXV, 40.

Digitized by Google

Litteræ pœnitentiales.

consolare iubeatis, qualiter salvus atque inlesus iterum quod cœpit explicare mereatur, pro ipso qui dixit : *Qui vos recepit, me recepit a*) ; et pro ipso qui dixit : *Quamdiu fecisti uni ex minimis meis, mihi fecistis b*). Ideoque, quasi genibus vestris provoluti, supplicantur effectum bonitatis vestræ ut taliter nostra apud vos valeat deprecatio, qualiter ipsum ferente nobis delectet pro vestra stabilitate vel remissione peccatorum vestrorum ad sepulchrum sancti Petri misericordiam deprecari. Valere vos optamus, Patri et Filio salvatore Christo una cum Sancto Spiritu, multis annorum curiculis.

DCLXXIII.

CARTA TRACTURIA.

Domnis sanctis et apostolicis hac venerabilibus in Christo patribus, regibus, comitibus, episcopis, abbatibus, sacerdotibus, clericis vel omni populo Christiano, qui in Romano[rum] vel Longobardorum provintias Deo serviunt, tam in monasteria quam et in civitate seu per pagos vel per vicos, ego, in Dei nomine, illi maiorum domus. Cognuscat magnitudo seu et sanctitas vestra quod iste frater noster, nomen illi, serviens vester, petiit nobis ut ad basilica sancto Petro patr[on]um vestrum pro suas culpas vel pro nostra stabilitate valeat ambulare ad oratione. Propterea has litteras cum salutatione per ipsum ad vos direximus, ut in amore Deo et sancto Petro ipsum ad ospitium recipiatis ad benefaciendum vel ad sua consolatione, tam ad ambulando quam et ad intrando, ut per vos salvus

DCLXXIII. Exstat h. f. in cod. Paris. E; vulgat. inter Bignon. nº 15.

a) Cf. *Ev. sec. Matth.*, X, 40. *b*) Cf. *Ev. sec. Matth.*, XXV, 40.

Digitized by Google

hiat et salvus revertit; interim, sicut vestra est consuetudo bona, vel consolatio vel adiutorium ei inpendere iubeatis, letum die iubeatis habere. Cuius potestas regnat in eternum, ipse vos custodiat in regno suo perpetuo; et salutamus vos omnes salutationes plenissimas.

Littera pœnitentialis.

DCLXXIV.

[*Sine rubrica.*]

Omnibus venerabilibus viris et fratribus, episcopis, abbatibus, abbatissis, ducibus, comitibus, vicariis, centenariis, castaldiis, et omnibus credentibus et Deum timentibus in partibus Italię atque Romanię, per monasteria et urbibus atque vicis et villis, in Dei nomine, permanentibus, N. ego, quamvis indignus, non electione meritorum sed divina disponente gratia illius sanctæ ecclesiæ episcopus vel abbas sive provisor, in misterio sacre redemptionis exorantes, præsentis vite salutem et æternæ glorię coronam. Commendamus nos humiliter in sacris orationibus vestris, ut nostri memoriam coram Deo humiliter agere dignemini; vestra namque recordatio, veluti oportet, seduli inter nos habetur. Denique notum [facimus] omnibus vobis quia isto fideli nostro, una cum benedictione atque permissione, ita, sicut petiit, licentiam dedimus orationis causa Romam pergere, et [ad] limina beatorum apostolorum Petri et Pauli pro venia peccatorum suorum preces fundere. Proinde in amore Domini nostri Iesu Christi et pro reverentia sanctorum apostolorum, quo devotissime tendit, ei licentiam per terminos atque fines vestros libere viam habere permittere humili-

DCLXXIV. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 56.

Digitized by Google

Litteræ pœnitentiales.

ter rogamus, et, in quantum oportunitas vestra fuerit, hospitium et alia bona vestra ei largire dignemini; habe-[tis] Deum remuneratorem, qui dixit : *Hospes fui et suscepistis me*, et : *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis a*). Valete in Domino, sanctissimi fratres.

DCLXXV.

INDICULUM GENERALE AD OMNES HOMINES [1]).

Domno nostro ortodoxo Romane sedes apostolicę a Deo instituto illi pape, vel omnibus apostolicis domnis et patribus seu abbatibus vel Deo [2]) dicatas [3]) cenubiis degentibus, necnon et inlustribus [4]) viris, patriciis, ducibus, comitibus, vel omnibus Christiane cultu divine relegione sectantes, ille peccator [5]) vilissimus omnibus [6]), in Domino præsumo [7]) mitti [8]) salutem. Quatenus presens portitor ille, radio inflamante divino, non, ut plerisque mos [9]), est vacændi [10]) causa, sed propter nomen Domini itinera ardua et laboriosa parvipendens, ob lucrandam orationem limena sanctorum apostolorum domni [11]) Petri et Pauli adire cupiens, meę pravitate [12]) se petiit vestræ commendare almitate ac industrie litterolas, per quas vilissimus omnium, tamquam vestris provolutis [13]) vestigiis, singulorum supplicare presumo ut pro [me] [14]) minimo exorare iubeatis, et eidem euntem [15]) vel [16]) redeuntem, si Domnus permis-

DCLXXV. Exstat h. f. in codd. Paris. A, B, C, Lugd. Bat. B; vulgat. inter Marculf. II, 49. — 1) H. v. deest in Paris. B. — 2) H. v. deest in Lugd. Bat. B. — 3) Paris. C, *dedatas*. — 4) Lugd. Bat. B, *inlustrios*. — 5) Paris. B addit *episcopus*. — 6) Cæteri, *omnium*. — 7) Paris. B, *præsumi*. — 8) Paris. C, *mittere*. — 9) H. v. deest in Paris. B. — 10) Cæteri, *vacandi*. — 11) Paris. B, *sancti*. — 12) Paris. C, *parvitate*. — 13) Lugd. Bat. B, *provolutus*. — 14) H. v. e cæteris supplevi. — 15) Paris. C, *euntem autem*. — 16) Paris. B,

a) Cf. *Ev. sec. Matth.*, cap. XXV, ℣ 35, 40.

Digitized by Google

serit [17]), propter nomen Domini solita pietate et commendetum [18]) recipiatis, et quod necesse habuerit inpertire tanti habeatis, quatenus ab ipso mereamini mercedem recipere commolam [19]), qui sibi dixit impleri [20]) quantum quis in suis [21]) pauperibus visus fuerit erogare.

Litteræ pœnitentiales.

DCLXXVI.

[*Sine rubrica.*]

Excellentissimo atque piissimo illo rege, ille gratia Dei episcopus de illo oppido, una cum cænobio, sub quo egregius confessor ille patronus vester in corpore requiescit. Obnixi supplicamus culmen regiminis vestri ut hos in Christo fratres nostros, illos monachos de præfati congregationi sancti, [qui a]pud nos ipsi probabile[s] videntur, [quando] una cum collegis eorum vestris se cum litterolis exiguitatis [nostr]æ obtutibus præsentaverint, benigne recipi Christianitas vestra iubeat, et vestro adiutorio fulti iter arduum, quam pro reverentia beati Petri principis apostolorum arripuerunt, usque ad limina ipsius quieti perficiant; unde vobis ipse sanctus apud Deum intercessor adsistat, et in futurum mercedem vobis augeat. Et humili prece vobis deposcimus ut quod hore propria postulaverint, [sereni]tas vestra benigne recipiat, et ad effectum perducere bonitas vestra iubeat, ut, si Christo pro[pitio ad] nos reversi fuerint, pro vobis et statu regni vestri indesinenter orare delectentur. ..... te corpore et spiritu ille Samarita, id est salvator et custus, de quo in psalm[o :

et. — 17) Lugd. Bat. B, *permiserat.* — 18) Cæteri, *commendatum.* — 19) Paris. B, *cumulum.* — 20) Cæteri, *implere.* — 21) Lugd. Bat. B, *quesensuis.*

DCLXXVI. Exstat h. f. in cod. Paris. G; vulgat. inter Baluz. minor. nº 13.

Digitized by Google

Litteræ pœnitentiales.

Non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel a); Uthel qui interpretatur Vigel; ad te qu..... ut possis dicere: *Ego dormivi et cor meum vigilat b*). Valere in Domino vos optamus....., sublimissime regis atque optantissime. Salutat vos affatim omnis [congrega]tio sancti illius nobiscum.

Ille, quamvis peccator, archiepiscopus, fidens de bonitate Christi et serenitatis vestræ, libens subscripsi.

DCLXXVII.

INDICULUM AD EPISCOPUM.

Brevia mortuorum.

Domino reverentissimo illo episcopo, Sinbertus gracia Dei vocatus episcopus atque abba de monasterio Morbac *c*), una cum fratribus, eternam in Christo Ihesu Domino nostro salutem. De cetero compereat beatitudo vestra eo quod frater vester, nomine ille, kalendas illas de ac luce migravit, ut credimus, ad Christum. Qua de causa subplices

DCLXXVII. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, n° 28.

a) Cf. *Psalm.* CXX, ℣ 4.

b) Cf. *Cantic. Canticor.*, V, 2.

c) Sindbert fut appelé au siége épiscopal d'Augsbourg en 779. Il y réunit vers 787 l'abbaye de Murbach, dans le gouvernement de laquelle il succéda à l'abbé Amichon. (Cf. *supra*, p. 514, not. *a*.) Il s'en démit quelques années plus tard, vers 792, tandis qu'il conserva son évêché jusqu'à la fin de sa vie arrivée le 13 octobre 809. Bucelin et le P. Le Cointe ont prétendu qu'il fut seulement évêque, et ont rayé son nom du catalogue des abbés; mais Schœpflin a publié (*Alsatia diplomatica*, I, 54 et suiv.) quatre documents des années 789, 790 et 791, qui prouvent, plus sûrement encore que la suscription de notre formule, qu'il réunit pendant un certain laps de temps les deux dignités. Il fut canonisé par le pape Nicolas V en 1450. Cf. Mabillon, *Annales Benedictini*, II, 229; Grandidier, *Histoire de l'église de Strasbourg*, I, 258, note *f*.

Digitized by Google

exoramus sanctitatem vestram ut pro eius anima de psalmis seu missis vigiliisque taliter agatis, ut optima continet consuetudo vestra. Et ut as apices in antea remeare faciatis postulamus. Brevia mortuorum.

DCLXXVIII.

AD ABATISSAM.

Reverentissime matrifamiliæ illi, Sindbertus donum Dei vocatus episcopus adque abba de monasterio Morbac *a*), in Domino eternam salutem. De cetero compereat melliflua caritas vestra eo quod frater vester, nomine ille, kalendas illas de ac luce migravit, ut credimus, ad Christum. Qua ex re obnixe obsecramus almitatem vestram ut pro ipsius anima sic iubemini agere de psalmis ac missis adque vigiliis, seu ingens bonitas vestra consuevit. Obtamus vos semper bene valere.

DCLXXIX.

[*Sine rubrica.*]

Venerabilibus in Christo fratribus nostris in cenubiis degentibus, ac si indignus, abbas, exiguus servorum Dei, salutem vobis in Domino distinemus. De cetero agnoscatis quod frater noster, nomine ille, kalendas [illas] de ac luce migravit. Qua ex re subplices exoramus almitatem vestram ut de eo faciatis sic[ut] vestre consuetudo bona est. Et istum apicem in antea remeare faciatis.

DCLXXVIII. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavit Mabillonius inter *Vetera analecta*, IV, 323 (p. 418, ed. in-f°).

DCLXXIX. Exstat h. f. in cod San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, n° 29.

a) Cf. la note précédente.

Digitized by Google

DCLXXX.

PRO DEFUNCTO FRATRE.

Brevia mortuorum.

Domno reverentissimo illo abbati, ille abbas, in Domino salutem. De cetero innotescimus beatitudine vestre eo quod frater vester, nomine ille, illas kalendas de ac luce migravit. Qua de causa exoramus sanctitatem vestram ut pro eius anime de psalmis seu missis vigiliisque taliter agatis, quatenus obtime continet consuetudo vestra.

DCLXXXI.

INDICULUM DE CONSORTIO.

Dilectissimis cumfratribus nostris de cenubio illo, in Dei nomine, fratribus de congregatione sancti illius illo cenubio, distinamus vobis salutem perennem in Domino. De cetero cognoscatis quia unus ex fratribus nostribus, nomen ille, IV nonas iulii de hac luce migravit. Proinde supplicamus vobis ut missas et psalmodia seu sacris orationis Domini misericordia pro ipsius animæ implorare faciatis, sicut inter vos et nos consuetudo est bona.

DCLXXXII.

[*Sine rubrica.*]

Confratribus ubique degentibus, fratres ex monasterio sancti illius salutem. Flebili lamentatione scribentes, ac-

DCLXXX. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, nº 30.

DCLXXXI. Exstat h. f. in cod. Vatic. A; nondum vulgata mihi videtur.

DCLXXXII. Exstat h. f. in cod. Paris. K; vulgat. in *Einhardi Opp.*, t. II, p. 146 (ed. Teulet).

Digitized by Google

celeramus vestræ compatienti dilectioni notum facere obitum præpositi simulque patris nostri illius, quod est XII kalendas iunii. Cuius piissimam paternitatem solitam recolentes, obsecramus ut pio affectu in adiutorium eius animæ precibus Domini misericordiam sedule imploretis. Bene valete in Domino. Brevia mortuorum.

DCLXXXIII.

[*Sine rubrica.*]

Domnus cunctaque congregatio, cunctis sanctæ ecclesiæ fidelibus, tam prelatis quam et subditis. Cum cunctos maneat sors inrevocabilis horæ, notum vobis esse cupimus de quodam fratre nostro, vocitamine N., ordine functo, quem Domnus de ergastulo huius seculi vocare dignatus est. Pro quo obnixe petimus ut sitis strenue interventores ad Dominum, sentiatque interventione quibus fuerat unitus in ordinis communione. Valete.

DCLXXXIV.

[*Sine rubrica.*]

Peta, Kanza, duo sorores.
Dancolf, pater Peroni.
Pero, pater Crimolti.
Marcolf, pater Escrihi.
Ruadhielm, filius Escrihi.
Welafrid, filius Ruadhielmi.
Adalgund, mater Ata, vel Ata, mater Paldoni.

DCLXXXIII. Exstat h. f. in cod. Paris. L; nondum vulgata mihi videtur.

DCLXXXIV. Exstat h. f. in cod. Augiensi; eam vulgavit Mone in *Reichenauer Formeln*, n° 1.

Digitized by Google

Brevia mortuorum.

Pald, pater Adalberti.
Hieimo, pater Otrihi et Hiagustolti.
Kunza, mater Werinperhti.
Werinpert, pater Amaldruda.
Amaldrud, mater Deotuni.

Venerabili in Christo illi salutem. De cetero cognuscas quia fratres nostri, his nominibus, huius vitæ miseria caruerunt, et ad Deum, ut credimus, migraverunt. Quapropter eorum memoriam consuetudinariam tam in vicem quam generalem missionem per cetera monasteria habere dignemini.

Nomina fratrum supervenientium et iam in Christo dormientium.

DCLXXXV.

PRO DEFUNCTIS [1]).

Reverentissimis fratribus [2]) in monasterio N. [3]) commorantibus, nos siquidem minimi omnium [4]) servuli vestri ex congregatione sancti N. [5]), perennem vobis in Domino salutem. De reliquo vero notum facimus almitati vestræ quod aliquis frater noster N. [6]) ex hac luce discessit die illa [7]). Unde petimus benivolentiam vestram ut pro ipso studeatis communi voto [8]) ad Deum fundere preces, tam in psalmis quam et in missis [9]) seu et in aliis assiduis orationibus vestris, quatenus eum amator hominum benignitatis inter sanctos et electos [10]) suos collocare dignetur,

DCLXXXV. Exstat h. f. in codd. Monac. A, Hafn.; eam vulgavi in *Formules de Munich*, n° 44. — 1) In cod. Hafn. rubrica sic inscribitur: *Indiculum a fratribus*. — 2) Hafn. addit *nostris*. — 3) Hafn. *illo*. — 4) Hafn. addit *servorum Dei*. — 5) Hafn. *illius*. — 6) Hafn. *nomine illo*. — 7) Hafn. *ex hac luce de quo fecit mensis illius illo visus est emigrasse*. — 8) Hafn. *vero*. — 9) Hafn. *quam in missarum solempniis*. — 10) Verba *et electos* desunt in

Digitized by Google

partemque habere iubeat cum his qui a dextris eius erunt [11]), et vocem illam (ô quam desiderabilem!) audire [12]) intonantis : *Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi a*). Sic exinde agite, qualiter in vos bene confidimus in omnibus. • Brevia mortuorum.

DCLXXXVI.

[*Sine rubrica.*]

Sanctissimis patribus sincera dilectione ver..... [di]ligendis fratribus quocumque locorum Deo pie..... humilis con[grega]tio domni ac beatissimi Germa[ni..... rensis *b*), optatam in Deo et seculo pacem et prosperit[atem..... Ordine simili et patri [1]) religione Christo militan[tes..... æquum est ut mutuis foveantur præsidiis, et quod [unusquisque] vult fratri impendere, non deneget, quatinus quod singuli per se obtinere non valent, multorum præcibus assequantur, ut sic invicem dilectionis et præcum suffragia conferentes, post huius procellosi maris discrimina valida ad optatum cæli portum prospero tractu pervenire queamus. Tunc enim vere legis præcepta implebimus, si Deum cum amore et timore colentes, etiam proximis solatia orationis impendere non neglexerimus. Proinde de præcedentium patrum more admonitis sanctissimam vestram per litteras adimus religiositatem, inno-

Hafn. — 11) Hafn. *sustenderunt.* — 12) Quæ sequuntur desunt in Hafn.

DCLXXXVI. Exstat h. f. in cod. Paris. K; nondum vulgata mihi videtur. — 1) Corrig. *pari.*

a) Cf. *Ev. sec. Matth.*, XXV, 34.

b) Il s'agit probablement ici de la célèbre abbaye de Saint-Germain d'Auxerre. Le texte se prête en effet à la restitution suivante *beatissimi Germa*[*ni Autissiodo*]*rensis.*

Digitized by Google

Brevia mortuorum.

tescentes obitum cuiusdam fratri nostri, et Deo, ut credimus, satis amabili, nomine [illo, qui] V kalendas illas seculo moriens Christo vivere cœpit..... eius animę absolutione Domini clementiam exorare..... ut vestris sanctis precibus adiutus, si quid terrene..... contraxit, propitio Domini expietur.

DCLXXXVII.

[*Sine rubrica.*]

Honorabiliter venerandis ac venerabiliter honorandis patribus ac fratribus sororibusque Deo sub sacrę institutionis norma degentibus, humilis grex canonicorum almę Dei genitricis Marię Remensis ecclesię *a*), instantis ęvi gaudium et ęternę felicitatis bravium. Quum omnium creator rerum protoplasto Adę solam ob inobædientię noxa denuntiasse legitur in sui vultus sudore panem comesturo, non magnopere nobis stupendum existit, dum sepe innumeris afficimur malis, qui in erumna huius corruptibilis ac labilis ævi positi, non solum in exequendis illius mandatis negligentes sumus, sed etiam immenso peccatorum pondere gravamur. Verum quia..... idem pater pius ingentia pietatis suæ ad..... enta medicaminis per copia scilicet ęlemosi[narum..... rem quoque lacrimarum atque assiduitatem orationum, oportet nos iuxta præceptum beati Iacobi apostoli *orare pro invicem b*), quatinus et hic quandiu substiterimus ab hostium

DCLXXXVII. Exstat h. f. in cod. Paris. K; nondum vulgata mihi videtur.

a) Ces mots désignent évidemment l'église cathédrale de Reims, qui est en effet placée sous l'invocation de la sainte Vierge.

b) Cf. *Epist. catholic. B. Iacobi*, V, 16.

Digitized by Google

visibilium et invisibilium infestationibus protegi, et in futuro pariter..... bus de gloria ęternę retributionis mereamur ..... lari. Intimamus itaque benignissimę caritati [vestrę nomi]na quorumdam fratrum nostrorum illorum, Gerberti et..... dia]coni, quorum unus V idus iulii, alter XVIII kalendas..... pro]quorum animarum absolutione dignemini..... cle]mentiam exorare. Et ne lator huius diplomatis colludio alicuius astutię nobis illudere queat, nomina priorum vestrorum, ut moris est, huic scedulę asscribi præcipite, atque ut ad nos absque famis iniuria remeare valeat, opem liberalitatis vestrę ei impertiri satagite.

Brevia mortuorum.

DCLXXXVIII.

[*Sine rubrica.*]

Catholicę fidei ac religionis titulo perspicuis patribus sororibusque usquam locorum in sacro contubernio sociatis, humiles ac devoti cænobitę beati præsulis Christi Remigii *a*), prosperum huius vitę successum et perpetuę felicitatis in Christo tripudium. Meritam supernę districtionis vindictam mole peccaminum diutius experti, adeo fluctibus calamitosę tempestatis obvolvimur, ut solo divinitatis respectu ipsum lucis excursum moras causemur innectere, et licet innumeris inter Schillam et Charibdim iactati naufragiis, utpote persecutionum undis huc illucque tumen-

DCLXXXVIII. Exstat h. f. in cod. Paris. K; nondum vulgata mihi videtur.

a) Le monastère de Saint-Rémy de Reims fut élevé sur le lieu même où reposait le corps de l'illustre archevêque qui avait baptisé Clovis et ses compagnons. On ignore la date précise de sa fondation; mais il est probable qu'elle suivit de près la mort du saint prélat; on peut donc la fixer approximativement au milieu du sixième siècle. Cf. *Gallia christ. nov.*, IX, 220.

Digitized by Google

Brevia mortuorum.

tibus, talia conqueri cogamur. Illud tamen nobis pene exitiabiliter atterit quod tot patrum funeribus insistimus, ut ex eorum casu totius loci nostri interitum imminere pavemus. Cuius rei intuitu commonemur ut fraternę caritatis solatium mutuo exquiramus, quo et defunctorum animę requiem obtineant, et illi, quos adhuc vitę labor excruciat, evadendi aditum invenire prævaleant. Denuntiamus itaque dilectioni vestrę lamentabilem cuiusdam patris nostri decessum, nomine illo, nostrę generalitatis publicę privatimque perutilis prelati, quem et sacerdotio et morum privilegio honorabilem tanto securius vestris precibus allegamus, quanto reverentius vixisse recolimus. Quem, domni patres fratresque sanctissimi, committimus vestrarum precum assiduitatibus, ut quanto nobis eius absens resolutio propensiorem intulit cordis merorem, tanto vestri vestrorumque efficacia meritorum exhilaret de suorum obtenta divinitus remissione scelerum. Item etiam petimus pro quibusdam nostrę congregationis fratribus illis. Ne vero, uti assolet, nos geruli mendosa fraus deludat, rogamus diem kalendarum quo vos adierit primorumque loci vestri nomina subnotare, idemque cursori, ut alacrius iter carpat, diarium largire. Valeat vestra generalitas felicibus in Domino successibus pollens.

DCLXXXIX.

[*Sine rubrica.*]

Sanctissimis patribus et fratribus circumquaque Deo sub sacre institutionis norma devote famulantibus, humilis congregatio cœnobio beatorum apostolorum Petri et Pauli,

DCLXXXIX. Exstat h. f. in cod. Paris. K; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

debitę dilectionis obsequium et utriusque vitę pacis ac salutis augmentum. Primi in posteros terrigenę acerbę sortes decurrere sententia ex superfluo, meritis singulorum exigentibus, multimoda inundantium malorum obviare cernuntur incommoda, et iuxta veritatis oraculum imminens terris rerum pressura tabescentis mundi terminum instare iam aperte demonstrat. Unde iam maxima ex parte detrita corporeę mortis semita, nos, in quos fines seculorum devenerunt, lento quidem successu, ad occasum tamen cotidie properantes, propositam præ oculis mortem pavescimus, et velut in fictilibus positi nihil solidum de nobis pensare audemus. Verum spe in auctorem erigimur, et mutuis fraternę caritatis orationibus, quibus apostolo commendante alterutrum salvari monemur *a*), freti, quantum fas est, carnis iacturam postponimus, atque per momentaneos defectus ad quietum æternitatis statum, Christi spondente clementia, pervenire nos posse confidimus. Quocirca vestrę non absque merore præcordiali intimamus caritati duorum fratrum nostrorum obitum, illius videlicet diaconi, qui decessit kalendis illis, illum quoque humanis exemptum rebus II kalendas illas. Pro quorum animarum refrigerio solitas ad preces convolare more solito petimus et exaudibiles Christi compellere aures, quo, si quid in carne contraxerunt contagiis, vestrę amabilitatis sudore deponant, et ad spetiem conditoris contemplandam liberius valeant pervenire. Nihilominus autem et pro aliis fratribus nostris ex hac luce subtractis Domino supplicare precamur, quorum ista sunt nomina. Et ut melius geruli nos incautos fortasse, ut asolet, versutia [non] fallat, kalendarum diem quo vos adierit et primo-

Brevia mortuorum.

a) Cf. *Epist. cathol. B. Iacobi,* V, 16.

Digitized by Google

Brevia mortuorum.

rum loci vocabula non pigeat annotari, et ut libere ceptum iter exequatur, opem eidem ferre memento.

DCXC.

[*Sine rubrica.*]

..... levior volavit ad cœlum, aggregatus, ut vere credimus, cum Christo sanctorum agminibus; quem intelligimus potius migrare quam mori, mutare amicos, non derelinquere. Verum medentes dolori replicamus nostri temporis calamitates, ut non tam plangendus sit qui ac luce caruerit, quam gratulandum ei quod de tantis malis evaserit. Preterea intimamus vestre paternitati dormitionem cuiusdam ætate patris, collegio vero fratris, nomine illo, infula sacerdotalis honoris decorati, et a seculo conversi; denuntiantes hunc XII kalendas illas inrecusabili mortis necessitate præventum, labentis huius evi miseriis fuisse subtractum. Pro quo unanimiter vestram exposcimus [beatitu]dinem, ut hoc, quod de eo pie optamus, vestris..... tia operari dignetur, eumque inter eos qui Christum ca..... buere; quin potius sua omnia derelinqu..... mentis aviditate secuti sunt, centuplicat..... nerari dignetur. Æque autem et aliorum fratrum nostrorum..... nuper defunctorum, pro quibus orandum sit, huic r..... placuit ill..... Ne vero, uti assolet, nos ger[ulus..... sagatiter deludat, rogamus diem kalendarum [quo vos ad]ierit primorumque vestri loci nomina subn[otare, idemque] cursori, ut alacrius iter arreptum carpat, [diarium largire].

DCXC. Exstat h. f. in cod. Paris. K; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

DCXCI.

[*Sine rubrica.*]

Venerabili vereque felici abbati illi et omnibus fratribus sub regula sancti Benedicti secum commorantibus, ille exiguus et peccator in Salvatore mundi præopto salutem. Noverit quidem prona benivolentia vestra quia ego, in quantum vires parvitatis meę suppetunt, in missarum celebracionibus et psalmodiis seu et ceteris supplicacionibus pro vobis divinam deposco clementiam, quatenus vos eadem clementia hic ad meam et ad multorum consolacionem longevis conservet temporibus, novissime ad gaudia paradisi perducat. Vestrorum enim fratrum nomina, que sparsim actenus haberem, peto ut pleniter una cum fratribus abere merear, quia nostrorum fratrum nomina iam multo tempore habuistis. Deprecor scilicet vos omnes, patres et abbatem, ut commendetis me vestrę sanctę congregacioni, et ut me familiariter habeat perficite, maxime in sacris oracionibus; et quando dies obitus mei vobis notus fuerit, misericordissime de me facere dignemini, sicut Iacobus apostolus ammonet : *Orate pro invicem, ut salvemini a*); quia, sicut optime nostis, omni humane consilio destitutus sum præter vos, et tales pro Dei amore aliquod refrigerium et auxilium mihi faciunt. Quicquid enim mihi indigno iniunxeratis, paratus sum ad exequenda, quantum vires divina gratia mihi attribuit, et utinam tam utiliter quam libenter! Nomina fratrum defunctorum li-

Brevia mortuorum.

DCXCI. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, nº 31.

a) Cf. *Epist. cathol. B. Iacobi*, V, 16.

Digitized by Google

Brevia mortuorum.

benti animo suscipite, et preces consuetudinarias facite, et ad vicina monasteria dirigite. Sancta Trinitas vos custodiat in evum.

DCXCII.

[*Sine rubrica.*]

Decimo kalendas septembris venit lator apicum vestrorum in mon[asterio..... ubi præest domnus ille episcopus, ille decanus, ille præpo[situs..... ille thesaurarius, ille receptor..... [fraternita]tem vestram pro fratribus nostris nuper defunctis..... exoretis, et ad contigua loca innote[scere.....

DCXCIII.

[*Sine rubrica.*]

Decimo kalendas aprilis venit gerulus apicum vestrorum..... egregius pontifex ille pastorali fung[itur officio..... illi præposituré, ill. dapsilis largito..... paternitatem atque fraternitatem vestram..... Bernardo decano, illo thesaurario..... exoretis, et ad contigua loca innot[escere.....

DCXCIV.

[*Sine rubrica.*]

Undecimo kalendas iunias adiit baiulus littera[rum....

DCXCII. Exstat h. f. in cod. Paris. K; nondum vulgata mihi videtur.

DCXCIII. Exstat h. f. in cod. Paris. K; nondum vulgata mihi videtur.

DCXCIV. Exstat h. f. in cod. Paris. K; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

..... ubi venerandus ille pontificatus ger[it officium... ille custodiam ecclesię, illo archidiacona[tum,..... ille hospitalitatis custodiam; precamur..... anno ab hac labili luce sublatis, Ber[nardo..... sacer[dote] atque decano, et pro aliis tam canonicis..... illis, ut misericordiam Domini imploretis.

Brevia mortuorum.

Digitized by Google

Digitized by Google

EPISTOLÆ.

DCXCV.

DE REGE AD REGEM.

Epistolæ ad res publicas spectantes.

Dilectissimo fratri et unanimo amico gloriosissimo Galliarum, Aquitanię et Hispaniæ regi Hludovico *a*), cognominis [1]) vester Hludovicus, rex Francorum *b*), gratia vobis et pax adque victoria de cęlo vobis [2]) sub[mi]nistrentur [3]). Obsecro, frater carissime [4]), sanguis et ossa mea, pars animę meæ, nomen meum, ut postpositis vel potius explosis et adnullatis simultatibus et inimicitiis, quas inter patrem vestrum et nostrum cupidi et perversissimi homines seminare gaudebant, Christiano et cognato amore

DCXCV. Exstat h. f. in codd. Paris. H, Monac. B, Vindob. A; vulgat. inter Alsat. nº 14, eam recudit Ernst Dümmler in *Formelbuch des Bischofs Salomo III von Konstanz*, nº 28. — [1]) Monac. B, *cognominus*. — [2]) H. v. deest in cæteris. — [3]) H. v. e cæteris restitui. — [4]) Vindob. A, *karissime*.

a) Louis le Bègue, fils et successeur de Charles le Chauve, couronné roi le 8 décembre 877. Sa domination, beaucoup moins étendue que celle de son père, n'avait été reconnue, comme notre formule l'indique très exactement, que dans la Gaule ou France occidentale, l'Aquitaine et la Marche d'Espagne, c'est-à-dire cette portion de la Tarraconnaise qui s'étend jusqu'à la rivière de Llobregat (*flumen Rubricatum*). (Cf. Eccard, *Commentarii*, II, 637.) Cette énumération géographique de ses États est du reste contraire au style de ses diplômes; mais il faut remarquer que la lettre reproduite ici n'était pas émanée de la chancellerie.

b) Louis le Jeune, second fils de Louis le Germanique. J'ai donné quelques indications sur l'étendue de son royaume et le style de sa chancellerie, p. 60 et suiv., note *a*, p. 188, note *a*, p. 625 et suiv., note *b*.

Digitized by Google

Epistolæ ad res publicas spectantes.

nos invicem diligere et alter alteri domi militiæque fidi et paccati esse curemus, ne quisquam tercius nos duos nisi unum se invenire tripudiet, et ita fit[5]) ut nec nostri de nostra dissensione et minoratione glorias et dignitates aucupentur, nec adversarii vel extranei de regni nostri defectu vel casu glorientur. Ut autem fœdus inter nos conditum[6]) permaneat firmum[7]) *a*), mittimus vobis pro arrabone cavallum viribus et velocitate, non statura et carnibus probabilem, et sellam qualem nos insidere solemus, ut nos fortitudine et utilitate, non luxu et inanitate delectari noveritis. Mittimus etiam cortinam prestantissimam, qua in palatio vestro tempore consilii pro signo dilectionis nostræ suspensa omnia[8]) maledicorum seminaria contabescant, dum et meam apud vos devotionem hoc munere, et vestram erga nos affectionem ipsa viderint et extimuerint ostentatione. Et ut de vitæ vestræ diuturnitate nos sollicitos esse noveritis, dirigimus vobis aromata et unguenta et pigmenta medicabilia, quorum odore, delibutione et sapore delectati diu vivere et nos diligere firmiter et iure debeatis. Ad regimen, *et reliqua.*

— [5]) Monac. B, *sit*. — [6]) Cæteri, *condictum*. — [7]) Cæteri, *firmiter permaneat*. — [8]) Monac. B, *omnium*.

a) Le traité auquel ce passage fait allusion est sans contredit celui qui fut conclu entre les deux princes dans l'entrevue de Foron, le 1er novembre 878 (Cf. *Annal. Fuld.*, *Annal. Bertin.*, ad ann. 878, ap. Pertz, *Monum.*, I, 392, 508), et dont le texte a été publié par Baluze, *Capitul.*, II, 277, et par Pertz, *Monum.*, III, 545. La date de notre formule doit donc être placée entre cette entrevue et la mort de Louis le Bègue, qui eut lieu le 10 avril 879. J'ai peine à comprendre pour quel motif Eccard (*Commentarii*, II, 637, 638) et Michel Denis (*Codd. mss. theolog.*, t. I, part. III, p. 2991) l'ont reportée à une époque antérieure au traité.

Digitized by Google

DCXCVI.

INDICULUM [1]) AD ALIUM REGEM, CUM LEGATIO DIRIGITUR [2]) ET VERBIS SUGGERIT COMMENDATICIIS [3]).

Epistolæ ad res publicas spectantes.

Domino glorioso atque præcellentissimo fratri [4]) illi [5]) regi [6]), in Dei nomine [7]), ille rex [8]). Desideratus eventus fidelissima [9]) nobis obtulit facultatem, quia [10]) vestræ serenitate [11]) salutationis honorificentiam præbeamus, eo videlicet dilectiones [12]) affectu proprietate [13]) vestræ celsitudinis cognoscere [14]) cupientes, quo vestram gloriam erga nos fraternitatis [15]) individuam arbitramur. Proinde præsentes viros [16]) inlustris [17]), illum et illum [18]), ad præsentiam fraternitatis vestræ direximus; quibus, [ut] [19]) vestram gloriam [20]) condecet [21]), benignissima tranquillitate susceptis, petimus ut, dum officium legationis iniuncte [22]) peregerent [23]), responsis vestræ clementiæ præmoniti [24]), ad referendum salutis indicium sacris vestris litteris honorentur [25]).

DCXCVI. Exstat h. f. in codd. Paris. A, B, C, Lugd. Bat. A, B; vulgat. inter Marculf. I, 9.— [1]) Paris. C, Lugd. Bat. B, *Indicolum*, *Indecolum*.— [2]) Lugd. Bat. B, *diregitur*. — [3]) Paris. C, Lugd. Bat. B, *commendaticium;* in Lugd. Bat. A rubrica sic inscribitur : *Epistola regalis ad alium regem destinenda.* — [4]) Paris. C, *fratre*. — [5]) Cæteri, *illo*. — [6]) Paris. C, *rege*. — [7]) Lugd. Bat. B, *nomen*.— [8]) Lugd. Bat. A, *ego..... ille, gratia Dei, rex*.— [9]) Paris. C, *fidissimam*. — [10]) Paris. C, Lugd. Bat. A, B, *qua*. — [11]) Lugd. Bat. A, B, *serenitatis, serenitatem;* Paris. B, *quanta nobis serenitas*. — [12]) Cæteri, *dileccionis*. — [13]) Paris. B, C, Lugd. Bat. A, *prosperitate, prosperitati, prosperitatem*. — [14]) Paris. B, C, Lugd. Bat. B, *cognuscere*. — [15]) Paris. B, *quo nostre glorie erga nos fraternitas;* Lugd. Bat. A, *quo vestræ fraternitatis gloriam erga nos*.— [16]) Paris. B, *præsentis viris*. — [17]) Lugd. Bat. A, *illustres*. — [18]) Paris. B, *illo et illo;* cæteri, *illos et illos*. — [19]) H. v. e cæteris supplevi. — [20]) Lugd. Bat. A, *vestræ dignitati*. — [21]) Paris. B, *decet;* Lugd. Bat. B, *condecit*. — [22]) H. v. deest in Paris. B. — [23]) Lugd. Bat. B, *peregerint*.— [24]) Cæteri, *præmuniti*. — [25]) Lugd. Bat. A, *exaretur, Valete*.

Digitized by Google

DCXCVII.

RESCRIPTIO[1]) AD REGE[2]).

(e codd. Paris. A, B, C, Lugd. Bat. B.)

Epistolæ ad res publicas spectantes.

Domino gloriosissimo atque præcellentissimo et a nobis cum summo caritatis vinculum[3]) in amore Christi amplectendo illo rege[4]), ille rex. Apicis[5]) vestræ celsitudinis pro[6]) magnificus[7]) et inlustris viros[8]) illos[9]) summa cum aviditate nos accipisse[10]) conperite; per quos vestræ celsitudine salutationum[11]) munea[12]), ut condecet, præmitentes, ea que circa vos[13]) sunt prospera[14]) cognoscentes, gavisi[15]), ipsos in vestro amore, talis[16]) ut condecet viros,

DCXCVII bis.

ITEM RESCRIPTUM [Monac. A, *regis*] AD EUNDEM [Monac. A, *alium*] REGEM.

(e codd. Lugd. Bat. A, Monac. A.)

Domino gloriosissimo atque præcellentissimo et a nobis cum summo caritatis vinculo sumatim Christi amore amplectendo illi rege, ille, gratia Dei, rex. Apices celsitudinis vestræ per magnificos et inlustres viros illos summa cum aviditate [*Monac. A*, nos] accepisse cognoscite; per quos vestræ celsitudini salutationum munia, ut condecet, præmitentes, ea quæ circa vos sunt prospera cognoscentes, multum in omnibus gavisi sumus. Denique vestro amo-

DCXCVII. Exstat h. f. in codd. Paris. A, B, C, Lugd. Bat. A, B, Monac. A; vulgat. inter Marculf. I, 10; sed quum plurimum inter se codices discrepare viderentur, textum cod. Lugd. Bat. A e regione textus cod. Paris. A recudendum curavi. — 1) Paris. B, *Rescriptum;* Paris. C, *Rescripto.* — 2) Paris. B, C, *regem.* — 3) Cæteri, *vinculo.* — 4) Paris. C, Lugd. Bat. B, *regi.* — 5) Paris. B, Lugd. Bat. B, *apices.* — 6) Cæteri, *per.* — 7) Paris. B, *magnificos.* — 8) Paris. B, *viris.* — 9) Paris. B, *illo et illo.* — 10) Cæteri, *accepisse.* — 11) Paris. B, *salutacionem.* — 12) Paris. C, *munia.* — 13) Paris. B, *nos.* — 14) Lugd. Bat. B, *pruspera.* — 15) Paris. C, *gavisus.* — 16) Paris.

Digitized by Google

devotione [17]) benignisima suscepimus. Officium legationis sibi a vos [18]) iniunctum nostris auribus pandiderunt [19]); sed omnia a nobis in responsis accepta, quid [20]), cum feliciter, in Dei nomine, remeaverint, celsitudinis vestræ auribus debeant enarrare [21]).

re, tales ut condecet viros, devotione benignissima susceptos, officium legationis sibi a vobis iniunctum nostris auribus sagaci relatione detulerunt. Illi vero vestris partibus feliciter remeantes, de omnibus a nobis conpetenter responsis acceptis, Christo auspice, tandem aliquando vestris serenissimis obtutibus præsentiam reddituri, de omnibus, que nostre exiguitati visi estis percunctari, celsitudinis vestræ auribus debeant promulgare. Valete.

Epistolæ ad res publicas spectantes.

DCXCVIII.

[*Sine rubrica.*]

Domino clementissimo et a Deo electo et sublimato Pippino regique magnificentissimo *a*), ille humilis ser-

B, Lugd. Bat. B, *tales*. — [17]) Lugd. Bat. B, *de vocatione*. — [18]) Paris. B, *vobis*. — [19]) Paris. B, C, *panderunt, pandederunt*. — [20]) Paris. B, *quibus*. — [21]) Cæteri, *ennarrare, enarrari*.

DCXCVIII. Exstat h. f. in cod. Paris. G; vulgat. in *Einhardi Opp.*, t. II, p. 152 (ed. Teulet).

a) Pépin, second fils de Louis le Débonnaire. M. Teulet, qui le premier a publié cette lettre, l'attribue à l'un des agents que ce prince entretenait à la cour de l'empereur, et croit qu'elle a été écrite en 830 ou 834, lorsque Louis le Germanique et Pépin se rapprochèrent de leur père contre Lothaire leur frère aîné.

Digitized by Google

Epistolæ ad res publicas spectantes.

vulus et clientulus vester oratorque per omnia sedulus, per hanc epistolam vestram magnitudinem in Domino Dominorum opto et mitto sempiternam salutem. Gratias itaque ago omnipotenti Deo [quod] summa cum prosperitate in servitio domini mei perveni, receptusque ab eo solita benignitate illius in præsentia gratiosus consisto. Multa namque ab eodem piissimo regi melliflua verba de vestris partibus inquisitus fui; sed in cunctis exquisitionibus, quibusque libenter audire merui, talibus Omnipotens mihi ministravit responsis, quod animum illius velud suavissima melodia ad sacri iocunditatis gaudio inrigarunt. Et ideo ineffabilis illius clementia erga excellentiam vestram, sicut dignum est, optimam habet voluntatem, quam vero [per] omnia quæ dicta sunt ille servulus vester viva voce vobis potest narrare. Fuerunt quo[n]dam et pares, quos et amicos habere putabam, pectore venenoso, currentes antequam venissem, meam conati sunt accusare miseriam; sed ille, qui cunctorum novit occulta, misertus est famulo suo, eorumque machinamenta magis iuvare ceperunt quam aliquod dolum [par]erent. Cuncta vero, quæ latenter mentiendo ad aures præclaras nisi sunt accusare..... cunctis principibus, idem ipse clementissimus rex mihi famulo suo dignatus est clementer narrare, quod et hæc omnia præfatus ille vestris in auribus prudentius potest referre. Habere autem illum unum ex veris amicis et fidelem servulum non dubitetis, quia, in quantum mens illius prævaluit, de profectui vestro et gloria coram domino nostro viriliter certare studuit. Ille noster, quem ut anima mea in vestra diligebam amore, non erubuit in nece mea suas examinare sagittas, et saltim de parte mea in regis præsentia verba non vera iactare. Sed ille, qui iniqui Achitofelis ad nihilum redegit consi-

Digitized by Google

lium, voluit et eius subito conterere nequitiam, et gratiam domini mei potius ut dignus inessem mihi benignus concessit. Habeo enim ego servulus vester dispositum ut missum meum quam citius cum potuero in vestro dirigam servitio. Scilicet nunc de præsente, pro benedictionis causa, per illum dirigo vobis munuscula parva, non tamen parvo voluntatis affectu, id est cusinos duo; p[recor ut] eos vultu serenissimo respicere dignetis. Commendo me omnesque res sancti illius ac nostras et cunct..... rentibus nostris servulis vestris sub defensione alarum vestrarum multis feliciter annis. Queso devotissime serenitati vestræ ut confestim, cum hunc recensetum habueritis indicolum, igni ad devorandum trademini.

Epistolæ ad res publicas spectantes.

DCXCIX.

INDICULUM AD ABBATEM.

Ille exiguus levita, illo salutem. Cum amicos caritate visitamus, debitum mansure mercedis implemus; cum autem de [e]orum sospitate perquiremus, per missionum nostrarum effectus curamus; cum illorum bona videre et audire desideramus, participes maxime caritatis incunctanter efficitur; si autem, quod absit, sinistre oppinionis de amicorum societate fama percrebuerit, secundum apostolum : *Quis infirmatur, et ego non infirmor, qui scandalizatur, et ego non uror* a). Qua pro causa hoc totum scribere commodum duximus, quatenus, quantum ad dominorum vel amicorum vestrorum causam exspec-

DCXCIX. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, n° 55.

a) Cf. *Epist. II B. Pauli ad Corinth.*, XI, 29.

Digitized by Google

Epistolæ ad res publicas spectantes.

tant, in futuro maximam àdibeatis cautelam, ne forte, quod Deus non paciatur, electio domni imperatoris in vestra causa frustretur. Misimus etiam vasallum nostrum illum amicabilem, caritatemque precamur ut benigne suscipiatis et erga illum, ubicumque indiguerit, agatis, et locum, ubi nostri caballi esse infra vestram potestatem vel quicquid habere debeant, demonstretis, quatenus in via nos de his certum reddere valeat et efficere apud mansionarios domni imperatoris, qui in villa, quem Domo vocant *a*), propter iniunctum nobis officium mansionem congruam presenti nostri homini tribuat, qualiter, cum ad nos venerit, non nos pro hoc sollicitum reddat. Cum enim hec omnia vestra caritas impleverit, remittito, queso, nobis presentem nostrum missum, intimantes quicquid exinde vestra bonitas fecerit. De novis causis nihil ad presens mandare possimus, nisi quia Elia extra palacium et mihi de eius servicio usquequaque iniunctum est *b*), et ille dudum vester come recepit suum alode; videtur mihi eius recuperacione infans adhuc, tamen est comendatus attoniti comiti; et quoniam rex missos suos patri suo illo kalendarum marciarum direxit, tria capitula rogans: primo ut liceret ei hominis, quos hinc adduxit, secum abere et ipsis infra nostrum regnum suis proprietatibus, quousque simul cum fratre veniens eos domni imperatoris obtutibus presentaret; secundo ut terminos sibi a domno

a) C'est peut-être Domo d'Ossola. Cette petite ville, désignée dans l'Itinéraire d'Antonin sous le nom d'*Oscella*, est la première qu'on rencontre après la descente du Simplon. Elle devait être une des stations postales de la route qui conduisait en Italie à travers les Alpes Lépontiennes.

b) S'agit-il d'Hélie, archichancelier sous Louis le Débonnaire, et que M. de Wailly croit être le même qu'Hélizacar? Cf. *Éléments de Paléographie*, I, 221.

Digitized by Google

imperatore concessos nec idem imperator vel etiam exercitus eius insidiando invaderet, usque ad memoratum fratris et sui ad patrem adventum; tertio absolveret illum, quatenus liceret ei instanti quadragesima pro communi salute decertaretur : unde responsum *a*). Nos autem, si eorum relatum conperimus, vestre caritati significare curavimus, ut et vos pro communi caritate et debita fide Domini misericordiam indefesse implorari faciatis, quatenus Dominus rerum, si fieri ullo modo potest, concordiam et ecclesię suę sanctę unitatem misericorditer largire dignetur. Deus te custodiat semper, ammantissime frater et pater, in omnibus memoremus.

Epistolæ ad res publicas spectantes.

DCC.

[*Sine rubrica.*]

..... [immi]nutum. Idipsum autem quod optimum habemus, secundum quod facultas suppetit, vobiscum libentissime [impert]iemus. Hæc idcirco per singula studuimus scribere, quia epistola superius dicta per scriptum vobis [in]notescere iussit de singulis. Ea vero, que subsequens exposcit sermo, nostræ competunt necessitudini. Liquet namque quod sagax efficatia vestra astutiam præcellit omnium hanc legationem agentium, ut superius dictum declarat affectum. Et ideo quia pre cunctis excellentius subtiliusque eandem legationem a vobis ordinari

DCC. Exstat h. f. in cod. Paris. G; vulgat. inter Baluz. minor. nº 15.

a) Ce document est extrêmement curieux par les renseignements qu'il donne sur la situation politique. Bien qu'il ne soit peut-être pas possible de déterminer les événements auxquels il fait allusion, on reconnaît cependant qu'il s'agit d'une des phases de la lutte engagée contre Louis le Débonnaire par ses enfants.

Digitized by Google

Epistolæ ad res publicas spectantes.

scimus, de vestra inviolabile caritate freti, consilium expetimus quomodo ipsam agere debeamus; ut, sicut eam penes vos habetis depositam, qualiter episcopos vel ca-n[on]icos aut monachos vel quibus capitulis ab eis debeamus requirere, per ordinem cuncta celerius ad nos recurrens ostendat epistola. Illam quoque paginam, que coram domino imperatore et nobis omnibus lecta est, cum universis generaliter data fuit licentia eundi palatio, pariter cum præpetita epistola nobis mittite; et non solum ea que nominatim expressimus, sed prebete cuncta que huic negotio scitis esse congrua. Ita namque in omnibus erga nos agat vestra inmarcessibilis caritas, sicuti per vos nostra confidat simplicitas. Hoc etenim almitati vestræ notum fieri volumus, quia, domino nostro glorioso augusto iubente, die XIX mensis præsentis, que eveniet XIII kalendas iulii, ab o[mnibus suff]raganiis nostris, Deo opitulante, episcopale munus, libet indignus, suscepturus [sum. Cum e]go me huic honeri minus aptum et adhuc episcopalibus officiis novit oportet esse inbutum, termino statuto differre volui; sed quia, iussione imperiale urgente, non valeo, idcirco vestram sanctitatem rogo et intentissima præce efflagito ut, licet omni tempore, maxime usque predictam diem, pro nobis cum omnibus vestris Domini misericordiam exhorare dignemini, ut inpetratu vestro a gravidine [m]eorum delictorum merear leviari, et adnitentibus orationibus dignetur mihi Dominus Ihesus Christus intellectum sensumque prebere, qualiter ad dignitatem tanti honoris, quamvis inmeritus, valeam conpetenter accedere.

Digitized by Google

DCCI.

[*Sine rubrica.*] [1])

Epistolæ ad res publicas spectantes.

Dilectissimo et religiosissimo consacerdoti et firmissimo amico N. episcopo, ille Brixiensis ecclesię pastor *a*). Obsecro fidelitatem vestram ut veraciter mihi [2]) et diligenter demandare dignemini quomodo se summa rerum habeat, quam pacati inter se domini nostri reges sint, id est filii Hluduvici, qualemque pacem ad consobrinum suum filium K[aroli] *b*) conservent, quia nos habitatores Italiæ, vel po-

DCCI. Exstat h. f. in codd. Paris. H, Monac. B, Vindob. A, Rhenaug. A, sed in fine mutila; vulgat. inter Alsat. nº 26, eam recuderunt Ernst Dümmler in *Formelbuch des Bischofs Salomo III von Konstanz*, nº 40, Friedrich von Wyss in *Alamannische Formeln und Briefe*, nº 30. — [1]) In cæteris rubrica sic inscribitur : *Item epistola.* — [2]) H. v. deest in Rhenaug. A.

a) Les différents synchronismes contenus dans cette formule et dans la suivante prouvent qu'il s'agit ici d'Antoine, évêque de Brescia. Ce prélat était déjà consacré en 876. Il souscrivit en 877 aux actes du concile de Ravenne convoqué par Jean VIII, et fut présent en 898 au synode romain tenu sous Jean IX. Cf. Ughelli, *Italia sacra*, IV, 536; Mansi, *Concil. ampliss. collect.*, XVII, 337; XVIII, 227. Michel Denis, Zurlauben, Heumann, Dümmler et de Wyss s'accordent à lui attribuer la rédaction de la lettre originale imitée par l'auteur de notre formulaire. Eccard (*Commentarii*, II, 631) est le seul qui ait confondu Brescia avec Brixen, en Tyrol. Il suffit, pour relever cette singulière méprise, de rappeler qu'au neuvième siècle la ville de Brixen ne possédait pas encore d'évêché, et que ce fut seulement entre 960 et 962 qu'on y transporta le siége primitivement établi à Seben. Cf. Reschius, *Annales ecclesiæ Sabionensis*, II, 474.

b) La lecture de plusieurs noms propres, qui ne sont indiqués dans les manuscrits que par une lettre initiale, ayant occasionné quelques dissentiments parmi les commentateurs de cette formule et de la suivante, j'ai cru devoir placer mes restitutions entre [ ], pour mettre le lecteur à même de se prononcer en connaissance de cause.

Digitized by Google

Epistolæ ad res publicas spectantes.

tius inquilini [3]), seu, quod potissimum veritas ipsa testatur, præda nunc horum, nunc illorum, egre nimis expectamus donec inter se concorditer adinveniant cuinam provintiam istam concedere velint, et illi prout oportet singulariter subiciamur, ceteris etiam in quibus possumus lęti serviamus *a*). De sospitate sanctitatis vestræ certum me reddere velitis, et vestris Romam pergentibus seu reliquis pro sua necessitate Italiam petentibus intimate ut ad me divertant, et in vestro honore eis aliqua impendam subsidia, et de statu sanitatis vestrę lętificabor, et vos de mea,

— [3]) Hic desinit cod. Rhenang. A.

a) Les princes désignés dans ce passage sont Carloman, Louis le Jeune, Charles le Gros, fils de Louis le Germanique, et leur cousin Louis le Bègue, fils de Charles le Chauve. Michel Denis confond ce dernier avec son père, et Zurlauben, qui est tombé dans la même erreur, propose de rectifier le texte en substituant le mot *patruus* au mot *consobrinus*. Par suite de cette fausse interprétation, ces deux auteurs ont attribué la rédaction de notre formule aux années 876 ou 877, tandis qu'on verra par la suite des faits rappelés dans la formule suivante qu'elle est nécessairement postérieure au mois de mai 878. Les événements survenus en Italie depuis la mort de l'empereur Louis II, en 875, font du reste comprendre les anxiétés qu'éprouvait l'évêque de Brescia. La lutte de Charles le Chauve et de Carloman, tour à tour victorieux et fugitifs; la mort presque subite du premier, la paralysie qui avait frappé le second et l'avait contraint d'abandonner sa conquête et de repasser les Alpes; la fuite du pape chassé de Rome par les partisans de Carloman; la promesse faite par ce prince à ses deux frères de partager avec eux le royaume d'Italie (Cf. *Annal. Fuld.*, ad ann. 879, ap. Pertz, *Monum.*, I, 393); l'intention manifestée par Louis le Jeune dans le traité de Foron d'exiger l'exécution de cette promesse; les réserves insérées dans le même traité par Louis le Bègue (Cf. *supra*, p. 966, note *a*); toutes ces causes de guerre civile et d'anarchie devaient assurément inspirer au prélat italien les plus vives appréhensions pour l'avenir de son pays.

Digitized by Google

ut credo in vestram [fidem][4]); iucunda[5]) et pigmenta ac medicamenta, que vobis congrua puto, vestræ dilectioni dirigere curabo. Munuscula, que modo fuerunt ad manus, vestræ dignitati direximus, hoc est palliolum diumcedrinum, et aliud coccineum, tertium saphirini coloris, facitergulas duas, duos ramos palmarum virides, et partem amigdalarum, timiama novum. Quod si oportunum vobis est, obsecro ut unum admissarium generosissimum celeritate et forma, quin et animo prestantissimum et acrem mihi fideli vestro dirigatis, simul quodcunque volueritis grandioris pretii mihi iniungentes, utpute[6]) ad vestram voluntatem parantissimo[7]).

Epistolæ ad res publicas spectantes.

DCCII.

[*Sine rubrica.*][1])

Nobilitatis et religionis summique sacerdotii dignitate sublimato N., illius ecclesiæ pontifici, N. illius ecclesiæ indignus episcopus *a*). Comperta sanitate dulcedinis ves-

— [4]) H. v. e Monac. B, Vindob. A supplevi. — [5]) Monac. B, Vindob. A, *iucundabo*. — [6]) Monac. B, Vindob. A, *utpote*. — [7]) Monac. B, Vindob. A, *paratissimo*.

DCCII. Exstat h. f. in codd. Paris. H, in fine mutila, Monac. B, Vindob. A, Rhenaug. A, initio mutila; vulgat. inter Alsat. nº 27, eam recuderunt Ernst Dümmler in *Formelbuch des Bischofs Salomo III von Konstanz*, nº 41, Friedrich von Wyss in *Alamannische Formeln und Briefe*, nº 31. — [1]) Monac. B, *Rescriptum;* Vindob. A, *Rescriptio*.

a) Zurlauben, de Wyss et Dümmler croient reconnaître dans le correspondant innommé de l'évêque de Brescia, Salomon II, évêque de Constance. Eccard y voit au contraire un des évêques de la Bavière. Rien dans le texte ne justifie l'une ou l'autre de ces conjectures. On doit seulement conclure des mots *filii* NOSTRI DOMINI *Hludovici*, qu'on lit plus bas, ainsi que du ton général de la

Digitized by Google

Epistolæ ad res publicas spectantes.

træ, multum in Domino gavisus sum, sed et gaudeo et gaudebo. De perturbatione vero Italię, tum propter vestram et ecclesiarum Christi inquietudinem et vastationem, tum etiam propter nostra detrimenta nimium contristamur, quia pauperrima et arida provintia nostra quid amplius habitura est, matre divitiarum suarum direpta? Sed [de] [2]) Dei misericordia confidimus hanc tempestatem in brevi serenandam. Nam sicut demandastis mihi ut de regni pace et statu [3]) vobis certi aliquid significarem, et qualem pacem tres fratres [4]) ad invicem conservarent filii nostri domini Hlud[ovici] [5]), et utrum nepotem vel consobrinum, immo compatruelem suum, filium K[aroli] in societatem suam ascivissent *a*), notum fatio dileccioni vestrę quia tres illi fratres ita se mutua caritate complectuntur, ut summam Trinitatem mediam inter illos diversari credamus, adeo omnia, quę [6]) ad illos seu privato seu publice pertinere videntur, humanas res et vota supergrediuntur, et unusquisque eorum, si posset vel potest fieri [7]), plus alios quam se ipsum diligit vel diligeret [8]). Et domnus quidem K[arolus] [9]) cum fratre Hl[udovico] [regnum] [10]) Hludovici [11]) iunioris, id est Galliam Lugdunensem et Treverim cum omni [Mo]sellana [12]) regione necnon Agrippinensem provinciam et Burgundioniam inter se dividendas acceperunt; Italia[m]

— 2) H. v. e Monac. B, Vindob. A, supplevi. — 3) Monac. B, Vindob. A, *de reipublicæ statu.* — 4) Monac. B, Vindob. A, addunt *domini nostri filii Hl.* — 5) Verba *filii nostri domini Hlud.* desunt in Monac. B et Vindob. A. — 6) Hic incipit cod. Rhenaug. A. — 7) Cæteri, *si fieri potest.* — 8) Verba *vel diligeret* desunt in cæteris. — 9) Cæteri, *Carolus.* — 10) H. v. e cæteris supplevi. — 11) Rhenaug. A, *Hl.* — 12) H. v. e Monac. B, Vindob. A, restitui; Rhenaug. A, *Molesana.*

lettre et des sentiments qu'elle respire, que ce correspondant habitait une des provinces soumises aux enfants de Louis le Germanique.

a) Cf. *supra*, p. 976, note *a*.

Digitized by Google

vero et Tusciam et omnem [13]) Campaniam domno K[arlomanno] regendas commiserunt, qui etiam, modo [14]) sanitate indulta vel indepta [15]), quantotius vos per gratiam Dei visitabit, et omnem adversarium et prædonem de vestra provintia fugabit *a*).

Epistolæ ad res publicas spectantes.

— [13]) Monac. B, Vindob. A, *omniam*. — [14]) Cæteri addunt *iam*. — [15]) Monac. B, Vindob. A, *sanitate indepta;* Rhenaug. A, *indempta*.

a) Ce passage fournit une occasion naturelle d'éclaircir plusieurs questions relatives au partage des États de l'empereur Lothaire. On sait que le traité de Verdun avait attribué à ce prince, outre l'Italie, une bande de terrain longue et étroite, s'étendant entre le Rhin, la Meuse, la Saône, le Rhône et les Alpes, depuis la mer du Nord jusqu'à la Méditerranée. Cf. *supra*, pag. 85, note. A sa mort, en 855, ces provinces échurent à ses deux fils puînés, Lothaire le Jeune et Charles; le premier eut la partie septentrionale, entre le Rhin et la Meuse; le second, la partie méridionale, entre le Rhône et les Alpes; quant à leur frère aîné, nommé Louis, il avait reçu l'Italie avec la couronne impériale. Charles étant mort en 863, sans laisser d'héritiers directs, ses États furent partagés entre ses deux frères : l'empereur Louis obtint la Provence et le Dauphiné; Lothaire le Jeune, le Viennois, le Lyonnais et la Bourgogne transjurane. Il semblait que la mort de Lothaire le Jeune, décédé en 869 sans postérité légitime, dût réunir entre les mains de l'empereur Louis l'héritage entier du premier Lothaire; mais ce prince était alors occupé à combattre les Sarrasins dans le sud de l'Italie, et ses deux oncles, Charles le Chauve et Louis le Germanique, profitèrent de son éloignement pour envahir, au mépris de ses droits, les provinces que Lothaire le Jeune avait possédées. Ils en réglèrent le partage par un traité conclu le 8 août 870. (Cf. Baluze, *Capitul.*, II, 221; Pertz, *Monum.*, III, 516). Deux ans plus tard, en 872, l'impératrice Angilberge obtint de Louis le Germanique la promesse de restituer la portion qui lui était échue; mais l'obstination avec laquelle Charles le Chauve refusa d'imiter cet acte de justice fit échouer la négociation, et les stipulations du traité de 870 étaient encore en vigueur en 875, lorsque la mort de l'empereur Louis, décédé sans postérité mâle, vint en quelque sorte les légitimer. La portion du royaume de Lothaire

Digitized by Google

Epistolæ ad res publicas spectantes.

Ineffabiles vestrę libertati [16]) gratias de magnis [17]) exquisitis muneribus, que mihi dirigere curastis. De cavallo,

— [16]) Monac. B, Vindob. A, *liberalitati*. — [17]) Cæteri addunt *et*.

le Jeune, que ce traité avait attribuée à Louis le Germanique, faisait donc partie des États de ce prince au moment de sa mort. Toutefois, elle en était considérée comme une fraction distincte, car ses enfants ne la comprirent pas dans leur premier partage conclu au mois de novembre 876. Ce ne fut que l'année suivante qu'ils en firent l'objet d'un second partage, et la subdivisèrent en trois portions égales. Cet arrangement n'eut pas du reste une longue durée; dès le mois de février 878, Carloman fit à ses deux frères puînés, Louis le Jeune et Charles le Gros, l'abandon du lot qui lui était échu, et ceux-ci procédèrent au mois de mai suivant à une nouvelle répartition. Cf. *Annal. Fuld.*, ad. ann. 876, 877, 878 (ap. Pertz, *Monum.*, I, 389 et sqq.)

Cette dernière opération me paraît être celle à laquelle fait allusion l'auteur de la formule. Les provinces qu'il indique comme étant l'objet du partage intervenu entre les fils puînés de Louis le Germanique, sont précisément celles que Lothaire le Jeune avait recueillies en 855 et 863 dans les successions de son père et de son frère. Il y comprend, à la vérité, le Lyonnais, que le traité du 8 août 870 avait fait passer sous la domination de Charles le Chauve, et qui par conséquent ne dut pas figurer dans les arrangements des deux frères; mais c'est là une erreur de détail, qui n'infirme en rien l'exactitude de l'ensemble. Il suppose également que l'abandon fait par Carloman de la part qu'il avait obtenue dans les États de Lothaire le Jeune, avait eu pour conséquence de lui assurer la possession exclusive et paisible de l'Italie, tandis que nous voyons par le texte du traité de Foron (Cf. *supra*, p. 966, note *a*) que Louis le Jeune entendait réserver tous ses droits sur la Péninsule. Mais il est incontestable que l'espoir de ne pas être inquiété en Italie avait déterminé la conduite de Carloman, et le correspondant de l'évêque de Brescia, qui n'était sans doute pas initié aux secrets des princes, devait naturellement s'en tenir aux apparences.

La suite des faits que je viens d'exposer prouve qu'il faut opérer une légère correction dans le texte des manuscrits de Paris, de Vienne et de Munich, et lire *regnum Hlotharii iunioris* au lieu de *regnum Hludovici iunioris*.

Digitized by Google

quem me expostulastis, scitote quia præstantissimum vobis mitto,

Epistolæ ad res publicas spectantes.

Illorum de gente, patri quos Dedala Circe
Subposita de matre nothos furata creavit *a*).

Quod ne fabulosum existimetis [18]), aerius ei color innatus hoc verum esse comprobat. Qui pernicitate Cillarum [19]), animositate Rhebum, mirabili singularitate Bulcephalum [20]) antecellat, et generosissimos pullos fatiat, qui procul adoretur [21]) bellum et gaudeat ad vocem tubę, et cum sanguineam pugnam videat, dicat *vah*, qui montes oppositos letus et alacris exuperet et fluvios rapaces innatet et latissimos lacus transvadet,

— [18]) Rhenaug. A, *existimatis*. — [19]) Rhenaug. A, *Ullarum*. — [20]) Cæteri, *Bucephalum*. — [21]) Rhenaug. A, *odoretur*.

L'erreur est du reste facile à expliquer. Ces trois manuscrits ont probablement été copiés sur des originaux qui ne contenaient, comme le manuscrit de Rheinau, que les initiales *Hl.*, et les copistes ont rempli l'abréviation par celui des noms de souverains qui se présentait le plus fréquemment sous leur plume. Je dois cependant avouer que cette opinion, où je me rencontre avec Dümmler, n'est point partagée par Eccard, Zurlauben et de Wyss. Ces auteurs pensent que les mots *Hludovici iunioris* désignent l'empereur Louis, fils de Lothaire, lequel aurait sans doute été nommé *iunior* pour le distinguer de son aïeul Louis le Débonnaire. Il faudrait alors supposer que l'auteur de la formule, ou plutôt de la lettre qui lui a servi de modèle, considérait comme illégaux tous les actes intervenus depuis la mort de Lothaire le Jeune, et notamment le traité du 8 août 870, et qu'en haine de l'usurpation commise par Charles le Chauve et Louis le Germanique il affectait de donner aux territoires envahis par ces deux princes le nom de leur souverain légitime.

Quoi qu'il en soit, il me paraît certain que la date de notre formule doit être placée, comme celle de la formule précédente, entre le mois de mai 878, époque du dernier partage des États de Lothaire le Jeune, et le 10 avril 879, jour de la mort de Louis le Bègue.

a) Cf. Virgil., *Æneid.*, VII, 282, 283.

Digitized by Google

Epistolæ ad res publicas spectantes.

Bellica vel molli melius ferat esseda collo[22]) *a*), et humano sensu cognoscat quomodo sub quolibet homine se gerere habeat[23]), hoc est sub iuvenibus et indisciplinatis transversus et supinus[24]), sub senioribus vero et gravibus humilis et rectus incedere norit[25]). Debetis autem [eum][26]) farre pascere, non siliquis fabarum et lupinorum seu frondibus cerrarum et quercuum; debetis autem[27]) puro amne vel liquido fonte potare, non putentibus[28]) aquis, ut vos eas[29]) nomine dicitis. Si hęc ei facitis, omnia que dixi et ampliora in eo invenietis; si vero hęc neglegitis et curam illi subtrahitis, immunis ero a mendatio, qui vobis bonum eum direxi et qualiter habere deberetis instruxi; vos autem vobis ipsis aut ministris vestris de eius vili[tate[30]), non mihi fideli vestro succensete, quod tamen opto ne eveniat.

Ad correctionem ecclesię suę et omnium bonorum consolationem diu vos[31]) Christus conservare et ad cęlestia regna perducere[32]) dignetur.

De filio K[aroli] regis, quod requisistis, qualiter fidem et amicitiam ad dominos nostros conservet et quomodo se illi ad ipsum exhibeant, adhuc[33]) nihil certi de hoc vestrę industrię possumus indicare, nisi hoc tantum quod omnes simul et singuli per legatos suos eum fraternę salutare et omnia[34]) de se pacifica demandare consueverunt, et ille officiose ea suscipere et pacata omnia de sua parte eis solet remandare *b*). Hoc unum pro certo scimus,

— 22) Hic versus deest in Rhenaug. A. — 23) Cæteri, *debeat*. — 24) Rhenaug. A, *sopinus*. — 25) Rhenaug. A, *novit*. — 26) H. v. e cæteris supplevi. — 27) Cæteri, *eum*. — 28) Rhenaug. A, *potentibus*. — 29) Rhenaug. A, *ea*. — 30) Hic desinit cod. Paris. H; quæ sequuntur e cod. Monac. B supplevi. — 31) Rhenaug. A, *nos*. — 32) Verba *et ad cœlestia regna perducere* desunt in Rhenaug. A. — 33) Rhenaug. A addit *et*. — 34) Rhenaug. A, *omnes*.

a) Cf. Virg., *Georg.*, III, 204. *b*) Ce passage fait allusion aux

Digitized by Google

quia, quamdiu domnum K[arlomannum] spirare noverit, Italiam non ingredietur *a*).

Iterum iterumque valete] [35]).

Epistolæ ad res publicas spectantes.

DCCIII.

TRACTURIA [1]) LEGATARIORUM, VEL MINIMA FACIENDA ISTIUS [2]) INSTAR [3]).

Tractoriæ.

Ille [4]) rex, omnibus agentibus [5]). Dum et nos, in Dei nomine [6]), apostolico viro illo [7]) necnon et inlustris vir ille [8]) partibus illis legationis causa direximus, adeo [9]) iubemus ut locis convenientibus [10]) iisdem a vobis evectio simul et humanitas ministretur, hoc est veridos [11]) sive paraveridos [12]) tantos [13]), pane nitido modios tantos [14]), [sequenti pane modios tantos] [15]), vino modios tantos [16]), cer-

— [35]) Rhenaug. A, *vale*.

DCCIII. Exstat h. f. in codd. Paris. A, B, C, Lugd. Bat. A, B, Monac. A; vulgat. inter Marculf. I, 11; sed eam jam Cujacius exscripserat ad Lib. XII, tit. 51, Cod. Justinian. — [1]) Paris. C, *Tractaturia*. — [2]) Paris. C, *ad istius*. — [3]) In Lugd. Bat. A rubrica sic inscribitur : *Epistola tractoria, qua rex missis suis facere iubet quando;* in Monac. A : *Regis tractatoria missis domini*.— [4]) Lugd. Bat. A, Monac. A, addunt *gratia Dei*. — [5]) Lugd. Bat. A, Monac. A, addunt *vel cunctis fidelibus nostris*.— [6]) Paris. B, Lugd. Bat. B, *nomen*.— [7]) Lugd. Bat. A, *apostolicum virum illum;* Monac. A, *ap. vir. N.* — [8]) Paris. B, C, *inlustro viro illo;* Lugd. Bat. A, *illustrem virum;* Lugd. Bat. B, *inluster vero illo;* Monac. A, *inlustrem virum N.*— [9]) Lugd. Bat. A, Monac. A, *ideo*. — [10]) Paris. B, *competentibus;* Lugd. Bat. A, Monac. A, *oportunis*.— [11]) Cæteri, *viredos, viridos, veredos, veredarios*.— [12]) Lugd. Bat. A, Monac. A, *parafridos, parafredos*.— [13]) Paris. C, *hoc vero dantur paraveridos tantos*. — [14]) Paris. B, C, *modia tanta*. — [15]) H. v. e Monac. A, supplevi. — [16]) H. v. desunt in Lugd. Bat. B; Paris. B, *modia tanta*.

ambassades que Louis le Bègue et Louis le Jeune échangèrent aussitôt après la mort de Charles le Chauve, et qui précédèrent la conclusion du traité de Foron.

a) Cette dernière phrase montre le mépris qu'on professait dans la partie orientale de l'empire pour les souverains de la Gaule ou France occidentale.

Digitized by Google

Tracteriæ. visa modios tantos, lardo libras tantas, carne[17]) libras tantas[18]), porcos tantos[19]), porcellos tantos[20]), vervices[21]) tantos[22]), agnellus tantus[23]), aucas[24]) tantas[25]), fasianus[26]) tantus[27]), pullos tantos[28]), ova tanta, oleo libras[29]) tantas, garo libras tantas, mel tantum[30]), aceto[31]) tanto[32]), cymino libras tantas, piper tantum[33]), costo tantum[34]), gariolo[35]) tanto[36]), spico tanto[37]), cinamo tanto[38]), granomastice[39]) tanto[40]), dactolas tantas[41]), pestacias[42]) tantas[43]), amandolas[44]) tantas[45]), cereas[46]) libras tantas[47]), [caseo libras tantas][48]), sal tantum[49]), olera, ligumina[50]), carra[51]) tanta, faculas[52]) tantas, itemque[53]) victu ad caballus[54]) eorum, fœnum[55]) carra tanta, suffusum[56]) modios

— 17) Paris. B, *karne;* Monac. A, *carnis.* — 18) Paris. B addit *garo libras tantas.* — 19) Paris. B, C, *porcus tantus.* — 20) Paris. B, *porcellus tantus.* — 21) Paris. C. *vervicis;* Monac. A, *verbices.* — 22) Paris. B, *tantus.* — 23) Lugd. Bat. B, *agnos tantos;* verba *agnellus tantus* desunt in Monac. A; verba vero *carne libras tantas..... agnellus tantus* desunt in Lugd. Bat. A. — 24) Paris. B, C, Lugd. Bat. B, *augas.* — 25) H. v. deest in Monac. A. — 26) Lugd. Bat. B, *fasianos.* — 27) H. v. deest in Monac. A. — 28) Paris. B, *pullus tantus.* — 29) Lugd. Bat. B, *liberas.* — 30) Lugd. Bat. A, Monac. A, *mel libras tantas.* — 31) Monac. A, *acetum.* — 32) Verba *aceto tanto* desunt in Paris. B. — 33) Lugd. Bat. A, Monac. A, *cumino vel piper.* — 34) H. v. deest in Paris. B, Lugd. Bat. A, Monac. A. — 35) Cæteri, *cariofile, gariofolo, cariofolo.* — 36) H. v. deest in Paris. B, Lugd. Bat. A, Monac. A. — 37) H. v. deest in Paris. B, Lugd. Bat. A, Monac. A. — 38) H. v. deest in Paris. B, Lugd. Bat. A, Monac. A. — 39) Lugd. Bat. A, Monac. A, *granomastico.* — 40) H. v. deest in Lugd. Bat. A, Monac. A; Paris. B, *libras tantas.* — 41) Monac. A, *dactilas;* Paris. B, *dactiles tantos;* Lugd. Bat. B, *dartolus tantus.* — 42) Lugd. Bat. A, *pestitio.* — 43) Verba *pestacias tantas* desunt in Paris. B, Lugd. Bat. B, Monac. A. — 44) Paris. B, *amigdalas;* Monac. A, *amnadolas.* — 45) Verba *amandolas tantas* desunt in Lugd. Bat. B. — 46) Paris. C, *cerius.* — 47) Paris. B, C, Lugd. Bat. B, *librales, libralis, liberales tantes.* — 48) H. v. e cæteris supplevi. — 49) H. v. deest in Lugd. Bat. A, Monac. A. — 50) H. v. deest in Paris. C, Lugd. Bat. A, B, Monac. A. — 51) Cæteri, *ligna carra.* — 52) Paris. C, *faglas;* Lugd. Bat. B, *facolas.* — 53) Lugd. Bat. A, Monac. A, *ita.* — 54) Paris. B, Lugd. Bat. A, B, Monac. A, *victum ad caballos.* — — 55) Cæteri, *famo, feno.* — 56) Paris. B, Lugd. Bat. B, *suffuso;* Monac. A,

Digitized by Google

tantos[57]). Hæc omnia diebus [singulis][58]), tam ad ambulandum quam ad nos, in Dei nomine[59]), revertendo[60]), unusquisque vestrum[61]) loca consuetudinaria[62]) eisdem[63]) ministrare et adimplere procuretis, qualiter nec moram habeant, nec iniuriam[64]) perferant[65]), si gratia nostra[66]) optatis[67]) habere. Tractoriæ.

DCCIV.

TRACTORIA.

Omnibus episcopis, abbatibus, abbatissis, comitibus, vicariis, centenariis seu reliquis fidelibus nostris. Notum sit vobis quia istos vassallos nostros, illos et illos, mittimus ad has partes in fiscum promovendas et varias redibitiones exigendas[1]). Propter hoc volumus atque iubemus ut ad stipendia eorum quotidie unicuique illorum dare faciatis panes viginti, frescingas duas, porcellum sive agnum unum, pullos duos, ova decem, de potu modium unum, sal, herbola, ortolanas, ligna sufficienter, et intra quadragesimam..... caseus formaticos quatuor, addentes sextaria duo annonæ, iuxta quod inveniri possunt, et ad bibitionem eorum de medone cervisia modios quatuor, et inter ambos de fœno karradam unam. Videte ut nullam exinde negligentiam habeatis.

suffusa. — [57]) Paris. B, *modia tanta;* verba *suffusum modios tantos* desunt in Lugd. Bat. A. — [58]) H. v. e cæteris supplevi. — [59]) Lugd. Bat. B, *nomen.* — [60]) Paris. C, Lugd. Bat. A, B, Monac. A, *revertendum.* — [61]) Paris. C, *vestre.* — [62]) Lugd. Bat. A, Monac. A, *loco oportuno.* — [63]) Paris. B, *easdem;* Lugd. Bat. A, Monac. A, *eisdem viris.* — [64]) Monac. A, *aliquam iniuriam.* — [65]) Lugd. Bat. A, *præferant.* — [66]) Lugd. Bat. A, Monac. A, *gratiam nostram.* — [67]) Paris. B, C, Lugd. Bat. B, *obtatis.*

DCCIV. Exstat h. f. in cod. Paris. I; vulgat. a Carpent., nº 38. — [1]) Kopp (*Palæographia critica,* I, 325) ita legendum esse censuit : *ad exercitum promovendum et heribannum exigendum.*

Digitized by Google

DCCV.

AD PRINCIPEM *a*).

Tractoriæ. Cognoscas, ille, ut, cum iste homo ille at te venerit, ut facias dare illi et illa et mansionem ei et suis et hominibus. Cave ne inde neglegens appareas. Vale bene.

DCCVI.

AD EPISCOPUM EPISTOLA, ALITER EPISCOPO DE STRAZBRUG [1]).

Dilectissimo patri et omni laude colendo N. ecclesię Argentarinę vel Argentariensis [2]) *b*) pontifici *c*), N. humilis

DCCV. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, nº 1.

DCCVI. Exstat h. f. in codd. Paris. H, Monac. B, Vindob. A; vulgat. inter Alsat. nº 20, eam recudit Ernst Dümmler in *Formelbuch des Bischofs Salomo III von Konstanz*, nº 34. — [1]) In Monac. B, Vindob. A, rubrica sic inscribitur : *Epistola ad episcopum de Strazpurc*. — [2]) Verba *vel Argentariensis* desunt in Monac. B, Vindob. A.

a) L'expression *princeps* est prise ici dans son acception la plus large, et signifie le comte ou le duc de la province. C'est dans le même sens que la formule CCCCVIII emploie les mots *principis loci*, auxquels même un manuscrit substitue, comme variante, cette périphrase remarquable : *seu comitibus illius terræ vel loci illius*. Cf. *supra*, p. 499.

b) La rubrique et la suscription de cette formule montrent en regard l'un de l'autre le nom latin ou ancien et le nom germanique ou moderne de la ville de Strasbourg. On lit de même dans Nithard, lib. III, cap. 5 : *In civitate quæ olim Argentaria vocabatur, nunc autem Strazburg vulgo dicitur* (ap. D. Bouquet, *Rer. Gallic. Script.*, VII, 26). L'étymologie de ces deux noms est rappelée dans les vers suivants d'Ermold :

Urbs populosa nimis Romano nomine dicta est
Argentarata, nomine digna suo.
Prosperitate nova Strasburg vocitata manet nunc,
Quod populis constet publica strata modo!

Cf. Ermold. Nigel. *Elegia prima*, vers. 141 et sqq. (ap. Pertz, *Monum.*, II, 518.

c) Si l'on adopte les conjec-

Digitized by Google

oppidi Constantiensis episcopus *a*). Paternitas vestra scire dignetur quod domnus noster rex K. *b*) ad cœnobium Luxoviensem *c*) parvitatem meam dirigere voluit. Unde peto largitatem vestram ut in vico vestre potestatis Ruvacha *d*) Tractoria.

tures que je propose dans une des notes suivantes sur l'époque où fut rédigée la lettre qui a servi de modèle à cette formule, il faut reconnaître dans le prélat, dont il est ici question, Réginhard, qui occupa le siége épiscopal de Strasbourg de 874 ou 875 à 888. Cf. *Gallia christ. nov.*, V, 787; Grandidier, *Histoire de l'église de Strasbourg*, I, 200.

a) On doit, par suite des mêmes conjectures, attribuer la rédaction de cette lettre à Salomon II, évêque de Constance, de 875 ou 876 à 890. Cf. *supra*, p. 622 et 646, note *b*.

b) Zurlauben (*Mém. de l'Acad. des Inscrip.*, XXXVI, 199) trompé par l'édition de Le Pelletier, où l'initiale *C* est substituée arbitrairement à l'initiale *K*, a exprimé l'opinion qu'il s'agissait ici de Conrad, roi de Germanie, par la raison que dans le recueil, auquel cette formule appartient, la lettre *C* n'est jamais employée comme abréviation du nom de *Karolus*. Cette argumentation, dont la justesse pourrait d'ailleurs être contestée, tombe devant la leçon uniforme des trois manuscrits, qui s'accordent à désigner le souverain par l'initiale *K*. Je crois donc avec Grandidier (*Histoire de l'église de Strasbourg*, II, 202) et Dümmler, qu'il s'agit de Charles le Gros, dont le nom se trouve déjà mentionné dans un grand nombre de formules du même recueil; mais je ne saurais, comme le premier de ces deux auteurs, assigner à notre document la date de 886. Il me semble que cinq ans après avoir reçu la couronne impériale, Charles le Gros n'aurait pas été désigné sous le simple titre de *rex*, et je suis porté par ce motif à placer entre les années 876 et 881 la rédaction de la lettre qui a servi de modèle à l'auteur du formulaire.

c) L'abbaye de Luxeuil, au diocèse de Besançon. Cf. *supra*, pag. 740, note.

d) Rouffach (en latin *Rubeacum* ou *Rubiacum*), petite ville située sur la Lauch, au pied du château d'Isembourg, une des demeures des rois Mérovingiens d'Austrasie, et plus tard des évêques de Strasbourg. Schœpflin fait remarquer que notre formule est le plus ancien document où se rencontre la forme germanique de son nom. La ville de Rouffach, avec son château et tout son territoire, fut donnée vers 675 par Dagobert II

Digitized by Google

Tractoria. mihi mansionem et necessaria cuncta subministrari, me vero sequentibus hospitia et aliquas impensas exiberi præcipiatis, procul dubio scientes quia quodcumque pusillitati meę demandare dignamini, absque omni recrastinatione perficere curabo; et si quando iuxta nos alicubi deveneritis, scitote quia ad vestrum obsequium cum omni festinatione occurere studebo. Sanctitatem vestram et gregem vobis commissum continuis orationibus Domino commendamus, id ipsum autem ut pro ecclesia fidei nostrę commissa et nostra fragilitate facere dignemini suppliciter imploramus. Vale [3]).

DCCVII.

[*Sine rubrica.*] [1])

Ille N. gratia Dei episcopus, N. vicedomino et fideli suo salutem *a*). Strenuitas tua sciat quia G. Nemidonensis,

— [3]) H. v. deest in Vindob. A.

DCCVII. Exstat h. f. in codd. Paris. H, Monac. B, Vindob. A; vulgat. inter Alsat. n° 21, cum recudit Ernst Dümmler in *Formelbuch des Bischofs Salomo III von Konstanz*, n° 35.— [1]) In cæteris rubrica sic inscribitur: *Ad vicarium epistola.*

à l'église de Strasbourg, et forma le germe de sa souveraineté temporelle. C'est aujourd'hui un chef-lieu de canton de l'arrondissement de Colmar (Haut-Rhin). Cf. Schœpflin, *Alsatia illustrata*, I, 693; II, 79; Grandidier, *Hist. de l'église de Strasbourg*, I, 83, 208, 213; *Diplomata, Chartæ*..... n° CCCLXXX, t. I, p. 170 (éd. Pardessus).

a) Rien n'indique d'une manière précise l'auteur de cette formule. Je suis cependant porté, comme Zurlauben et Dümmler, à en attribuer la rédaction à un évêque de Constance, soit parce qu'un des passages les plus fréquentés d'Allemagne en Italie au neuvième siècle était celui de Constance à Coire, et de Coire à Chiavenna, à travers les Alpes Lépontiennes (Cf. *supra*, p. 972, note *a*), soit parce qu'on lit dans la formule suivante, qui sert de complément à celle-ci, que le vin

Digitized by Google

alias de Spira [2]), episcopus *a*), Romam profecturus [3]), unam mansionem petiit a me [in Pollingen] [4]) *b*) in III idus maii, hoc est secunda die sequentis ebdomedę. Ideoque omni cura provide ne quicquam tunc ibidem necessariorum ei defuerit, sed omnia sufficienter illi subministres, id est maldra IV de pane, de cervisa carradam I, [id est] [5]) XXX situlas, de vino situlas III [6]), friskingas ovinas IV, porcum I, de lardo dimidium tergum, agnellum I, porcellum I, anserem I [7],) annetas II, pullos IV, et ipsi aliquem piscem, si potueris, ligna ad focum et vasa ad ministerium, plumatia et Tractoria.

— [2]) Verba *alias de Spira* desunt in cæteris. — [3]) Cæteri addunt *alias episcopus de Spira*.— [4]) Verba uncis inclusa e Monac. B supplevi; Vindob. A, *Polling*. — [5]) H. v. e cæteris supplevi. — [6]) Cæteri, *VI*. — [7]) Cæteri addunt *aucam I*.

destiné à la table de l'évêque voyageur devait être tiré du cellier de l'évêque de Constance. (Cf. *Mém. de l'Acad. des Inscrip.*, XXXVI, 173, 201.

a) On rencontre ici, comme dans la formule précédente, le nom latin ou ancien en regard du nom germanique ou moderne. Le siége de Spire a été occupé dans le cours du neuvième siècle par deux prélats, dont le nom commence également par l'initiale *G*, Gebhard, de 842 à 880, et Godelhanc ou Gottanc, de 881 à 888 (Cf. *Gallia christ. nov.*, V, 717). Je ne vois aucune raison d'attribuer à l'un plutôt qu'à l'autre la rédaction de notre formule.

b) Ce nom ne saurait évidemment désigner ici, comme l'ont cru Eccard (*Leges Francorum*, p. 244, note) et Michel Denis (*Codd. mss. theolog. bibl. Vindob.*, t. I, part. III, p. 2996), la ville de Polling, en Bavière, célèbre par son chapitre de chanoines réguliers. (Cf. Aubert le Mire, *Origines canonic. regul. ord. S. Augustini*, cap. 20; *Germania canonico-augustiniana*, ad litt. P. (ap. Mich. Kuen, *Collect. script. histor. monast. ecclesiasticorum*, t. III, p. 29, t. V, p. 153 et sqq.). Cette ville se trouve en effet très-éloignée de la route de Spire à Rome. Zurlauben a clairement démontré qu'il s'agit de Bohlingen, petit village voisin du lac de Constance, sur la route de Radolfzell à Stein, lequel appartenait très-anciennement à l'évêché de Constance.

Digitized by Google

Tractoriæ. capitalia ad lectum, de avena trita et ventilata ad pastum cavallorum maldra III, et fenum in pratis vel in agris singulis cavallis vasallorum et servorum illius unum manipulum. Et si præ nimia occupatione et gravi damno aliarum rerum poteris, per te ipsum illi servire curato, ita ut[8]) ad gratiam fiat quod facimus, et si quando ad eius loca nos devenire necessitas coegerit, ita eum benefactis anticipatum habeamus[9]), ut iure se nobis vicem debere noverit. Vale.

DCCVIII.

[*Sine rubrica.*][1])

Vicedominus N. episcopi, N. procuratori in Pollingen. Unus episcopus debet ad Pollingen super XII noctes advenire, et ideo præpara illi ministerium. Vide ubi optimum granum habeas, et para VI maldra de farina lota et unum modium de simila. Tolle de XII censariis singulas ovas[2]), et da illis cotidie sal et ventilamina vel commistum[3]) migma, ut tunc bone sint. Tolle unum porcum de illo servo[4]), quem hoc anno reddere debet, et da illi cotidie sufficienter de sigila[5]) vel ordeo, et inebria illum mixtura[6]) furfurum seu farinę. Et fac unum agnellum tota matris ubera sugere, similiter et porcellum. Et unam aucam et duas anetas a ceteris separa, et da illis cotidie habundanter. Et VI gallinas vel[7]) pullos commixta hordeacia farina pasce. Et

— [8]) H. v. deest in cæteris. — [9]) Cæteri, *habemus*.

DCCVIII. Exstat h. f. in codd. Paris. H, Monac. B, Vindob. A; vulgat. inter Alsat. nº 22, eam recudit Ernst Dümmler in *Formelbuch des Bischofs Salomo III von Konstanz*, nº 36. — [1]) In cæteris rubrica sic inscribitur: *Epistola ad procuratorem*. — [2]) Cæteri, *oves*. — [3]) Monac. B, *commixtum*. — [4]) Cæteri, *Tolle de illo servo porcum*. — [5]) Cæteri, *sigala*. — [6]) Cæteri, *de mixtura*. — [7]) H. v. deest in cæteris.

Digitized by Google

sume de servis quibus volueris duas fretas [8]) de cervisa, et sume VI siclos de vino in cellario episcopi ad Constantiam. Et præcipe quatuor servis ut una [9]) ebdommada, diebus quos in domi[ni]cum [10]) debent, ligna fagina vel cetera optima cotidie adducant [11]). Et ova congrega, ut, quando ego venero, omnia parata inveniam, si cutem et capillos habere volueris [12]). Vale [13]). Tractatæ.

DCCIX.

[*Sine rubrica.*] [1])

Episcopus procuratori suo N. *a*). Accipe epistolam istam, et commenda illam alicubi [2]) tributariorum [3]) nostrorum, qui cavallum habet, et præcipe illi ut nec die nec nocte quiescat [4]), donec eam ad Teingon *b*) illo [5]) maiori deferat. Epistolæ ad negotia privata spectantes.

— [8]) Cæteri, *frehtas*. — [9]) Cæteri *in una*. — [10]) H. v. e cæteris restitui. — [11]) Monac. B, *ducant*. — [12]) Vindob. A, *volueritis*. — [13]) H. v. deest in Monac. B.

DCCIX. Exstat h. f. in codd. Paris. H, Monac. B, Vindob. A; vulgat. inter Alsat., nº 23, eam recudit Ernst Dümmler in *Formelbuch des Bischofs Salomo III von Konstanz*, nº 37. — [1]) In Monac. B, Vindob. A rubrica sic inscribitur : *Item alia epistola*.— [2]) Monac. B, Vindob. A, *alicui*.— [3]) Monac. B, *tributariarum*. — [4]) Monac. B, Vindob. A, *requiescat*. — [5]) Monac. B, Vindob. A, *illi*.

a) Dümmler s'est autorisé de la présence de quelques noms propres, conservés dans le texte des manuscrits de Vienne et de Munich, pour attribuer la rédaction de cette formule à Salomon II, évêque de Constance. Cf. *supra*, p. 987, note *a*.

b) Il s'agit probablement ici de *Thengen*, petite ville du grand-duché de Bade, à seize ou dix-sept kilomètres au nord de Schaffhouse, sur la route de Constance à Strasbourg. Zurlauben, trompé par l'édition de Le Pelletier, qui avait lu *Tringonilla* au lieu de *Teingon illo*, a émis sur la situation de cette localité des conjectures qui manquent de tout fondement.

Digitized by Google

Epistolæ ad negotia privata spectantes.

Quod si nullus eorum tibi obedierit, tu ipse eam illuc defer, et præcipe illi ut diem cum nocte continuando N. [6]) eam perferat. Et hanc brevicolam [7]) apertam illi signatę coagille [8]), ut tu et socius tuus et ipse N. [9]) noverit quia per cuiuscunque vestrum neglectum contigerit, ut ipsa epistola N. [10]) episcopo *a*) ante istam domi[ni]cam [11]) non veniat, omnibus meis et gratia mea privabitur. Si autem tibi N. [12]) venerit, expecta me in loco et para mihi hospitium, quia in sequenti ebdommada ad te in illum locum propitia divinitate venire debebo, inde ad Stratoburgam perrecturus. Et strenuem missum dirige, qui ipsam epistolam N. [13]) sub omni celeritate repræsentet. Ceteris etiam compresbyteris tuis de meo adventu indica, quia spero quod Augiensis abba *b*) et comes N. [14]) *c*) mecum veniant, ut aliquid illis impendere queam. Vale [15]).

— [6]) Monac. B, Vindob. A, *Hereberto.* — [7]) Monac. B, *præviculam.* — [8]) Monac. B, Vindob. A, *coallige.* — [9]) Monac. B, Vindob. A, *Herebertus.* — [10]) Monac. B, Vindob. A, *Regenhardo.* — [11]) H. v. e cæteris restitui. — [12]) Monac. B, Vindob. A, *Hereberte.*— [13]) Monac. B, Vindob. A, *Regenhardo.* — [14]) Monac. B, Vindob. A, *Oadalrihc, Oadalrih.* — [15]) Monac. B, Vindob. A, addunt *Isti epistole res congruas redde.*

a) Les manuscrits de Munich et de Vienne désignent en toutes lettres Réginhard, évêque de Strasbourg. Cf. *supra,* p. 986, note *c.*

b) L'abbé, dont il est ici question, doit être *Ruotho, Ruadho, Rudilo* ou *Rudolfus*, qui gouverna l'abbaye de Reichenau de 871 à 888. Cf. *Annal. Aug.*, ad ann. 871 (apud Pertz, *Monum.*, I, 68); Dümmge, *Regest. Badens.*, nos 8, 9, 10, 12; Neugart, *Cod. diplom.*, I, p. 465, note *d;* Mabillon, *Annal. Benedict.*, III, 268.

c) Les manuscrits de Munich et de Vienne nomment en toutes lettres le comte Vodalric. Ce doit être le prédécesseur de celui dont j'ai parlé *supra,* p. 458, note *b.* Ils réunissaient l'un et l'autre l'administration du *pagus Linzgoviæ* à celle du *pagus Argunæ.* Cf. Stälin, *Wirtembergische Geschichte,* I, 328.

Digitized by Google

DCCX.

[*Sine rubrica.*]

Epistolæ ad negotia privata spectantes.

Ille gratia Christi donante archiepiscopus, illi ministeriale nostro salutem. Volumus igitur atque præcipimus tibi ut istum indiculum sigillatum, quem ad te dirigamus, ut, statim ut ad te veniet, tu ipse illi fideli nostro perducas; et de nostra persona dic ei verba salutatoria ac fidele servitium; et roga ut ita perfitiat sicut in nostro scriptum est indiculo, ita ut in eum confidimus; et quicquid exinde nobis demandaverit, tu ipse nostris auribus stude promulgare, an [1]) illi nostro vasso sive alio fideli hoc intima, ut ipse nobis indicare valeat missaticum tuum. Vide ut aliter non fiat, sed festina hoc perficere sine more [2]).

DCCXI.

[*Sine rubrica.*]

Glorioso ac per omnia diligibili inclito viro illi, ille, quamvis indignus, tamen divina disponente gratia metropolita, in Deo Iesu Christo æternam optat salutem. Ammonemus ac petimus fraternitatem vestram ut, si vobis aliquo modo commodum sit, ad nos venire non dedignemini, quia vobiscum multa habemus tractare utilia, sicut credimus, Deo donante, utrisque profutura. Ideo nolite tardare, quia hic in loco expectamus, donec vestram videamus amabilem vultum [1]) faciem. Videte ut aliter non faciatis.

DCCX. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 94. — [1]) Corrig. *aut*. — [2]) Corrig. *mora*.

DCCXI. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 92. — [1]) Corrig. *vultus*.

Digitized by Google

DCCXII.

INDICULO, QUEM ABBA TRANSMITTIT AD HOMINE PAGENSO.

Epistolæ ad negotia privata spectantes.

Dulcissimo nostro et, ut credimus, amico sancto illo, in Dei nomen, illo, illi, et si peccator, abba, nos et fratres nostri, servientes vestri, in Domno vobis dirigimus salutis, et illut precamus Deo ut mereas agere in ista vita que Deo sit bene placitum. Precamus vobis de illos vestros homuciunculos, que in vestro ministerio commanent, vel de nostras causas. In vicem nostram bonum certamen exinde mittatis, sicut nos de vestra caritate bene confidimus, ut sic exinde perportare faciatis usque nos insimul coniungimus. Quid plura?

DCCXIII.

[*Sine rubrica.*]

Domino reverentissimo viro apostolico sancte Dei ecclesiæ præsuli, immo totius huius provinciæ gubernatori, vestræ dilectionis unicus filius, in Deo Christo salutem. Ut optime novit sagax prudentia vestra, æstas transiit, cauma recessit, autumnus advenit, hiemps propinquat, holera tabescunt, fronde[s] flavescunt, abeuntibus ciconiis irundines ire disponunt, herba iumentorum deficit; idcirco necessitas conpellit nobis exire paupertasque urguet me, defitiente herba, ut dictum est, pabulo iumentorum eundo et redeundo emere. Ergo mandate nobis per missum sive per epistolam seu quod fari veneræmur ipsi propius ali-

DCCXII. Exstat h. f. in cod. Paris. E; vulgat. inter Bignon. nº 24.

DCCXIII. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 67.

Digitized by Google

quantulum vel aliubi, quatinus lętos oculos, lætam faciem vultumque angelicum vestrum quivissem videre. Sin autem, ut prælibatum est, voluntatem vestram innotescite, quam non solum equitando, verum etiam nudis pedibus currendo, inplere in omnibus fideliter parati sumus. Nec promptiorem quempiam nobis invenire potestis nec fideliorem in omnibus. Igitur his vestra, non nostra fiat voluntas. Valeat sublimitas vestra omnisque familia identidem; ut valeatis oro et semper opto.

Epistolæ ad negotia privata spectantes.

DCCXIV.

AD COMITEM.

Venerabili atque omni præconio honorando N. dono Dei comiti, ille igitur fidelis et bene cupiens vester in omnibus, per has exiguitatis nostræ litterulas ætheream vobis in Christo semperque felicem optamus fore salutem. Deinde vero cognoscat industria vestra quod de illa re, unde nobis per vestras litteras et missus vester percunctari nobis ex vestra dignatione procuravit, quantum inde potuimus vel quantum possibilitas nostra exegit, ita in omnibus vestram petitionem adimplere studuimus. Similiter etiam de illa re, quæ nobis expostolastis, quantum exinde potuimus, vestram peregimus iussionem. Denique etiam notum sit dilectioni vestræ quod, undecunque nobis iniungatis, vestrum per omnia cupimus adimplere decretum. Valete.

DCCXIV. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 29.

Digitized by Google

DCCXV.

ITEM ALIUM AD EPISCOPUM.

Epistolæ ad negotia privata spectantes.

Magnifico preconioquæ laudo honorifico in Christo illo episcopo, in Dei nomine, illi clientulus vester, quamvis peccator, æternam salutem in Domino distinamus. Cognoscat igitur almitas vestra quod erga cunctis servientis vestris, Deo adiuvante, prosperis aguntur, ac bene adceleratum est de illo servitio, quod nobis iniunctum habuistis, tam de agrorum cultu quam de reliquas causas; ubicumque aut undecumque nobis tribuistis faciendi, Christo præsule, adimplere agnovimus, *et reliqua*. Valete in Domino, sanctissimi pater.

DCCXVI.

ITEM ALITER.

Domino sancto et venerabili patri illi, ille una cum ceteris famulis ac fidelibus vestris die noctuque oratoribus in sancta religione degentibus, in dilectione Dei Patris et aspersione sanguinis Iesu Christi Sanctique Spiritus amore salutem. Notum ergo sit vobis, venerabilis pater, quod omne que commendastis, et qualiter fieri iussistis, peracta a nobis, et vobis bene placita fieri, Deo opitulante, credimus. Incolomem venerabilem intimare dignemini vestram....

DCCXV. Exstat h. f. in cod. Vatic. A; nondum vulgata mihi videtur.

DCCXVI. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, n° 62.

Digitized by Google

DCCXVII.

INDICULO, QUEM PREPOSITUS TRANSMITTIT AD ABBATEM.

Epistolæ ad negotia privata spectantes.

Diligendo ad nos domno et in Christo patri nostro venerabile illo abbate, ego illi serviens adque prepositus vester. Inprimis illut precamus sanctitatem vestram, ut in vestra sancta oratione pro me esse non dedignemini. Denique, domne, cognuscatis de isti servicio, ubi nos transmisistis per verbum inluster vir illo comite. Sui iuniores non exinde sic fecerunt, quomodo eis fuit demandatum. Propterea as litteras ad vos direximus, ut de ipsa cercioris seatis, et in antea quomodo vobis est utile sic conpensatis, ut nostram rem non perdamus. Quid plura? Salutamus vobis usque ad gaudium.

DCCXVIII.

INDICULUM AD ABBATISSAM.

Dilecta et venerabilis illa donum Dei abbatissa, ego, in Dei nomine, exiguus servus vester, illa quæ prima sunt, obtamus vobis in Domino salutem sempiternam. Notum sit vobis de ipsas parabolas, quod apud vos locuti fuimus; nos inde mutare non volumus. Deus scit, si vestra voluntas est et vos aliquid de vestro servicio nobis iniungere vultis, gradante animo servire vos cupimus, et inde necglegenti nec tardi apparuero non vellimus, sed de bona voluntate in vestro servicio volumus permanere. Et si aliquid nobis vultis mandare de vestro servicio, per vestra epistola nobis mandare non sileatis, quia melius est per epistola quam per hominem mandatum, quia inde firmior

DCCXVII. Exstat h. f. in cod. Paris. E; vulgat. inter Bignon. nº 23.

DCCXVIII. Exstat h. f. in cod. Vatic. A; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

Epistolæ ad negotia privata spectantes.

sumus. Iterum atque iterum salutamus vobis tantum quantum archana cordis continet plenitudo.

DCCXIX.

INDICULUM AD ABBATEM.

Venerabili in Christo donum Dei abbati de aula sancti illius vel illo monasterio constructo, igitur benevolens vester, ea que primitus sunt, in Domino Patri et Domino Iesu Christo per has parvissimas apices dilecte caritate vestræ perpetuam obto salutem. De ce[te]ro precamus vobis, unde iam dudum precavimus, de illa mancipia vel de illa peculiaria, quem in illis et illis locis habuimus. Vos non fuit placabile in ipsa convenientia adstare, sicut parabolatum habuistis, et fecistis de ipsas res quod vobis placuit; et, si vos placuerit, illa mancipia vel illo peculiare perdere non debeo. Vos videte ut peccatis maximus inde non adcrescat contra ipsa casa Dei vel vestrisque partibus. Considerate illud evangelicum præceptum, ubi Dominus ait: *Quid prodest homini si universum mundo lucretur ut animam suam detrimentum patiatur?* a). Iterum quid plura? Ad sapientem pauca sufficiunt verba. Taliter exinde agite, quomodo vestra decrevit voluntas. Valete in Domino.

DCCXX.

INDICULUM.

Dilecta Dei sponsa Christi, socia sanctorum virginum merito coœquando, inlustris Deo sacrata illa, ille, Deus

DCCXIX. Exstat h. f. in cod. Vatic. A; nondum vulgata mihi videtur.

DCCXX. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. inter Baluz. maj. nº 6.

a) Cf. *Ev. sec. Matth.*, XVI, 26.

Digitized by Google

scit, in quantum valeo, in omnibus in Christo amore amicus et bene cupiens vester, illud inprimitis quod plurima sunt, salutem in Domno optamus vobis, in quantum totus mundus fulgit in gloria, aut, si fieri potuisset, quod tota membra vertissent in lingua. De ceterum cognoscat dilecta caritas vestra, sicut nobis dictum fuit, eo quod homines vestri nobis confugium fecerunt, et nos auditum habemus ubi esse debeant. Propterea abicis nostros vobis direximus, si vestri homines sunt, misso vestro ad nos dirigere faciatis, et quantum nos potemus, hac causa diligenter procuramus, ut ipse homines recipere faciatis.

Epistolæ ad negotia privata spectantes.

DCCXXI.

INDICULUM AD REGEM.

Domino excellentissimo atque proexcellentissimo viro inlustro illo regi generis Franchorum, cui Dominus curam regiminis dilatavit, ego servus vester ille et omnium fidelium vestrorum subiectus, peto clementiam vestram, quasi ad pedes vestros iaceam. Quando istas literolas ad vos venerint, quicquid de necessitate vobis innotuerint, benigno animo eas dignetis audire et secundum vestram misericordiam nobis renunciare. Deus omnipotens, rex omnium regum, faciat regnum vestrum esse incomutatum et omnium fidelium vestrorum in salute suæ prosperitatis disponat stabilitatem regni vestri eam fiat.

Epistolæ commendaticiæ.

DCCXXI. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, n° 63.

Digitized by Google

DCCXXII.

INDICULUM [1]) AD HOMINES [2]) POTENTES PALATINOS, MAXIME AD COGNITOS [3]) SIBI [4]).

Epistolæ commendaticiæ.

Domino inluster [5]) et præ [6]) cuncte [7]) magnificentissimo viro illi, ille peccator, perennem [8]) in Domino mitti [9]) salutem. Uberem strenuetatis [10]) vestræ agapem erga [11]) nos potissimo iure flagrantem litterarum seriem non omittimus [12]) excitare, quo avidi [13]) facilitatis [14]) vestræ questu præstulantes [15]) uberis in Domino a vobis fructus semper [16]) suscipiamus, et dum præsenti [17]) in vita tibi [18]) rerum arbiter locum dedit, quo [19]) et ecclesiarum et amicorum feras suffragia, non pigeat [20]) subire laborem, qui in posterum mercedem [21]) conferat lucra et nunc multiplicia ex numero amicorum ferant suffragia, et unde tibi præsentium portitoris, sodolis [22]) mei, famuli vestri, suggesserint [23]), pie [24]) obaudientes effectu [25]) mancipitis [26]). Vale, [vir] [27]) vigoris adque tuorum decus amicorum; omnipotentis Domini pietatis [28]) ad ecclesiarum profectu per multa spacia temporum vos conservare et custodire dignetur [29]).

DCCXXII. Exstat h. f. in codd. Paris. A, B, C, Lugd. Bat. B; vulgat. inter Marculf. II, 51. — 1) Cæteri, *indicolum, indecolum*. — 2) Paris. C, *omnis*. — 3) Paris. C, *cognitum*. — 4) Verba *palatinos maxime ad cognitos sibi* desunt in Paris. B. — 5) Paris. B, *inlustro*. — 6) Paris. B, *per*. — 7) Cæteri, *cuncta*. — 8) Paris. B, *perhenem;* h. v. deest in Paris. C. — 9) Cæteri, *mittit*. — 10) Cæteri, *strinuetatis, strinuitatis*. — 11) Paris. C, *ergo*. — 12) Paris. B, *obmittamus*. — 13) Paris. B, *vidi;* Lugd. Bat. B, *vividi*. — 14) Paris. C, *facditati*. — 15) Lugd. Bat. B, *prestalentis*. — 16) Paris. B, *super*. — 17) Lugd. Bat. B, *de præsente*. — 18) Paris. C, *ibi*. — 19) Cæteri, *quod, co, que*. — 20) Paris. C, *pigiat*. — 21) Lugd. Bat. B, *mercedum*. — 22) Paris B, *sidales*; Lugd. Bat. B, *sodalis*. — 23) Paris. B, *sugerint*. — 24) Paris. B. *pio*. — 25) Cæteri, *effectui*. — 26) Paris. B, *mancipetis*. — 27) H. v. e cæteris supplevi. — 28) Cæteri, *pietas*. — 29) Paris. C, *dignetis*.

Digitized by Google

DCCXXIII.

INDICULUM GENERALE AD OMNES.

Domno magnifico sapienciaque degoratum et donum Dei regali gratia sublimatum illo, ille ultimus servorum Dei servus, ac si vilis, ille infimus vocatus episcopus, salutem vobis multimoda una cum confratres nostros, oratores vestros, qui ad limina sanctorum illorum die noctuque pro vobis obsecundare nuscuntur, dirigere præsumimus. De ceterum cognuscat industria vestra præcamur atque supplicamus vobis de ista causa, unde iste præsens serviens vester, mis[s]us noster, innotuerit; ei in suum placitum esse dignetis. Agat almitas vestra ita ut consuetudo vestra bona erat [et] erga nos frequenter operata est. Epistolæ commendaticiæ.

DCCXXIV.

AD EPISCOPUM.

Eximio et ortodoxo viro a Deo coronato illi episcopo, ego ille in Domino Iesu Christo sempiternam opto salutem. Precamur sanctitatem vestram ut nostri memoriam indesinenter habeatis; nos autem, in quantum pervalemus, vobis servitium adimplere cupimus. De ceteras vero rationes, que inter nos tunc consideravimus, solliciti sitis, et absque ulla tarditate valeat proficere. Vivas feliciter et floreas in opere et verbo Dei, venerabilis sacerdos.

DCCXXIII. Exstat h. f. in cod. Paris. B; vulgat. inter Baluz. maj. nº 17.

DCCXXIV. Exstat h. f. in cod. Hafn.; eam vulgavi in *Formules de Copenhague*, nº 5.

Digitized by Google

DCCXXV.

AD ABBATEM.

Epistolæ commendaticiæ.

Fratri benivolo et magistro carissimo illi abbate, ego ille per hanc scedolam salutem æternam vobis obtamus. Meminere dignemini de causa, quam iam olim vobis ore proprio indicavimus, et postea per epistolam vobis innotuimus, unde adhuc nihil ad profectum pervenit. Precamus ut cito proficiscere dignemini, et de sacras orationes vestras nostri memores sitis. Bene valete.

DCCXXVI.

INDICULUM AD AMICUM.

Diligendo et in Christo atque amatissimo amico illo, idcirco ego, in Dei nomen, illi amicus et bene cupiens vester, primus omnium que in Domino est, salutamus vobis usque ad maximum gaudium. De cetero cognoscas quia mando vobis de illa causa, quæ apud vos locuti fuimus, quia inde bonum certamen habeas, quomodo per vos bona fiducia habemus. Iterum atque iterum salutamus vobis satis, et mereamur vos videre usque ad maximum gaudium.

DCCXXVII.

INDICULUM AD AMICUM.

Christe potens, conditor cœli et terræquæ dominator,

DCCXXV. Exstat h. f. in cod. Hafn.; eam vulgavi in *Formules de Copenhague*, n° 6.

DCCXXVI. Exstat h. f. in cod. Vatic. A; nondum vulgata mihi videtur.

DCCXXVII. Exstat h. f. in cod. Vatic. A; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

rector omnium rerum, protegat atque custodiat domno et amico meo illo. In Dei nomine, ille, quamvis et si indignus, fidelissimus amicus et bene cupiens vester, si præsumptio non offendit, salutem obtabilem et almi[ta]tem vestram in Domino Iesu Christo ad vos destinare præsumimus. Notum sit vobis de illa causa, quia sic exinde faciatis, quomodo per vos bona fiducia habeamus. Iterum atque iterum mereamur vos videre in faciem vel audire cum pace.

Epistolæ commendaticiæ.

DCCXXVIII.

ITEM AD AMICUM.

Magnifico viro et honorifice diligendo illo amico fideli, ille æternam salutem. Notum sit vobis quia missum nostrum direximus partibus palatii, ut in vestra bonitate eum suscipiatis, et causam eius audiatis, et in præsentiam domini nostri illum adducatis, ut legatiònem suam ibidem cito referre valeat et ad nos cum omni festinatione reverti. De aliis causis, unde indiguerit, bonitas vestra adiutorium illis inde inpendat. Sic inde agite, ut in vestram fidi sumus bonitatem. Bene valete.

DCCXXIX.

INDICULUM DE FRATRE AD FRATREM.

Dilecto adque valde amabili illo in Christo fratri, ille exiguus eternam in Domino salutem. De cetero rogamus diligentiam vestram ut, quando hec epistula ad præsen-

DCCXXVIII. Exstat h. f. in cod. Hafn.; eam vulgavi in *Formules de Copenhague*, n° 10.

DCCXXIX. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, n° 69.

Digitized by Google

Epistolæ commendaticiæ.

tiam caritatis vestræ pervenerit, ut illam causam nobis transmittere non dedignemini. Vale sospis adque incolomis per multa curricula annorum.

DCCXXX.

ALIA.

Karissimo et amabili viro illi, ego ille per has apices gloriæ dignitatis vestræ sempiternam ac gloriosam opto salutem. Recordetur bonitas vestra de causa, quam mihi promisistis, ut, sicut largiter promisistis, ita fideliter implere procuretis. Nos vero e contra in servitio vestro secundum vires nostras feliciter, undecumque iubetis, permanere cupimus. Bene valete.

DCCXXXI.

[*Sine rubrica.*]

Epistolæ deprecatoriæ.

Dominum præpolentem atque glorioso in insolis regalibus sedenti, universale ecclesiæ filium, nimirum fidæi catholicæ ortodoxo, illo rege, ille in Domino mittit salutem. Inmensas omnipotenti Deo cœli agire gratias, quod secundum vultum piissime devocionis multorum Deum timencium ac generatoris vestri egregii volontate in his temporibus vobis regni gubernacula tradedit, quo pleraquæ gentium animæ serviencium colla diccione vestræ submitteret casusque aliorum utrobique sublevaret. Igitur ut bonum mercedis vestri in exordium regni ad cœlum

DCCXXX. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 115.

DCCXXXI. Exstat h. f. in cod. Lugd. Bat. B; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

usque perveniet, sicut quod reverentissimus pater vester ille episcopus præsentialiter piis auribus vestris suggesserit, reversionem captivorum, quos Alamanni aut Franci impia congressione prede tradiderunt, ut ad solum genetale iubeatis remeare, ut mercidem in perpetuum, in quantum vestram pollet imperium vel principatum, apud Dominum mercedem mereatis recipere *a*).

Epistolæ deprecatoriæ.

DCCXXXII.

INTER DUOS COMITES.

Magnifico in Christo seu inlustri viro N. comiti, ille gratia Dei itemque comes, salutem vobis perennem in Domino semperque felicem optamus. De reliquo vero deprecor benivolentiam vestram ut illius hominis causam N. ad integrum inquirere fatiatis, eiusque iustitiam plenîter ac diligenter investigare iubeatis de omnibus, undecunque vestræ suggesserit pietati. Insuper etiam deposcimus clementiam vestram ut illam exactionem, quam vobis exsolvere debet, ei ad integrum relaxare fatiatis, sicut in vestram confidimus clementiam. Scitote enim quod si nobis aliquid tale a vobis fuerit iniunctum, cum omni beni[vo]lentia in omnibus vestram adimplere cupimus voluntatem; non solum exinde, sed et aliunde,

DCCXXXII. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, n° 28.

a) J'ai exposé dans la *Préface* les raisons qui me font penser que le recueil auquel cette formule appartient fut rédigé par un praticien du Berry. Si l'on adopte mes conjectures, on ne verra sans doute aucune difficulté à reconnaître dans cette supplique la copie de celle qui dut être adressée par les habitants de Bourges à Louis le Débonnaire, au commencement de son règne en Aquitaine.

Digitized by Google

Epistolæ deprecatoriæ.

undecunque possumus, vestram libenter cupimus explere iussionem.

DCCXXXIII.

AD COMITEM.

Fideliter ac salubriter cum omni veneratione diligendo illi comiti, ille, in Dei itaque nomine, vester bene cupiens, individuę caritatis atque inviolabiliter dirigimus perennem salutem. De cetero notum sit bonitati vestræ quia quidam homines, peccatis exigentibus, usque ad nostram devenerunt præsentiam, rogantes nos bonitatem apud vestram pro eorum reatum intercedere. Rogamus humiliter prudentiam vestram ut pro his exigentibus culpis indulgentiam mereantur apud vestram suscipere clementiam, quia nostrum est, secundum apostolicam auctoritatem, pro delinquentibus veniam impetrare, ut disciplinam et membra eorum ob amorem ęternę vitę concedatis, et usque ad legitimam emendationem de pretio taxato pervenire valeant secundum iussionem vestram, et ut post emendationem in conspectu vestro adstare et servitium inpendere, sicut antea fecerunt, et in gratia vestra fideliter permanere valeant. Obnixa prece deposcimus ut nostro rogatui annuere atque consentire faciatis, quia ipse Dominus dixit : *Qui vos audit me audit a*); et iterum : *Dimittite et dimittetur vobis b*) a Christo Domino, qui vivit et regnat in gloria sua, ubi vos felices in conspectu eius apparere valeatis.

DCCXXXIII. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 121.

a) Cf. *Evang. sec. Luc.*, X, 16.

b) Cf. *Evang. sec. Marc.*, XI, 25.

Digitized by Google

DCCXXXIV.

INDICULO PRECATORIO AD EPISCOPO.

Domno sancto et apostolico siede colendo in Christo venerabile domno et patri illo, pontifice urbis illa civitate, ego, in Dei nomen, illi bene cupiens vester, in Domno vobis dirigimus salutem, et precamus sanctitatem vestram ut pro nos orare dignetis. Denique cognuscatis quod isti homo vester, nomine illi, ad nos confugium fecit, et dixit quod con[tra] vos culpas habeat commissas. Propterea as litteras cum salutacione ad vos direximus, et precamus vobis ut vita et inmancatione et disciplina corporale ei concedere iubeatis; alia penitentia, quale ei volueritis iudicare, in vestra est potestas. Taliter exinde agite, qualiter ipsi homo secom gaudeat quod nostra suggessione ad vos deportasset, et unde nobis reconiungitis vobis remerire cupimus. Quid plura? Epistola deprecatoria.

DCCXXXV.

INDICULUM AD EPISCOPUM.

Domino sancto et apostolica sede colendo in Christo venerabili domno et venerabili illo pontifici de civitate illa, ego, in Dei nomine, ille bene cupiens vester, in Domino vobis diri[gi]mus salutem. De cetero cognoscat sanctitas vestra ut pro nos orare dignemini. Denique cognoscatis quod iste homo vester, nomine illo, ad nos confugium fecit, et dicit quod contra vos culpas habeat

DCCXXXIV. Exstat h. f. in cod. Paris. E; vulgat. inter Bignon. nº 22.

DCCXXXV. Exstat h. f. in cod. Vatic. A; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

Epistolæ deprecatoriæ.

cummissas. Propterea hos apices cum salutatione ad vos dirigimus ut..... *a*).

..... de ipsa causa certiores sitis aut ante regem aut ante comitem palatii, quomodo vobis est utile ut tale misso aut tales litteras accipietis, ut nostram rem [non] perdamus. Salutamus vobis tantum quantum archana cordis continet plenitudo.

DCCXXXVI.

[*Sine rubrica.*]

Domno et in Christo patri apostolico sede colendo domno illi, ille proprius vernaculus vester, salutem vobis in Domno multimoda distinare præsumimus. Cognuscat, domne, sanctitas vestra quod serviens vester, nomine illo, ad nos venit, et dixit se neglegencia contra vos habere, pro qua gracia vestra non habeat. Propterea supplicamus, quasi ad præsens genua vestra deosculantes, ut ipse apud vos excusatus sit, et eum per nostram præcationem recipere et consilium ei facere ordinetis. Agat, domne, sanctitas vestra, sicut semper erga nos facere consu[ev]istis. Sanem et incolumem vos cicius merear videre.

DCCXXXVI. Exstat h. f. in cod. Paris. B; vulgat. inter Baluz. maj. nº 22.

a) Cette première partie est la reproduction littérale, sauf les variantes, de la formule qui précède. La seconde partie appartient évidemment à une autre formule. Le copiste a réuni par inadvertance deux fragments entièrement différents. J'ai signalé plus haut (page 613, note *a*) une méprise analogue.

Digitized by Google

DCCXXXVII.

EPISTOLA DEPRECATORIA.

Epistolæ deprecatoriæ.

Domino venerabili et in Christo magnifico N. episcopo vel abbati, ego, in Dei nomine, N., ac si infimus servorum Dei servus, cum omni congregatione sancti illius, vobis intemeratam inviolabilemque in Domino Salvatore optamus salutem. Culmine sanctitatis vestræ nostri desiderii vota suggerere decrevimus, unde primitus obsecramus almitatem vestram ut nostri memores esse dignemini in vestris sacris precibus, sicut et de omnibus agere soliti estis, qui vestræ se dilectioni commendare studuerunt. Rursumque deposcimus clementiam vestram ut istum vestrum hominem, qui ad nos hac de causa confugit, eo quod se culpabilem contra vos sensit, ut ei nihil mali pro hac causa fatiatis, sed pro amore Dei et nostræ devotionis optentu hanc ei causam ad integrum concedere iubeatis. Taliter ex hoc agite, qualiter in omnibus per vos bene confidimus. Iam vero altissimo pro vobis incessenter fundimus preces, ut coronam beatitudinis vestræ pro integritate fidei et statu ecclesiæ suę longo tempore præcipiat conservari, nosque inter oblatrantia huius mundi varia et innumera discrimina munitos reddat vestræ intercessionis suffragio. Valete.

DCCXXXVIII.

INTER PONTIFICES DESTINANDA.

Domino almifico atque omni honore dignissimo N. nutu

DCCXXXVII. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 27.

DCCXXXVIII. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 30.

Digitized by Google

Epistolæ deprecatoriæ.

Dei antestiti, N., ac si infimus omnium servorum Dei famulus, vestræque dignationi super modum fidelis, ætheream vobis atque rosifluam in Christi sanguine, tam per has exiguitatis nostræ litterulas quamque et per portitorem earum, optamus vobis in Christo semper felicem fore salutem. In reliqu[u]m vero deposcimus almitatem vestram ut me humillimum servulum vestrum in vestris sacris precibus participem habere dignemini, vestrisque consortibus dilectionis obtentu copulare nitemini. Et quia terrarum longitudo non separet quos Christi nectit amor, idcirco expeto almitatem vestram ut deinceps fraternam caritatem invicem ad nos conservetis, atque individue amore Christi nos alterutrum diligamus. Illud vero super omnia commendamus ut caritas Christi, *quod est vinculum perfectionis a*), inlibata perseveret apud nos. Denique etiam omnimodis scitote quia, quantum suffitientes sumus, libenter in omnibus vestram exsequi cupimus voluntatem. Insuper etiam quæsumus benivolentiam vestram ut illum hominem vestrum N., qui ad nostram confugit parvitatem, hac de causa nihil mali fatiatis, sed ei per omnia hanc noxam nostro obtentu concedere dignemini. Gratia superna vos conservari fatiat per tempora multa, auxilioque Christi munitus valeas superare Leviathan.

DCCXXXIX.

RESCRIPTUM AD EUNDEM PONTIFICEM.

Reverentissimo atque omni dignitate ac laude præferendo N. gratia Dei antestiti, N. igitur, ac si infimus uni-

DCCXXXIX. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, n° 31.

a) Cf. *Epist. B. Pauli ad Coloss.*, III, 14.

Digitized by Google

versali ecclesiæ Dei sanctæ vernaculus, purpoream vobis in Christi sanguine bis tinctamque semper opto salutem. Susceptis quidem a vestra dignatione sanctissimis litteris atque summatim per omnia recitatis, satis habundeque gavisus [sum] eo quod me vilissimum atque inparem in omnibus vestræ dilectioni atque benignitati communem fieri censuistis, necnon etiam, et illud quod omnibus est maximum ac singulare præ ceteris bonum, orationum vestrarum præconiis participem esse maluistis. Insuper etiam maiorem exinde auximus letitiam eo quod caritatis atque unanimitatis iura indissolubili amore erga nostram parvitatem vos conservare conperimus, nostrisque exiguis precibus familiaritatis obtentu vos uni[ri] ac coniungi desiderasse perspeximus. Hac igitur ratione ratus sum ad vestram scribere fraternitatem, ut quod semel invicem professi sumus, fixum in perpetuum ac stabile permaneat, ut deinceps in Dei omnipotentis amore confirmati alterna nos dilectione fovere studeamus, quatenus alternatim onera nostra portantes adimplere valeamus legem Christi. Unde vero nobis mandare voluistis, de illo scilicet N., sicut iussistis, ita per omnia exinde egimus, prout nobis intimare dignati fuistis. Hoc enim firmiter scitote quod non solum de tali ratione, sed et alia, undecumque nobis iniungitis, vestræ in omnibus obtemperare cupimus iussioni, sicut decet dilecto et karissimo fratri. Valeas in Christo, frater, semper feliciter, auxilioque superno ubique fretus cuncta quæ sunt nociva vel noxia postponas, et ea quæ sunt salubria et apta valeas adipisci.

Epistolæ deprecatoriæ.

64.

Digitized by Google

DCCXL.

INDICULUM AD EPISCOPUM.

Epistolæ deprecatoriæ.

Domno atque venerabili illo episcopo, gratia Dei omnipotentis vocatus abba, una cum fratribus in Christo Ihesu salutem. De cætero autem innotescimus almitati vestræ eo quod homo vester, nomine illo, ad nos veniebat dicens se valde negligenter habuisse factum contra vos et per ipsam negligentiam incurrisse in vestram offensionem. Qua de causa inploramus sanctitatem vestram ut pro nostra parvitate atque deprecationem excusatus de iam præfato offensione coram vobis aperere valeat. Sic exinde agere dignetis, quatenus de optima benevolentia vestra ineffabili modo confidimus. Optamus ut in Christo valeatis.

DCCXLI.

INDICULUM HOMINEM EXCUSARE.

In Christo venerabile ille abba, ego ille in omnibus amicus vesterque. Inprimis salutamus vobis, et pro vobis, in quantum valemus, in orationem pro vobis sumus et pro vestra caritatem et congregationem, et nos taliter in vos confidimus. Cognoscite iste homo vester, nomine illo, ad patrono vestro sancto illo venit, et nobis dixit quod culpas commiserat, nos una cum consilio fratres nostros quorum penitentia videamus. Propterea has litteras cognoscatis, ut de illa iam dicta pauperrima mercede habeatis. Salutamus vobis.

DCCXL. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, n° 32.

DCCXLI. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, n° 34.

Digitized by Google

DCCXLII.

[*Sine rubrica.*]

Viro inlustro illo cente[na]rio, Sindbertus episcopus *a*), in Domino salutem. De cetero cognoscas quia tuus veniebat ad nos, dicens se in offensionem tuam incurrisse propter aliquas culpas. Qua ex re rogamus te ut nihil exinde malefacias, sed excusatus tecum permaneat. Age taliter exinde, sicut valde bene de te confido. Valete in Domino. Epistolæ deprecatoriæ.

DCCXLIII.

INDICULUM.

Domna et dulcissima genetrice mea illa, prolis vester ille, serviens vester, illud inprimitis quod plurima sunt et sic necessarium, si præsumtio [non] ostendit[1]), salutem plenissimam in Domno Iesu Christo vobis destinare præsumo. Et supplico pro eo quod iste præsens ille, serviens vester, ad mea pravitate[2]) expetivit ut nulla malitia de istas culpas, quod ipse confugium fecit, exinde non habeat, sed ad mea precatione excusatus exinde esse debeat. Agite taliter quem ego per vos bona fidutia, et quem domno et genitore meo, iugale vestro illo, sano et læte proprios oculos cælerius, mereamur videre. Iterum salutamus vobis.

DCCXLII. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall,* n° 33.

DCCXLIII. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. inter Baluz. major. n° 10. — [1]) Corrig. *offendit.* — [2]) Corrig. *parvitate.*

a) Cf. *supra,* p. 950, note *c*.

Digitized by Google

DCCXLIV.

AD CAPELLANUM.

Epistolæ deprecatoriæ.

Honorando atque sublimato illi magistro atque precipue capellano domni imperatoris, ille, quamvis indignus, tamen gratia Dei episcopus, vester devotus ac fidelis orator, per hanc scedam parvitatis nostræ vestrę coronę beatitudinis millenas optamus salutes. Enimvero deposcimus magnam clementiam vestram ut misericordia vestra super nos veniat, sicut bonitas vestra nobis pollicere dignata est. Nepotem nostrum illum, quem de sacro palatio a vobis directum suscepimus, et mandatum vestrum libenter audivimus, et implere in omnibus secundum possibilitatem nostram cupimus, eumque remisimus ad vestram clementiam. Oramus ut caritas vestra illum suscipiat, et in conspectu domini nostri præsentari fatiat, et, in quantum prævaletis, ei adiutorium apud dominationem vestram impendere dignemini, ita ut de vobis confidimus, et ut ei beneficium, quod quidam homo N. usque nunc tenuit, per vestram intercessionem apud dominum imperatorem impetretis, ad laudem et gloriam vestram et mercedem æternam et ad servitium domini sui. Nos autem condignum vobis rependere cupimus servitium, sicut oportet et iustum est tam pręclaro magistro et adiutori nostro.

DCCXLV.

[*Sine rubrica.*]

Inclita magnarum adque summa nobilitas inmaculatam

DCCXLIV. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, n° 123.

DCCXLV. Exstat h. f. in cod. Lugd. Bat. B; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

Epistolæ deprecatoriæ.

migans, nesciens contagia mundi, sub cuius pectoræ Christus amoræ manet, dignissima sponsa Dei illa, ego illa alumna vestra, si præsumptio non offendit, perennem in Domino salutem. Floræ puellarum rossa stirpante corona, inter virgineas acias adsistente palmam triumphis, etiam, domna, mementote iubeatis qualiter domnus et præcelentissimus germanus vester vobis innotuit ut, quandoquidem locus adveniebat, ei in memoria retulisetis de mea parvitate, ut consolationem de substantia huius seculi in sua pietate in vestra elimosina eribuissit. Et nunc, si vestra erit mercis, locus est unde poteratis memineræ piis auribus eius, quia illa abbatissa ex Pectava urbe de monasterio Sanctæ Crucis *a*) a Domino migravit; unde, si vestra abuissit pietas ut per ligatarius vestros apud domno rege ipsa causa ad meam parvitatem placitasetis, et ego exinde semper perpetuam servitutem vobis fecissem, et præsentaliter munera in auro et argento, quantum vestra erat voluntas, adimplebam ad vestrum opus, necnon et dona domno rege, quantumcunque per numero mihi iniungebatis, in placito instituto ibidem transmitteræ non tardabam. Quid plura? Agat nobilitas vestra contra ancillam suam certamen, et sis pro me unda loquens velluti fons aque salientes, ut et ego merear consolactionem perciperæ per vestram peticione. Et vos et vestram beatitudine participaræ tantum vobis subplecor, ut quicquid exinde egeris, omnia et ex omnibus mihi per vestras silabas mandaræ non dedignetis. Et de id, quod vos mihi in illa vestra capella dixeratis, per diversis modis inquisivi, et nihil aliud inveni, nisi honorem regalem

a) L'abbaye de Sainte-Croix de Poitiers, fondée par sainte Radegonde. Cf. *Gallia christ. nov.*, II, 1298.

Digitized by Google

Epistolæ deprecatoriæ.

post longo tempus adsonaræ significat, vel hoc quod ego vobis in ipsa ora de ipsa causa dixi. Et hæc signa in extremo digito portaræ non dedignetis; subplecor altitudine vestræ ut exiguitatem meam et gratiam vestram non iubeatis fieri alienam.

DCCXLVI.

[*Sine rubrica.*]

Almivolo ac benivolo illo, ego ille exiguus et confidelis ubique vester, in Domino salutem. Sciat denique pollens excelentia vestra quia pro vobis Domini clementiam exoro, qui vobis felicia mundi tribuat, et post excursum vitæ ad meliora et ineffabilia perducat. Notesco denique vestræ, mi dilecte mique venerande, caritati quia cum domino meo in partes Galleciæ hoc iter, quod modo instat, arriperæ debeo *a*). Direxi vero ad domnum Adonem episcopum *b*) litteras meæ parvitatis stilo exaractas, postulans ea que nuperrime petiturus ad eum perveni, quam vos plene nostis, quia sapiens, sicuti vos estis, paucis plura intellegit verbis. Dilacta est enim tunc temporis, quando illic fui, res quæ a me petebatur, usque ad adventum præsulis illo archiepiscopo, ita videlicet ut illo veniente mox domnus ille voluntatem illius quereret, et per licentiam illius hoc

DCCXLVI. Exstat h. f. in cod. Lugd. Bat. B; nondum vulgata mihi videtur.

a) Il s'agit probablement de l'expédition que Charlemagne dirigea contre l'Espagne en 778. Cette contrée était quelquefois désignée par les écrivains du temps sous le nom de *Galice*. Cf. *Annal. Petav.*, ad ann. 778; *Annal. Tilian.*, ad ann. 799 (ap. D. Bouquet, *Script. rer. Gall.*, V, 14, 23).

b) Ce prélat est peut-être Adon, archevêque de Lyon de 769 à 798. Cf. *Gallia christ. nov.*, IV, 52.

Digitized by Google

quod petebam benivola mente preberet. Ecce nunc tempus est quia domnus ille illuc venit, et illo iam egressus est. Ideoque ego ad illum dirigo, ut per vestram intercessionem, si illi placet quod posco, utique bene; sin autem minime placet, quid in illud faciat certifiet me, ut suspicio mea tollatur ab hac ræ. Vos tamen in hac ræ constituo protectorem et adiutorem, quia, si factum fuerit, per vos utique factum erit. Vos nostis quid ille per vestram intercessionem.....

Epistolæ deprecatoriæ.

DCCXLVII.

ITEM ALIO.

Domno procerumque inlustrem obtimate illo, regale gratia sublimatum et a nobis cum magna veneratione atque reverentia nominandum, in Dei nomen, ille ultimus servorum Dei servus, salutem vobis in Domno tam multimoda distinare præsumimus, una cum omni congregatione fratrum nostrum, quam archana cordis nostri contenit plenitudo. Memorare dignemini qualiter vos nobiscum ante hos dies confabolare dignastis, et in oratione, quamvis nos indigni, commendare dignastis. Precamur atque suplicamus clementia vestra ut ad necessitatem fratrum nostrorum, oratores vestros, aliquid de elimosina vestra consolare iubeatis, et quicquid exinde vestra clementia erga nos disponit agere, per vestro venerabile scripto nobis dignetis facere cerciores; et undecumque nobis iniungitis aut iniunctum habetis de orationibus vel de alio servitio, parati sumus vestris partibus vestrorumque omnium servientium fidelis reservire.

DCCXLVII. Exstat h. f. in cod. Paris. B; vulgat. inter Baluz. maj. nº 18.

Digitized by Google

DCCXLVIII.

INDICULUM AD ABBATEM VEL EPISCOPUM.

Epistolæ deprecatoriæ.

Religionis culmine conspicue titulo decorato domno abbati vel episcopo illo, ego ille famulus vester, in omnibus proprius servus, vel omnes in Christo servientes vestri, plurimi in Domino almitatem vestram salutare presumimus usque ad gaudium sempiternum. Cognuscatis, piissime pater, quale necessitate : propter hoc vobis deprecamur subpliciter ut iubeatis consolari de hac necessitate, quia nobis necessarium est. Benignissimi domini, agite taliter, ut vobis permaneat mercis et oratio sempiterna.

DCCXLIX.

INDICULUM ABBATISSA AD ABBATEM.

Domno Dei famulo et a nobis cum maxima veneratione plurimum diligendo domno illo abbati, exigua omnium famularum Christi et vestra in omnibus bene cupiens, vel omnes in Christo sorores servientes vestras, plurimum in Domino almitatem vestram amabiliter et dulciter salutare præsumimus usque ad gaudium sempiternum. Cognuscatis, carissimi, quod in istis sanctis diebus omnis congregatio psalterium per omnes dies canens pro vita et stabilitate vestra, ut Dominus eam conservare dignetur annis multis, et consolacionem vestram. Et nos pro grande

DCCXLVIII. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, n° 60.

DCCXLIX. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, n° 59.

Digitized by Google

fiducia ad vestros diregimus; deprecamur vobis sub[p]liciter ut iubeatis nobis consolare quantitate de hoc, ut aliquid de te h[abe]am ad sancto illo, quia exinde grande necessitatem habebimus. Amabiliter, dulcissime domno et pater, annis multis de vestra gaudere mereamur prosperitate et felicitate.

Epistolæ deprecatoriæ.

DCCL.

ITEM ALIUM INDICULUM.

Religionis culmine conspicuæ titulo decorato illi abba, ego ultima verculana[1]) vestra, plurimum vobis in Domino amabiliter et dulciter salutare presumo usque ad gaudium sempiternum, et deprecor subpliciter ut iubeatis me infirma in vestris sacris orationibus memorare, quia ego, quamvis debida et fragilis, pro vobis in oratione adsisto. Cognoscatis, piissimi domini, in quam grande paupertate et penuria remansi pro obitum seniores meos, qui me in hunc monasterio vinire fecerit. Proinde ergo suggestiuncula parvitatis meæ ad clemenciam vestram destinare presumo; deprecor vobis subpliciter ut mihi consolare dignetis, unde luminaria faciam pro animas eorum, qui me in isto monasterio reciperunt, vel quicquid Dominus inspirare iubeat, quia mihi omnia necessaria sunt. Ego iuxta Deo et sancto illo toto adiutorio et consolacionem per vos spero, dulcissime domne et pater.

DCCLI.

AD MONIALEM SANCTAM.

Clarissimæ virgini, electæ Dei et amicæ sanctorum

DCCL. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, n° 61. — [1]) Corrig. *vernacula*.

DCCLI. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, n° 120.

Digitized by Google

Epistolæ deprecatoriæ.

ac consolatrici pauperum et peregrinorum, illi sponsæ Christi, ille humillimus servus servorum Dei monachus, vester fidelis in parvitatum orationum nostrarum orator, in rosarum niveoque candore speciem pulchritudinis vestræ felicem optamus salutem. Agnitum sit gloriæ dignitatis vestræ, virgo Dei electa, quia necessitate cogente has litteras deprecatorias usque ad vestram direximus præsentiam, humiliterque postulamus ut, si est unde, vel si fieri possibilitas aut oportunitas fuerit, ut nobis vestra larga bonitas unam camisam ob amorem nominis vestri nostrumque corpusculum induere destinare dignemini; habetis Dominum remuneratorem, qui dixit : *Nudus fui et vestistis me, et quod uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis a*); nosque fideles vestri oratores habetis, in quantum parvitas nostra Domini misericordiam implorare pro vita et sanitate vestra valet, omne studium habere cupimus, sicut iustum est tam gloriosæ feminæ angelorumque filiæ orationibus fulciri. Vale, virgo gloriosa, nunc et semper in æterna feliciter secula.

DCCLII.

[*Sine rubrica.*]

Epistolæ variæ.

Summo romanæ ecclesię pontifici et sanctissimo excellentissimo sedis custodi egregio pape illi, humillima et devotissima fidelium oratorium congregatio ab insula, que ab incolis Alamannę Augia vocitatur *b*), prosperum in

DCCLII. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, n° 27.

a) Cf. *Evang. sec. Matth.*, XXV, 36, 40.

b) L'abbaye de Reichenau était en effet située dans une île du

Digitized by Google

Domino optat provectum et vitam perpetuam. Nisi quia inextinguibilis vere caritatis nos ardor sepius inflammat nec non totius ecclesie orthodoxorum suasio accendit, nullatenus, pater, nec scriptis ausi fuissemus nec dictis per aliquem, quamvis inlustrissimum, tante et tali indicare nobilitati. Ideo post tantam, immo et tam probatissimam rumoris laudem, ausi sumus et missum et scriptam beatitudine vestre dirigere. Locus etiam iste, pater venerande, quem nomine prædiximus, principatum per has partes terre obtinet; Sancte Marie semper virgini Petroque principi Apostolorum consecratus *a*), regularis vitę normam ducencium partem non minimam conglomerat, quorum spiritalis doctrine cumulus totum quoque vicinatum circumquaque nostrum doctrinis longissimis pascit. Igitur hereno *b*) ab Alpibus Eois Occidentem versus nimio currentem fragore eundem loci habitum per mare unaisonum circumluens, insulam omni ornatu novorum edificiorum comptam media reddit; fons autem prædictus, in visu cœpta via percurrens, mare, quod dicitur Orcarium, inluit *c*). Inde sanctissime et beatissime virginis Marie matris Domini clarescente sanctitate, necnon superne domus clavigeri, videlicet Petri, pastoris ecclesię iubare inlucescente, audacia nobis talis increvit, ut nos tanti et

Epistolæ variæ.

lac de Constance; cette position géographique faisait même quelquefois donner aux religieux le nom d'*Insulanenses*. Cf. *infra*, form. DCCLXXXIII.

a) Cf. *supra*, p. 226, note *a*.

b) Ce mot est certainement corrompu. Il s'agit ici du *Rhin*, dont les eaux environnent l'île où était bâtie Reichenau, et il faut corriger *è Rheno*.

c) Cette description a quelques traits de ressemblance avec celle que Walafrid Strabon a donnée des mêmes lieux :

Rhenus ab Ausonis que ducitur Alpibus æquor
Miscet in occidui diffusus partibus; ingens
Illius in medio suspenditur insula fluctu,
Augia nomen habens.....
Huc solet egregias monachorum gignere turbas.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

in tantum infirmi tam benignissime nobilitati scripta vel missum dirigere decreverimus. Quippe..... sanctissimi omonimi vestri Gregorii *a*) celestium ru[di]mentorum exempla sacra, cuius vicem admodum iure iteratis, insuper dierum longitudine Cœphin Christi discipulorum probatissima virtutum beatitudinem sequentem, ob id etiam divine vos pietate devotissima committimus prece, ut die[s] adhuc in posterum vestros ob edificacionem et unitatem commissi divinitus populi quadruplicent, et vitam perenni.....

DCCLIII.

AD APOSTOLICUM.

Domino eximio et per omnia diligendo magno viro, a Deo electo, Pascuali *b*) summo præsuli, ego ille servulus, immarciscibilis corone beatitudinis vestræ salutem obtamus, nosque precamus sacræ clementiæ vestræ ut nostri memores esse dignemini inter sacra solemnia ves-

DCCLIII. Exstat h. f. in cod. Hafn.; eam vulgavi in *Formules de Copenhague*, n° *4*.

a) Ces mots prouvent que le pontife auquel est adressée la lettre des moines de Reichenau ne peut être que Grégoire III, successeur de Grégoire II. C'est en effet le seul pape du nom de Grégoire qui ait succédé à son homonyme. Ce pontife ayant régné de 731 à 741, et la fondation de Reichenau ne remontant qu'à 724, la lettre doit être postérieure de bien peu d'années à l'érection même du monastère. Du reste, le fondateur de Reichenau, saint Pirminius, n'ayant pas voulu commencer son œuvre sans avoir obtenu l'autorisation spéciale du saint-siége, il était naturel que les moines s'empressassent de faire connaître au souverain pontife le succès de leur nouvel établissement. Cf. Mabillon, *Annales Benedict.*, lib. XX, cap. 65.

b) Pascal Ier occupa le trône pontifical de 817 à 824.

Digitized by Google

tra adque in confessione sancti Petri apostoli, ut per vestram intercessionem proficere valeamus ad profectum sanctæ Dei ecclesiæ, et ad servitium domini nostri imperatoris pervenire, adque ad consolationem nostram et profectum, et eos qui nobis subditi sunt, per misericordiam Dei et domini nostri imperatoris. Reliquias sanctæ benivolentiæ vestræ precamus nobis transmittere, ut Deus glorificetur in illis, et vita nostra proficiat cum illis, et merces vestra in æterna gloria adcrescat pro illis. Valeat magna caritas vestra cum gratia et gloria Dei hic et in futuro, beatissime pape.

Epistolæ variæ.

DCCLIV.

[*Sine rubrica.*]

Almifico adque excellentissimo domino meo illi, a Deo coronato magno et pacifico imperatore, ego ille humilissimus servulus vester, quasi coram sacris pedibus vestris prostratus, gratiam et misericordiam vestram super nos placabilem et pacificam semper esse obtamus. Vestram caram dominationem nosse volumus, quia gratia operante Dei et vestra misericordia concedente sani et salvi sumus, et in vestro servitio adque voluntate die noctuque, quantum novimus et intelligimus, fideliter et firmiter permanere cupimus, sicut dignum et iustum est servo facere domino suo. Valeat gloriosissimus dominus meus multis feliciter in seculo annis, et in futuro in angelorum choro coronam æterne glorie percipere beatissimam mereamur. Amen.

DCCLIV. Exstat h. f. in cod. Hafn.; eam vulgavi in *Formules de Copenhague*, n° 1.

Digitized by Google

DCCLV.

[*Sine rubrica.*]

Epistolæ variæ.

Beatissimo et gloriosi[ssi]mo domino meo illo christianissimo viro, a Deo et angelis eius electo adque in imperio sublimato, ego ille servulus vester ubique devotus adque fidelis in omnibus obediens, excellenciam vestram adque ælimosinam quam piam obtamus. Commendamus magne misericordie vestre super nos semper adventare, ut vestra sit merces et laus apud Deum et homines, et nos in servitio vestro persistere valeamus secundum præceptum et voluntatem vestram, quod ita parati sumus, quantum Dei gratia nos intellectum dederit, cum omni fortitudine iussionem vestram implere cupientes. Omnipotens Deus ad profectum suæ sanctæ ecclesiæ et ad exaltationem Christiani nominis populi vos conservare dignetur per multa annorum feliciter tempora. Amen.

DCCLVI.

INCIPIT INDECOLARIUS DOMINE THIATHILDE AD DOMINUM IMPERATOREM.

Domino Luduvico divina ordinante providentia imperatori semper augusto, Theuthildis ancilla vestra omnesque ipsi in Deo subiecte cœnobii Sancti Romarici sorores, perpetuam orant gloriam *a*). Imperialis sollicitudo

DCCLV. Exstat h. f. in cod. Hafn.; eam vulgavi in *Formules de Copenhague*, n° 2.

DCCLVI. Exstat h. f. in cod. Rhenaug. A; eam vulgavit Friedrich von Wyss in *Alamannische Formeln und Briefe*, n° 40.

a) J'ai parlé plus haut (p. 546, note *c*) de la fondation du monastère de Remiremont. L'invasion des Hongrois, qui le ruina au

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

devotionis ac profunde discretio gubernationis, cum equa erga omnes lance pensetur cunctumque pacatissime regnum moderetur, sic ardua queque dispensat, ut tamen humillima eius censura iudicii non careant. Quod in nobis ancillulis vestris conpertum tenemus, quibus præ ceteris latissimos viscerum vestrorum sinus blanditer apertos conspicimus; priscamque, nullis operum nostrorum præcedentibus meritis, misericordiam culminis vestri inlibatissime erga nos famulas vestras vigere ab initio probamus, eademque semper sese robustius profusuram non diffidimus. Qua de re maximas graciarum actiones rependere vestre clementie sumopere cupimus, set pondere immensa regie dignitatis benignitatis..... quamlibet aliquid huiusmodi cogitare vel tenuiter queamus, nulla procul dubio racione ut competit effari valemus; set quid.... ulti si non, ut dignum est, tamen vel iubilantes aliquid innuimus. Scire igitur obtamus vestram inianter excellentiam quod, quasi reconpensantes ineffabilibus clementie vestre muneribus, huius volvente anni circulo præsentique hoc in tempore pro vestra incolomitate dignissimeque regine ac dulcissime diu servande regie prolis cecinimus psalteria mille, missas DCCC cum oblationibus ac letaniis creberrimis, quatenus Dominus Iesus interiores exterioresque hostium catervas conterat sub pedibus ves-

commencement du dixième siècle, dut être aussi fatale à ses titres qu'à ses bâtiments, et c'est probablement à cette circonstance qu'il faut attribuer la rareté des renseignements qu'on possède sur son histoire. Le nom de l'abbesse Thiathilde serait demeuré lui-même inconnu, si l'auteur du manuscrit de Rheinau n'avait eu la pensée de transformer en formules quelques-unes des lettres adressées par elle à l'empereur Louis le Débonnaire et à l'impératrice Judith. Cf. *infra*, form. DCCLVII, DCCLX.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

tris; nec non et prospero hic cursu succiduisque temporibus regni, quod geritis, diademate mitissime coronando, ad nostram omnium pacem brachio potencie corroboret, et in futuro inter choros sanctorum constituendo, eterne corona retribu[at] vos [et] letabundæ super ethera beatificet. Amen.

DCCLVII.

[*Sine rubrica.*]

Domino gloriosissimo, summe nobilitatis sapientieque diademate redimito, regnique gubernacula strenue regenti, Ludowico imperatori semper augusto, Thiathildis omnesque relique ancillule vestre, in Domino omnium præsentem perpetemque orant gloriam. Generosa pietas regiaque dignitas cum in regni monarchia generaliter pollere videatur, ibi permaxime fulgere probatur, ubi specialius viscera clemencie sue diffundere cognoscitur. Quod in nobis maxime ancillulis vestris exhibitum magnopere tenetur, quas peculiarius suas alere dignatur, unde et nunc consuetum misericordie morem sequendo insequendo præsenciarum actionum, dum per legatos culminis suis ita nobis famulas suas sibi complacuit. Quam ob rem inmensas.....

DCCLVII. Exstat h. f. in cod. Rhenaug. A; eam vulgavit Friedrich von Wyss in *Alamannische Formeln und Briefe*, n° 41.

Digitized by Google

DCCLVIII.

[*Sine rubrica.*][1])

Epistolæ variæ.

Domino præcellentissimo et regi gloriosissimo N., indignus episcopus et fidelis famulus vester N. Clementissima dominatio vestra scire dignetur quia quod ego tantillus homuntio ad conspectum serenitatis vestræ iuxta præceptum dominationis vestræ non veni, maxima infirmitate detentus, iussionem vestram implere non potui. Nunc autem suppliciter obsecro ut in hoc misericordiam vestram super me recognoscere possim, si per hunc legatum pusillitati meę [remandare][2]) dignamini quando cum gratia Dei, sanitate recuperata, ad servitium vestrum properare debeam, quia post timorem conditoris mei tota intentio mea in hoc laborare debeat vel[3]) desiderat ut serenitatem vestram circa me serenam invenire merear. Sicut autem in diebus istis nihil exterioris operis exercere vel negotii secularis aut ecclesiastici procurare potui, ita tota ad Deum mente conversus pro incolomitate vestra et coniugis et filiorum ac pro statu regni vestri Dei misericordiam implorare non cessavi. Parva xeniola, sed peregrina seu transmarina, quę modo ad obsequium vestrum pietatem divinam mihi credo direxisse, augustę dominationi vestræ curavi destinare : pallium[4]) coloris prasini et aliud polimetum[5]), spatulas palmarum cum suis fructibus, cynamomi, calangani, cariofili, masticis et piperis

DCCLVIII. Exstat h. f. in codd. Paris. H, Monac. B, Vindob. A; vulgat. inter Alsat. nº 16, eam recudit Ernst Dümmler in *Formelbuch des Bischofs Salomo III von Konstanz*, nº 30.— [1]) In Monac. B, Vindob. A, rubrica sic inscribitur : *Epistola ad regem.* — [2]) H. v. e Monac. B, Vindob. A, supplevi.— [3]) Verba *debeat vel* desunt in Monac. B, Vindob. A.— [4]) Monac. B, Vindob. A, *palliolum.* — [5]) Monac. B, Vindob. A, *polimitum.*

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

fasciculum, caricas ficorum [6]), malogranata, pectinen elefantinum, vermiculos, cicadas, aves psitacos, merulam albam et longissimam spinam de pisce marino. Serenissimam celsitudinem vestram ad munimem ecclesię suę omnipotentis Dei misericordia diu conservare dignetur [7]).

DCCLIX.

[*Sine rubrica.*]

Domino præcellentissimo atque a[u]gustissimo christianoque nominis apicem rege piissimo illo, necnon et ornatu damue suæ reginæ illæ, servorum Dei servus illi. Dum spaciis alternantibus temporum præmissis ad vestram excelente culmenis gloriam minimæ, itineris longetudine officiente, adesse non potui, saltem nunc, necessarium ut opinor, per fratres illos et illos spiritu vos visitans, ac subiecto ordine, ut decet, culmine vestro salutatione iura persolvens, ut salus et gratia Domini nostri Iesu Christi vobis semper abundet precamus. Altitudinem culmenis vestri.....

DCCLX.

[*Sine rubrica.*]

Domina Iudit, divina annuente gracia. — Gloriosissime domine Iudit imperatrici, prosapie nobilissime progenite sancteque religionis defensatrici semper auguste, Teathildis omnesque relique famule Sancti Romarici confes-

— 6) Monac. B, Vindob. A, *ficarum*. — 7) Monac. B, Vindob. A, addunt *Amen*.

DCCLIX. Exstat h. f. in cod. Lugd. Bat. B; nondum vulgata mihi videtur.

DCCLX. Exstat h. f. in cod. Rhenaug. A; eam vulgavit Friedrich von Wyss in *Alamannische Formeln und Briefe*, n° 42.

Digitized by Google

soris cœnobio degentes, monasterio siquidem vestro, in Salvatore omnium præsentem mansuramque efflagitant vestre celsitudinis indefective manere gloriam. [Tan]dem, quasi vestris sacris vestigiis provolute, præsumimus auribus clemencie vestre necessitudinis nostre causas humiliter innotescere, ut in illis rebus, qui nobis adiacent in territorio Kabillonense, iubeat pietas vestra ut nullus de mansionariis vestris ibi præsumat dari mansiones, quia valde nobis necesse est ut mercimonia nostra hactenus ibi exerceantur. Obtamus vos incolumem mente et corpore vigere et florere, prævio apostolo Petro, cuius vice oviculas Christi pabulis uberrimis fovetis atque defenditis, trihumfato iuvante Christo oste, ad eiusdem eterni regis thalomon perducta, regnum fine karens possideatis in evum. Amen.

Epistolæ variæ.

DCCLXI.

AD REGINA SIVE QUALITER FEMINA.

Carissimæ ælectæ Dei illa amica sororum et socia angelorum ac consolatrix pauperum et peregrinorum, ego ille fidelissimus serviens vester secundum intelligentiam parvitatis nostræ. Nos enim devotissime ad gratiam vestram fideliter commendamus, adiuvante misericordia Dei; nosse volumus prosperitatem vestram, et omnes qui nobiscum sunt, fideles servientes vestri, obtamus clementiam vestram ut nostri memoriam habeatis apud dominum imperatorem, ut per vestram ammonicionem eius misericordia super nos respicere dignetur ad consolationem nostram et servitium fideliter peragendum semper vestrum. Valeat

DCCLXI. Exstat h. f. in cod. Hafn.; eam vulgavi in *Formules de Copenhague*, n° 3.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

domine meæ genetrix gloriosa nunc et semper et in æterna feliciter Dei gloria cum sanctis angelis perpetualiter.

DCCLXII.

INDICULUM AD REGEM [1]).

Domina gloriosissime adque præcellentissime filie illa regina, ille servus servorum Dei. Postquam excellentie vestre sollicitudo regia est ubi gubernatione laudabilis, ad a[u]gmentum glorie sue vigilanciorem se debet et providam exibere, ut quos consilio regit exterius, perire interius non permittat, ut post huius, quod geritis, temporalis regni fastigia ad eterna, Deo auctore, gaudia possitis, regine, pertingere sempiterna.

DCCLXIII.

[*Sine rubrica.*]

Eximio viro adque per omnia magnifico, summis palacii dignitatibus sublimato, nec non sapientie faleramentis adornato, domino..... *a*), Teathildis, humillima

DCCLXII. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, n° 64. — [1]) Corrig. *reginam*.

DCCLXIII. Exstat h. f. in cod. Rhenaug. A; eam vulgavit Friedrich von Wyss in *Alamannische Formeln und Briefe*, n° 43.

a) Le nom du destinataire de cette lettre est presque entièrement effacé dans le manuscrit. Van der Meer, *Hist. diplom. monast. Rhenaug.* (ap. Zapf, *Monum. anecd.*, p. 306) et d'après lui Stälin, *Wirtemb. Geschichte*, I, 238), ont cru y reconnaître Conrad, frère de l'impératrice Judith. Cette hypothèse rattacherait l'abbesse Thiathilde à l'illustre famille des Welfes. M. de Wyss pense au contraire, d'après le petit nombre de caractères qu'il a pu déchiffrer, qu'il s'agit du comte Adalhard, qui fut en 823 chargé

Digitized by Google

ancillarum Christi et vestra in omnibus bene cupiens, quamvis meritis indigna, vocata abbas, omnisque congregacio Sancti Petri *a*) mihi vinculo karitatis conexa, præsentis sospitatis et future beatitudinis toto cordis atnisu oramus et optamus a Deo eterno nancisci salutem. Gracias vobis imensas referimus, quasi vestris sacris vestigiis provolute, de magna benivolencia et sollicitudine vestra, quam circa nos abuistis, et fidentes sumus quod et habetis. Nos vero, in quantum fragilitatis humana non obsistit, non obmittimus pro vobis pium exorare Iesum Christum, ut vos in oc præsenti seculo absolvere dignetur ab omnibus vinculis delictorum, et in futuro adgregare dignetur in consorcio virtorum [1]). Nunc igitur, fidens de vestra dileccione, nec non etiam, si ausa sum dicere, de consanguinitatis propinquitate, præsumo vobis subplicare ut magis ac magis per omnia et in omnibus et ubique, si fieri potest, adiutores et tutores, in quantum vobis fas est, esse dignemini. Concedat vobis Dominus post excursum labentis seculi uihus [2]) ad etherea regna feliciter pervenire. Amen. Pax Christi cum spiritu vestro.....

Epistolæ variæ.

DCCLXIV.

[*Sine rubrica.*]

Venerabili viro inclito et omni sagacitate diligendo domino..... alumna vestra, humillima omnium in Christo

— [1]) Corrig. *victorum*. — [2]) Corrig. *huius*.

DCCLXIV. Exstat h. f. in cod. Rhenaug. A; eam vulgavit Friedrich von Wyss in *Alamannische Formeln und Briefe*, nº *44*.

d'une mission en Italie. Cf. *Einhardi Annales*, ad ann. 823 (ed. Teulet).

a) L'abbaye de Remiremont était placée sous le vocable de saint Pierre.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

famulantium, una cum norma Sancti Petri *a*), in Salvatore omnium Domino Iesu Christo optamus perpetem consequi salutem. Denique conpereat alma dileccio vestra quia in omnibus cupimus abere coagulum karitatis vestre, et fideliter fideles inpendere orationes, quamdiu una ex nobis superest, cenobio degimus, sicuti egimus ex illa die, quo meruimus vestrum pium et penignissimum affectum, qui in hoc circa nos experiri, in quantum tenuitas nostra admittit, et fidele servitium impendere, si vobis imperare placu[erit]. Ceterum, quamvis nullis præcedentibus meritis, adtamen fidens de vestra karitate, quam mihi benegnissimo affectu et conloquio in illis paucis diebus, quibus nobiscum deguistis, exhibere dignati estis, subplico piam magnanimitatem vestram ut per epistolam vestram certam me faciatis qualiter domini piissimi imperatoris semper augusti seu inclite adque magnificentissime domine imperatricis sit voluntas..... Sancti Petri, qui nobis ex ministerio sibi tradito debent stipendia reddere, et qualiter agere debeam in omnibus et ubique. Propter Deum obsecro, notum facite mihi quam totius, ne temere, quod absit, aliquid agam contra illorum almam voluntatem, quia dilectissimus in Christo..... quamvis multa bona mihi polliceat, et, quantum fas est, faciat, adtamen non me certam reddit nec ille nec ullus omo alius.

a) Cf. *supra*, p. 1031, note *a*.

Digitized by Google

DCCLXV.

[*Sine rubrica.*] *a*)

Carus carissimo, dilectus dilectissimo, filius in Christo patri illi, ille humilis illi abbati, in Domino sempiternam salutem. Duo enim simul nostro versantur in animo, admiratio videlicet et tristitia : quare? Quia, postquam a vestra dilectione corpore, non mente, separati sumus, neque per missum neque per mellifluos apices vestros de desiderabili prosperitate vestra, quam, Deo teste, semper audire et videre desideramus, certi effici meruimus. Notum igitur sit sapientiæ vestræ quoniam V kalendas augusti saumas nostras partibus palacii dirigere dispositum habemus, et postea propter opus ecclesie tres dies stare, easque festinanter deinde, Domino auxiliante, sequi volumus, ea videlicet ratione ut XVIII kalendas septembris ad Magantiam esse possimus. Nam si vobis placuerit, sicut dispositum habetis, ut per nos veniatis, tunc secundum voluntatem vestram iter nostrum disponere habemus. Nulla enim causa est, exceptis his que per nullum ingenium inmutare possumus, que voluntatem vestram, in quantum, Christo auspice, valemus, de his dimittere faciat. Fuimus namque ad locellum vestrum, in loco qui dicitur ille, ipsum man[sum con]sideravimus, ibique nostrum repastum ex nostro adducere præcepimus, et una cum nostris vestrisque [fideli]bus in amore vestro illic

Epistolæ variæ.

DCCLXV. Exstat h. f. in cod. Paris. G; vulgat. in *Einhardi Opp.*, t. II, p. 150 (ed. Teulet).

a) M. Teulet (*op. cit.*, note 1) a établi par les raisons les plus solides que cette lettre n'est point d'Éginhard, comme on pourrait le croire au premier abord, mais bien d'un contemporain.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

letati sumus. Inde navigio pisces capiendo ad villam..... pervenimus. Tassilo vero, ut speramus, fidelis vester, de his, que ab eo quesivimus, [festinan]ter nobis in omnibus responsum dedit, et putamus, si eum probaveritis et secundum [scien]tiam vel doctrinam vestram aliquod servicium ei iniunxeritis, quod vobis exinde placere [studuer]it. Precamur denique ut illo præposito vestro præcipiatis ut de illo manso, [quod ves]tra caritas nobis beneficiavit, bonum certamen secundum promissionem vestram [habe]re studeat, qualiter nobis vobisque exinde mercis adcrescat. De plumbo..... et materiamine similiter demandate qualiter navigio iuxta voluntatem [vestram de lo]co illo usque ad locum, ubi Signa confluit in mare *a*), nos ita adducere....., quatenus dominum meum sanctum illum, amatorem vestrum, una cum omnibus sanctis, quorum reliquias in monasterio habemus, intercessores exinde habeatis. Deus omnipotens ex his temporibus in præsenti seculo vos sanum et incolomem custodiat, et in futuro cum sanctis angelis letabundum efficiat. Amen.

DCCLXVI.

[*Sine rubrica.*]

Carissimo abbati illi [et] omnibus suis, sincellites ille mansuram in Salvatore salutem. Non vos latere suspicor quod manente domno imperatore illo novissime apud illam villam non longe a vobis consistente, provocante

DCCLXVI. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, n° 54.

a) Le fleuve désigné dans ce passage est très-probablement la Seine, qui est nommée *Sigona* par Frédégaire. Cf. Valois, *Notitia Galliarum*, p. 516; Jacobs, *Géographie de Frédégaire*, p. 58.

Digitized by Google

vestrę religionis fama, vestrum mihi libuit adire cœnobium, illucque perveni, et, visa benignissima vestra sanctitate, placuit ut me, quamvis sceleribus squalidum, vestri vestrorumque conmendarem oracionibus, quod et vos et vestri, sicut caritatis pleni, benignissimo suscepistis affectu. Pro qua munera, quia vobis condignam remuneracionem reddidere nequeo, maximas tamen devotasque grates, quantum quivero, referre non differam; et nunc vobis lego triginta solidos argenti, flagitoque pronus et sumissus posco et aclinis postulo ut in vestra solertissima permaneat oracione illa eius memoria nostri, et ego, quantum potero, incontaminatam vobiscum observabo amicitiam. Et ni leudes nostri et equi fierent fessi ob nimitatem itineris, quod nos hoc anno Romam eundo Romaque redeundo peregimus, nullo modo omitterem vobiscum colloqui pacemque cum meis patribus, qui sub vestra paternitate degunt, mutuam habere. De quorum salubritate et salubri prosperitate et de vestra queso rescribas, ni grave fuerint calamum tinguere tinctumque in vitulino campo ovinoque trahere.

Epistolæ variæ.

Premia perpetui sumpturi maxima regni,
Est qui vita suis, Dominum colite.
Me precor et vestris precibus; mandate Tonanti
Vobiscum ut partem regna poli capiam.

Kere kyri agapite.

DCCLXVII.

AD ARCHIEPISCOPUM.

Beatissimo et nutu divino honorabiliter atque honorifice

DCCLXVII. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, n° 119.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

in cathedra episcopali sacerdotii dignitate functo illi episcopo, ille, quamvis indignus, tamen annuente divina gratia abbas vocitatus, vester ex totis præcordiis fidelis ac devotus famulus, per hanc seriem litterarum nostrarum in Deo Patre inmarcessibilem atque in rosifluo odore optamus perennem salutem. Conperiat alma prudentia vestra quia legati nobis venerunt ex partibus illius provintię, directi ab illo rege eorum, ferentes nobis papilionem mire pulchritudinis opere contextam, ita ut ferme triginta capere valet viros, et alia magna eulogia, obnixe nos deprecantes libenti animo hę[c] dona suscipere, quod ita et fecimus. Proinde, quasi coram conspectu vultuque vestro angelico prostratus, beatitudinem atque largam clementiam vestram optamus ut nobis ex vestris magnis muneribus mittere dignemini, ut aliquid eos rependere valeamus, eo quod nobis tam largiter obtulerunt; aurum, si valetis, aut pallium mittite, quia in suis provintiis valde hoc pretiosum esse videtur. Nos autem de ceteris bonis nostris, quos nobis Redemptor et Conditor noster contulit, libenter rependere vestrum cupimus per omnia fideliter, undecumque iniungitis, servitium, sicut dignum est tam dilecto patri et adiutori fideli nostro.

DCCLXVIII.

[*Sine rubrica.*]

Domino sancto sanctorumque meritis venerabiliter glorificando et a nobis cum tota fide et caritate amabiliter amplectendo simulque diligendo, illi summo sacerdoti

DCCLXVIII. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, n° 113.

Digitized by Google

Christi, ille exiguus omnium servorum Dei, vester vero fidelis et devotus serviens, in Deo Patre omnipotenti præsentis felicitatis et future beatitudinis necnon et gloriam perpetuam optamus. Recordare dignetur pia almitas vestra quod in præsenti nostra locutione aliquas reliquias sanctorum nobis pollicere dignati estis. Enimvero humiliter deprecamus magnam ac piam prudentiam vestram ut per præsentem nostrum gerulum eas nobis mittere dignemini, ut Deus glorificetur in illis, et vita nostra profitiat cum illis, et merces vestra in ęterna gloria adcrescat pro illis. Valeat et vigeat magna caritas vestra multis feliciter in hoc seculo annis, et in futuro in cęlestibus sedibus inter angelorum cetibus in gloria perpetua vos Iesus Christus collocare dignetur, et coronam æternæ vitę percipere mereamini.

Epistolæ variæ.

DCCLXIX.

INDICULUM AD ABBATEM.

Mella geris tecum firmato gluttine septa;
Dulcia que dederis quis cupis, ast mihi non.

Probatissimo ac divini cultus ingenio adprime decenter decorato illi insignissimo illi abbati, quanquam inmeritus, episcopus, quas lingua explicare non sufficit, salutes obtat. Cum enim assiduis vestris accumuler, eo longus dignas nequeo de tante caritatis ardore rependere grates; sed quia debitas persolvere deficio, iam quas habes in ara cordis sensus perquirens repererit, omni aviditate rependere cupio. Nunc vero de presentibus, que nuper direxistis, muneribus inmensas copiosasque gratias reffero,

DCCLXIX. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, n° 45.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

que me ita ad vestrum provocaverunt servitium, ut nulli, excepto seniore, me amplius quam vobis delectet servire, et si aliquid nostre parvitati vestra sagacitas iniungere decreverit, devotum in omnibus, favente Domino, reperiet. Equum namque, quem dudum iam direxistis, licet sit bonus ad opus, tamen quod optavimus non adeo utilis habet. Quapropter dignitatem petimus vestram ut omni industria optimum deinceps invenire studeatis, ut ad opus, quod elegi, sit aptius, et nobis quandoque ad equitandum utilitatem possit prestare. Per regulum [1]) itaque scedule huius quicquid de ac causa vestra invenerit voluntas remandare curate. Vestris, sacratissime, denique committo precibus, quas pro vobis, licet peccatis obstantibus inutiles, ad mundi regnatorem me fundere absque difficultate scitote. Valeat sanctissima vestra religio per innumeros annos.

DCCLXX.

ITEM ALIO INDICULO.

Carissimo ac dilectissimo mihique cum summa veneratione nominando illo, ego ille fidelis vester, perpetuam in Domino Ihesu Christo salutem. De cetero quante graciæ mihi pro inpensis beneficiis vestris referende sint, quanteque laudes quantumque vos intueri exoptem, verbis neque dictis explicaræ possum; quippe qui erga me, caritatis vinculo ministrante, tot bona exercuistis, quæ a me, quamvis gratanti animo fiant, plene tamen, ut dignum est, rependi nequeant. Dirigo denique vobis clypeum

— [1]) Corrig. *gerulum*.

DCCLXX. Exstat h. f. in cod. Lugd. Bat. B; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

cum lancea, non a vobis petitum, sed a me pollicitum in hospitale vestro, in loco qui vocatur Gericiago, quo pauperes, de quibus me unum foræ non ambigo, honorifice colliguntur et honorantur; et non paratum, sicuti inbelles querunt, sed ita paratum vili metallo, sicuti dimicatores optimi, de quibus vos unum esse dubium non est, haberæ procurant. Ab his nempe, qui viribus invalidi et inbelles sunt, scuta auro micancia querentur, que exterius auro resplendeant, interius tamen incassum vigeant, ita videlicet ut eo in pugnam progrediente clippei sui hostis adversans auro perterritus secedat, ipse vero inmunis aurum suum clippeo gestans inmunis ad propria redeat, sicuti solet fieri in his qui pulchros haberae codices exoptant, a foris auro gemisque ornatos, intus tamen non lima artisque rigoræ politos, sed vitiorum copia fultos, nec adtendentes divinas paginas, quibus illis nobisque vivendum est et cum hosti nefando pugnandum, vitiis exueræ, sed sola tantomodo vane laudis appetitione sibi blandiuntur, eo quod codices metallorum generibus ornatos habeant, habentes quidem zelum Dei, sed non secundum scientiam. Ego vero pertractans fortitudinem vestram, quia scio vos virum prudentem in verbis, virum fortem in factis virumque amabilem in omnibus, et ea quereræ et amaræ que ad cultum Dei pertinent, clyppeum hunc ex ferro, quod vilissimum metallorum est, pararæ iussi. Poteram enim illum, Deo iuvante, præ metallo foris ornare, sed a me hoc ex industria isto modo peregisse et vobis destinasse cognoscitae, postulans ut non adtendatis qualem interius, sed qualem exterius vim contineat. Certe si mihi præsens iter tam properæ non instaret, cum eodem clipeo sonipedem mitterem. Quod quidem, quia modo non facio, facturum tamen, si vita comes fuerit, me vestris partibus

Epistolæ variæ.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

non diffido, et ea vobis mitteræ, sive que a vobis ordinata acceperæ, sive ea que istis in partibus ad utilitatem vestram pertinent [et] a me inveniri potuerint. Deus enim omnium bonorum atque largitor daturus est velle et perficeræ ut eam peragam, que vobis placita sint. Ego sane non inmemor petitionis meæ ac promissionis vestræ de ræ quam vos plene nostis, pro qua vobis vel domno illo dilecto Deo petiturus iam dudum accesseram; sed vobis pro me ad illum eadem res dilata est usque ad adventum presulis ægregii illo archiepiscopo, ita duntaxat ut illo illuc properante vel adgrediente, illius in hac ræ perscrutaremini voluntatem et illius licentia id ipsum quod petieram meæ petitioni adsensum præbentes benivola..... mihi præberetis. Ideoque ego hos meæ exiguitatis apices ad vestrum procuravi mitteræ venerabilem conspectum recitandos, ut quicquid modo de hac re mihi agendum est litteris me vestris, quas oppido intueri desidero, certificetis, et quicquid vobis visum fuerit vel bene placitum ad singula mihi notesceræ non gravemini. Iam suggessi in auribus vestris pro qua causa eandem rem tam infestæ postulo; certe si hoc mihi non foret, quod vobis notui, non illam utique peterem, quia nulla indigencia mihi est eam peteræ. Modo vero si vobis petitio mea inanis vel infectuosa in hac ræ videtur, et hoc notescite mihi, ut spes mea ab eadem re petenda penitus auferatur. Quid aliud, quid dicam amplius? Pauca pro temporæ dixi, quia scio te sapientem, in paucis plura colligerat honor vester. Si in hac ræ certaveritis, non deerit, qualemcumque videlicet imperaveritis, obœdientia, sive cæteræ exhibitiones a me vobis non differentur, sed pectore toto, prout ordinatum a vobis fuerit, dabuntur. Versus etiam, quos mihi paterna scientia vestra iniunxit, super tumulum

Digitized by Google

bone memoriæ genetricis vestræ illa describendos conposui. Vos vero diligenter iubete illos describere, ut lucidæ ac claræ describantur, qualiter facilæ legi possint a cernentibus et orantibus pro ea. Merear te, sanctissime vir, incolomem cerneræ et tuis cito mellifluis alloquiis frui et de tua tuorumque perpetim salutæ letari.

Epistolæ variæ.

DCCLXXI.

[*Sine rubrica.*]

Ille sanctę illæ ecclesię humilis contistes, probeatissimo ac prestantissimo viro illi abbati cunctisque fratribus Domino vobiscum militantibus, presentis futureque felicitatis salutem. Sanctitatis vestre epistolam relegentes, admodum fuimus gavisi, quia textus ipsius vestram nobis ostendit sospitatem atque benivolentiam. Quod vero significastis de pellibus, antea omnino fuit intimandum, eo quod multo carius tempore hiemis quam estatis emantur. Attamen transmisimus modo vestrę largissime caritati vigenti et quinque pelles, plura largituri, si Deus vitam locumque nobis concesserit. Denique precamur ut fratrem illum, mox quo facultas adriserit, nobis, sicut polliciti estis, admittite ne differatis. Valete, fratres omnes, nostra invicem salutando, et ut nostri inter precum suarum vota meminerit humiliter exposco.

DCCLXXII.

[*Sine rubrica.*]

Reverentissimo ac vere beatissimo patri, quem gratia

DCCLXXI. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, n° 44.

DCCLXXII. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, n° 46.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

sedulo caritatis amplector, illi insigni abbatum abbati, ille, licet inmeritus, episcopus, præsentia futuraque perenniter gaudia optat. Quia literis significare studuistis totis vos ardere præcordiis ut vincolo caritatis nostrę vestrę adnecteretur dilectioni, maxima interius exteriusque leticia exilaratus utique sum, et ut sator rerum id fieri permittat totis exopto gemitibus. Eulogie namque, quas destinare vestra decrevit sanctitas, magne atque adeo gratissime fuerunt, que etiam, si modice forent, a nobis pro magnis, quia a vobis directe, utique susciperentur. Sed quod deinceps præ pare vos plurima vellem, si familiaritate perfrui nobis licet, et nostra scedula personuit, vestra me adeo concussit, quis ego sum qui talibus tantisque patribus parvitatis mee denegare familiaritatem, cum pocius vestre caritatis indigeam solacium, quorum precibus me sublevari denique non ambigo. De beneficio namque per nuncium nuper missum nos promisisse asseritis : profecto nihil mandavimus, sed puer juvenili adhuc sensu depressus talia non iussus promisit, que ex nostro non suscepit imperio. Precibus sanctissimis vestris me inmanitate sceleris languidum committere fidens de vestra caritate presumo; meas namque pro vobis, licet viles, ad Dominum fundere procul dubio cernuo abhinc poplite non cessabo. Munuscula vestrę, licet modica, dirigimus dignitati, que vestra sublimitatis pro magno suscipere non recuset; nisi enim vobis iniunctum partibus gratia instauret iter, maiora utique destinarentur. Mittimus namque banriles quatuor olei, ad calciamenta conficienda hyrcinas pelles sex, libras argenti tres. Faciat vos rerum sator rectis presentem transigere gressibus vitam et futuram cum sanctis eternaliter perfrui. Bene in Christo valete.

Digitized by Google

DCCLXXIII.

[*Sine rubrica.*]

Vir ille exiguus, illo Strabi *a*) suo salutem. Frater ille remeans a vobis, autore Deo, ad nos usque inlesus pervenit, et munera, que misistis, valde nobis grata adtulit. Sed inpetrato ex parte pro quo venerat negocio, et non potui illum amplius tenere, quia festinabat ante hiemem proprium intrare solum et ea que deferet vobis monstrare. Sed quia non potui vobis que volueram et que vestris dignum dextram[1]) presentanda conspectibus mittere, cum citius manibus nostris ea Dominus commodaverit, vestri ut potero per illum memorabor. Cetterum nolens memoratum fratrem vacuum ad vos reverti, missi per illum vobis tapete unum obtemum, cuius sessione pociora vos melius delectet expectare. Et salutate omnes fratres nostros, monachos videlicet cenobii vestri, et ut mei in illorum sacris oracionibus et sacrificiorum oblacionibus memores esse dignentur precibus quibus valetis admonete. Licet enim aliqui propinquorum meorum inter eos conversati illis devotissimi extiterint, non minus procul dubio in eorum utilitatibus, auctore Deo, vita comite, profecturus, si voluerint, pro viribus spondemus; ceteraque his licet litteris non mandamus, fratri nostri vobis dicenda more posuimus. Vale, amicorum meorum dulcissime, et omnes qui tecum sunt plurimum in Domino; et cum locum citius inveneris, cristallum pietas maioris quam

Epistolæ variæ.

DCCLXXIII. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall,* n° 47. — [1]) Corrig. *duxeram?*

a) Le personnage désigné ici me paraît être le célèbre Walafrid Strabon, abbé de Reichenau. Cf. *infra,* form. DCCXC.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

modo miseras et cornua bicina mittere nobis, ut et nos tibi, si volueris, quę nostra regio abundat indesinenter mittam.

DCCLXXIV.

[*Sine rubrica.*]

Sacro viro studiis sacratissimis intento illo reverentissimo abbati, ille infimus ministrorum Christi famulus, interminabilem in Domino opto beatitudinem. Multimodas graciarum laudes vestre refero sanctitati pro munere quod misistis. Magnum etenim quoddam vestra benigna caritas de vilitate meę personę sentire voluit, cui in regna altera munus deferri iussit. Littere siquidem prudencię vestrę in illo kalende per horam nonam diei ad me pervenerunt, et senior meus in illis kalendis in istis partibus iter arripiebat. De vasis vero, quę petistis, mox sollicitus fui cuius generis esse deberent, ferrea, testia an lapidea; interrogavi namque cuidam artifici nostro quę essent et ubi invenire potuissent; qui dixit ea ex petra nigra fieri venis subrubeis intermixtis, que vulgo apud nos *lapidee* vocantur, et ad Sanctum Mauricium inveniuntur; est enim illuc ab eo loco ubi tunc eramus iter trium dierum, et idcirco nullatenus ea adquirere potui. Si vero significaveritis que vel quod esse debeant, cum spacium habuero, iussionem vestram iuxta virium possibilitatem in his atque aliis rebus libentissimo implebo. Opto vos in Domino diu feliciter valere, sanctissime pater.

DCCLXXIV. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall,* nº 50.

Digitized by Google

DCCLXXV.

[*Sine rubrica.*]

Domino vere venerabili patrique karissimo illi abbati, ille exiguus et peccator eternam in Domino optat salutem. Diu multumque huius mundi notissimis perturbationibus agitatus, vicem debitam vestris beneficiis per condignas graciarum acciones rependere mutuis distuli, quoniam et ipse angustie, quibus tunc tenebar, cum vestris adprime solaciis sublevarer, hactenus me premebant, et necessitas paupertatis pocius placare inimicos quam amicos cogebat sedare. Nunc vero, Domino tandem laboribus nostris aliquod prestante levamen, nolui diucius, ne ingratus viderer, debitum salutacionis me munus obmittere, quo intelligeret prudentia vestre dilectionis ardorem in nostri cordis arula sopitum pocius quam extinctum. Igitur dignamini me tam fidelem vobis reputare quam vestra meruit sanctitudo : quicquid in me vivum est, non dubitetis vestris me velle mancipare serviciis. Misi vestre karissime paternitati parvas e[ulo]gias, id est manutergium et pectinem, non quo hec digna vestris conspectibus iudicarem, sed quo conprobarem melius esse parvo quam nullo pignore dilectionem mutuam demonstrare. Bene vos in Domino semper opto valere et nostri in oracionibus sacris memores esse : talem me reputate qualem me vobis debitorem fecistis, quia talis vobiscum qualem amicissimum amicissimo esse oportet.

Epistolæ variæ.

DCCLXXV. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, n° 43.

Digitized by Google

DCCLXXVI.

[*Sine rubrica.*]

Epistolæ variæ.

Laureato et omni laude præcellenti rumoris illi valde nobis amabili viro atque venerabili presbitero, ille, nutu Dei humilis episcopus, præsentis atque futurę felicitatis mandat in Christo salutem et fidelissimum intimat servitium. Inprimitus nos vestris deificis commendamus oraculis, suppliciter orantes ut nostri semper memor in precibus vestris apud Deum fieri dignemini; hoc ipsum nos pro vobis fideliter operari studemus. De cetero magnas gratias vobis referimus pro omnibus bonis, quibus antecessori et patri nostro illi episcopo, deinde post illum nobis immerito semper largiter et abundanter ministrastis. Omnes libros, quos illi episcopo et patrono nostro tradidistis, deinde nobis innumera dona librorum paterno more inpendistis, illos omnes ad servitium Dei de vestra gratia nunc proprio iure possidemus; pro quibus omnibus dignam mercedem, Deo vitam nostram gubernante, vobis satagimus.

DCCLXXVII.

[AD] ABBATEM.

Patri et domino abbati illi carissimo, ille humilis, non adhuc monachus, eternę felicitatis implorat salutem. Quod actenus paternitati vestrę minime scripsi et quid circa me ageretur evidentius non significavi, difficultates

DCCLXXVI. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 73.

DCCLXXVII. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, nº 56.

Digitized by Google

et non voluntates causa exstitit; si enim oportunitas sineret, obtarem creberrime vobis conloqui et hoc posse daretur difficultatem longi itineris perpeti. Siquidem valde doleo quod cum monacho vestro, quem ad illum episcopum misistis, nec loqui neque ab illo sciscitari desiderabilem sospitatis vestrę prosperitatem valui. Scitis enim quia post obitum bonę beatęque memorię domni et patris nostri venerabilis illius abbatis minime ad vos, quemadmodum volui, mittere potui, ut eius memoriam in vestris sacris oracionibus iure ac pie recordare dignaremini ; unde modo, licet sero, vestre benignitati tres argenti libras mitto, ut his susceptis refectionem, prout potestis, fratribus preparetis, et quod defuerit ex nostro, vos, ut subpliciter peto, adimpleatis ex vestro. Ut vere ipse confisus est et nos obtime confidimus, memoriam sui crebro habere dignentur fratres vice sua et nostra exortari deprecarique dignemini. Ille etiam nobilis vasallus illius, qui ei ceteris amabilior extitit, vos valde salutat et precatur ipse una mecum, (licet habeatis eum incognitum, tamen et habetis et habebitis semper devotum), ut nihilominus sui dignemini habere memoriam. Ego equidem ille paratus sum vobis in his, que apud nos melius inveniuntur, venerabiliter atque amicabiliter obediens obsequi, ita tamen ut abbas prepotens pauperis non obliviscatur : vos namque ea, que in divinis cultis apta sunt, penes vos et in regionem vestram habetis, ex quibus nobis solacium prebere potestis, ut sacris lineis induti, quando, licet indigni, ad sacrosanctum altare accedimus, memoriam vestri habentes, sicut et vos nostri, propensius oracioni incùmbamus, pro salubritate vestra Domini misericordiam exorantes. Est etiam aliud valde precipuum, quod [si] nostre parvitati, sicut promittere dignati estis,

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

inpendere studueritis, maximam et eternam vobis apud Deum proinde adquiretis mercedem, scilicet ut libros domni illius, quos in *Eptaticum* et in *Machabeorum gesta* conposuit, nobis transcriptos mittatis; et si quilibet penes nos fuerint, quibus indi[ge]atis, nos vobis similiter transcriptos, si tamen ita vultis, devotissime mittemus. Deus omnipotens vos incolomem pro nobis orantem et nos pro vobis feliciter conservare dignetur.

DCCLXXVIII.

INDICULUM AD ABBATEM.

Venerabili viro et omni caritatis amore diligendo illo Dei annuente gratia abbati, ille dono et misericordia Dei largiente abbas, perennem in Deo Patre salutem. Cognoscat fraternitas vestra in Christo oracionis nostri studium die noctuque pro vobis indesinenter actum, petentes ut et huius vite ita feliciter in Domino peragatis cursum, quatenus valeatis æterne venire felicitatis premium. Deinde ammonentes ut nostri memores esse dignemini in Christo, et librum *De civitate Dei* obnixe flagitamus; prestet nobis caritas pectoris vestri, per nuncium et portatorem istorum apicum pervenire faciat iussio vestra, et hoc vulgare proverbium secundum huius rusticitatis linguam accipias et scias :

Sit salus atque decus tecum pietate paterna,
Sit tibi pacificum tempus et omne bonum.

DCCLXXVIII. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, n° 38.

Digitized by Google

DCCLXXIX.

AD ABBATEM.

Ille exiguus, illi abbati et amicorum meorum karissimo, copiosa in Christo salutem. Recepi vestre dulcedinis litterulas, quas presens lator detulerat, et intellexi queque continebant. Sed mittam vobis, cum citius potero, illum communem fidelem, per quem conditionem emtionis pelliciarum et alia, que voluero, remandabo. Gratulor enim modo certus de tua sospitate, quam actenus ignorans multo tedio sicut pro unanimo amico adfectus sum. Queso tamen tuam dulcedinem caritatem ut frequentius scriptis et missis mutuo nos visitemur, et non seiungant longa terrarum spacia, quos Christi nectit amor. Et rogo te ut istoriam dictis nomen *De bello Gregorum et Troianorum,* quam penes te novimus, transscribi iubeas et per memoratum et communem fidelem, cum ad vos misero, nobis remittatis, quia nusquam illam inter nostros invenire possimus. Vale in Domino, dulcissime frater, m[e]i semper per te tuosque benigne memor, et diligentem te dilige, et Deus pacis te custodiat ubique.

Epistolæ variæ.

DCCLXXX.

[*Sine rubrica.*]

Carissimo fratri illi, ille in Christo salutem. Misi benignitati vestræ solidos quinque, de quibus precor ut mihi

DCCLXXIX. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall,* n° 39.

DCCLXXX. Exstat h. f. in cod. Paris. K; vulgat. in *Einhardi Opp.*, t. II, p. 146 (ed. Teulet).

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

cucullum spissum dignemini comparare. Quod si pretium defuerit, et non ex hoc argento quod misi illud emere potueritis, ex vestro addite quod necesse fuerit, et ego aut reddam aut servitium multo maius impendam. Sic inde agite ut in vos confido, et videte ne sine ipso in hoc mercato remaneam. Valete in Domino.

DCCLXXXI.

[*Sine rubrica.*]

Desiderabili et modis omnibus venerabili viro illi comiti, ille humilis archiepiscopus, bene cupiens vestræ prosperitatis, æternam in Domino optat beatitudinem. Solito enim more petimus et ammonemus ut de nostris rebus in illis partibus ita fideliter agatis, sicut in vos bonam habemus confidentiam. Illum medicum Iudaïcum vel Sclavianiscum N., sicut nuper in illo loco vos rogavimus, quando simul loquebamur, et ille episcopus vester fidelis vos postulavit antea, petimus ut cum præsente portitore istius epistolę eum nobis ambobus transmittatis. Nos vero vestrum servitium, undecumque nobis præcipiatis, parati sumus implere.

DCCLXXXII.

ALIA.

Almifico et glorioso et per omnia colendo viro illi, ego ille, in Christi nomine, devotus vester cum totis visceribus serviens, in Domino Iesu Christo perpetuam atque rosi-

DCCLXXXI. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 93.

DCCLXXXII. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 116.

Digitized by Google

fluam deposcimus salutem et gloriam. Recurrat ad memoriam gloriæ dignitatis vestræ quod nobis bonitas promisit nostrę præsenti fabulatione medicum unum præstare nostros egrotos ac infirmos medicinali arte curare. Propterea humiliter deprecamur largam clementiam vestram ut nobis per præsentem missum nostrum eum dirigatis usque ad nos hac de causa sollicitandi. Nos autem vestrum condignum servitium impendere, undecumque nobis iubere dignetis, parati sumus, sicut dignum est tali viro Deique servo fidelique amico facere. Valete nunc et semper feliciter et in ęternum cum angelorum laudibus choris.

Epistolæ variæ.

DCCLXXXIII.

[*Sine rubrica.*]

Domino venerabili illi abbati et fratribus Insulanensibus *a*), ille Dei dono abbas salutem. Sciat inmensa paternitas vestra quod ubique in vestro solacio confido, vel uti daret hoc sedulo in actu tam divinis quam forasticis rebus. Misi autem libros vestros ad proprium sinum applicandos, pro quibus gratias inmensas refero caritati vestrę vel tibi. Et pro omni benivolentia erga me inpensa posco ut, si ullo modo fieri valeat, post festivitatem sancti illius iubeatis illum medicum ad me venire, quia adiutorio eius indigeo. Sed et domno illi gratias referte pro fraterculo meo illo, quia, ut a referentibus audivi, bene procurat cum scolastico pedagogio amicaliter docendo. Bene valete memores mei.

DCCLXXXIII. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, n° 40.

a) On désignait ainsi les moines de Reichenau à cause de la situation de leur couvent. Cf. *supra*, p. 1020, note *b*.

Digitized by Google

DCCLXXXIV.

[*Sine rubrica.*]

Epistolæ variæ.

Carissimo preceptori domno illo abbati, ille abbas, una cum fratribus, eternam in Christo salutem. Gracias denique referi ideo paternitati vestrę, quod non solum divino, verum et corporali solamine nos sedulo sublevatis, et pro asumendo amminuculo indeficiendo permaneatis, sicuti nuperrime fecistis, illum medicum nobis transmisistis, qui tanto studio et affectu infirmitatibus nostris conpassus est, ut obtime sentiremus quod a vestra benivolentia nobis destinatus est. Quapropter, ut sciatis qualem apud nos optinuit gratiam, petimus ut nostra ex parte, primo fratribus, dein et ipsi inmensas gratias referetis pro communi labore et salute. Ceterum, mi domine pater, si vestrę mentis sit aliqua vicinitate ire ad videndum domnum conseniorem nostrum, ne transmeatis nos, quia tam ego quam omnes fratres nostri valde cupimus uti, vel ad unum momentum, conloquio vestro. Et ne Phobi adventum impediat; Bahchus apud nos hoc anno obiit cum Cerere; tantum facilis palma restat; vel ad hoc venite, ut discatis qualiter eam obtime domitare valeatis. Sancta et inconcussa caritas conservet vos nostri memorando semper. Amen.

DCCLXXXV.

[*Sine rubrica.*]

Dulcissimo in Christo patri illi archiepiscopo, ille non

DCCLXXXIV. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, nº 49.

DCCLXXXV. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, nº 41.

Digitized by Google

merito abbas, summam in Domino salutem optat. Misse per illum peripateticum littere vestrę prius fundamenta quedam in nobis gaudio nostri de sanitatis vestrę indicio conceptorum letetur, sed per illum fidelem vestrum, nostrum autem amicum, viva voce energius quedam similitudo eorundem fabricam gaudiorum non mediocriter erexit : pro vestris enim prosperis non minus quam nostris hilarescimus. Ut iussistis, scutarium et cerevisę confectorem, cetera que potuerimus ad servicium vestrum per missum nostrum cum illo directuri; ad subitum enim nequivimus ea, que inperastis, invenire, quia incommodatis temporis mali, que et vobis nonnihil officit, nobis obsistit in plurimis. Epistolæ variæ.

Ergo salutetur vestro prudentius ore,
  Antistes nostræ pars preciosa animæ.
Felices ille quibus est hec gratia plebes
  Ut tantos habeant lucis in arce duces!
State simul fortes, pugnate viriliter, ut dum
  Regnetis semper quos alitis gregibus.
Esto mei memores, sum vestri; debeo vobis
  Et voveo totum quicquid amore....

Valete.

DCCLXXXVI.

[*Sine rubrica.*]

Familiari nostro domno illi, ille vester eternam in Christo. Suscepta epistola vestra nuper nobis transmissa, in apertis gavisi sumus, in topicis vero acumen ingenii laudavimus, obtantes communi conloquio hec exponi quandoque. Interim cum Dei amminiculo sospitatem nos-

DCCLXXXVI. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, n° 42.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

tram dinoscite vestramque nobis demum intimate; dies est enim obtabilis, quo vestri vestrorumque salutem audire meremur. Dum flagitamus largam benivolentiam vestram, ut, si ullo modo fieri valeat, cum gerulo præsentis pittacioli Matheum vitrearium nobis transmittatis, quatenus ad basilicam Sancti Viti martyr *a*) summe fenestre exemplar ostentet infantulis nostris, statimque post ebdomade unius cursum remeare poterit. Super fraterculo autem nostro illo obnixe deposcimus ut liceat eum beato illi commendari destinare cum altero infantulo, que eum in suis procuret, et quando qualiterve transmitti debeat remandate. De mellis vero opulentia, qua vos adiuvari poposcitis, scitote nos gratias rara quam vos plura extendere velle : mittite nuncium vestrum, qui decem siclas mellis perferat vobis. Bene valete semper memores nostri.

DCCLXXXVII.

[*Sine rubrica.*]

Ille superne largitatis munere humilis antistes, illi fratri karissimo multimodeque cultu sophię simul et decore sanctitatis abbati comptissimo, presentis ac futuram copiam felicitatis in Domino. Multifariis igitur pro vestre conspicue devocionis beneficiis plurimas nos sepius referre gratias oportet. Verumtamen vestrę copiosissime commodum putavimus intimare benivolentie quod fra-

DCCLXXXVII. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, n° 51.

a) Plusieurs monastères ont été mis sous l'invocation de saint Vite; peut-être s'agit-il ici de celui de Corvey en Saxe (*Corbeia nova*), qui possédait les reliques du saint martyr.

Digitized by Google

trem vestrum nimis flagrantem desiderio nobiscum retinere nequivimus : vestra plurimum frui desiderabat presentia. Quocirca vestram subpliciter gratissimam poscimus fraternitatem, ut ob amore Dei eiusque confessoris Ambrosii vestra summa cum gratia ad nos eum quam tocius remittere dignemini, quatenus quod deest operi bene cepto perficiatur ab ipso. Nos igitur semper et ubique sumus vestre dumtaxat amantissime caritati congruem nempe vicissitudinem reddere, si quid vestre benignitati largissime placuerit nobis iniungere. Valete nostri semper memor in oracione, ô dignissime frater!

Epistolæ variæ.

DCCLXXXVIII.

INDICULUM AD ABBATEM.

Domino venerabili atque honorabili illi abbati, ille donum Dei vocatus sic, eternam in Domino salutem. Nostra humilitas sanctitatem tuam deprecat ut illam rem, qui appellabatur illa, per isto presente legatum nostro nobis transmittere non dedicnemini, videlicet ad rem faciendam; et cumque perexpletum fuerit, statim ad vos salvum remeare curremus. Valete in Domino semper.

DCCLXXXIX.

[*Sine rubrica.*]

Dilecto mihi fratri nostro illo præposito sancte con-

DCCLXXXVIII. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, n° 65.

DCCLXXXIX. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, n° 68.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

[gre]gationis illi monasterii, ego ultimus clientulus et servus vester, salutem vobis amabilem præsumi mittere in Domino nostro Ihesu Christo, et preco quod caritas et amicitia vel iussio sit vestra super me, sicut inchoasti et semper egisti, ut ita in antea tua bona dilectio et caritas permaneat; et in quantum est sensus aut intellectus, Deo adiuvante, nobiscum, corde et sensu in semper ero tecum communis in tua voluntate. Iterum atque iterum salutamus vos usque ad gaudium.

DCCXC.

[*Sine rubrica.*]

Ille, suo illo eternam. Posco fraternum pectus vestrum uti nostri nostrorumque in presenti quadragesima vestris oracionibus coniungendo instantius memoriam faciatis, vel uti et nos pro vobis et pro omnibus vestris agere cupimus cum omnibus nostris. Et quia nos tenus venire distulistis, remandate quando iterum mansio bis iam vobis parata tercio paranda sit; equanimemque virum queris, qui una die id precipis, quod die altero interdicis : namque si tam rabula apes, ut tu is [1]), fuissem, aculeum quandoque vel avolando sensisses. Ceterum obnixe deposcimus ut, si ulla facultas sit, pro semine poryi nos adiuvetis, quia in tota Francia nec ad conparandum aliquid huiusmodi aud invenimus. Ad ultimum... Straboni... *a*) gratias refero pro munusculo suo, quo solent stolidi in domo vagari. Optime vale in eucharia Dei.

DCCXC. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, n° 48. — [1]) Corrig. *es*.

a) Cf. *supra*, form. DCCLXXIII.

Digitized by Google

DCCXCI.

[*Sine rubrica.*]

Viro egregio atque prudenti illi reverentissimo, ille, in Domino salutem. Obsecro caritatem vestram ut illum puerum, nepotem illi episcopi, ad studium discendi acrius incitetis. Poterat namque illum alibi ad erudiendum ubicumque vellet dirigere, sed meo maximo ortatu vestris eum disciplinis tradidit inbuendum. Quapropter peto ut deinceps adhibito studio nostram etiam sibi apud vos sentiat prodesse peticionem; et ubicumque peragitis, vobiscum eum ire permittite; mercedem vero vestri laboris, quanta esse in præsenti potest, ego rependam. Noveritis etiam quia ille hominem ipsius pueri apud illum episcopum excusatum habeo; ideoque peto ut ipsum, cui molestus extitit, in vestram venire faciatis presentiam; [ad] concordiam eos reducite; verumtamen reatus sui penitenciam gerat, iuxta quod vobis visum fuerit. Epistolæ variæ.

DCCXCII.

[*Sine rubrica.*]

Petrus *a*) divino fretus auxilio humilis ille, illi dilecto fratri, multimodam in Domino opto salutem. Cum vestra denique, karissime, sospitate tam missi præsentiam quam

DCCXCI. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, n° 52.

DCCXCII. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, n° 53.

a) Pierre fut élu abbé de Reichenau en 781. Cf. Mabillon, *Annales Benedict.*, t. II, p. 260; Dümge, *Regesta Badensia.*

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

vestri dulcissimi intimamur apices, inmensa per omnia iocundantes sumus repleti leticia, insuper quod et vestrum studium ac pium erga puerulum, quem in Domino accepistis, sincero sentiamus diligi affectu. Ea igitur karissimeque a nobis indaganda vestra requirit industria quid in filosofica doctrina prius quidve sequens ad eundum inpuendum indolem manifeste ponerem indiciis. Immo dubium non est vos per omnia, ut sapiens architectus, fundamenta prius ponere, hac deinde fabricam in altum ex diversis lapidibus attolli, cum ea qui incrementum dat mensura hedificiario credimus operari. Vestri igitur arbitrii omnia ordinanda sanctimus, quid prius de divinis libris vel postmodum de gentilium fabulis didicenda sint. Ut pio magistro mellifluo patri petimus ut cura incumbat non modica in tantum ut puerulus ipse nostrique amoris unicus in bonis documentis sumat incrementum, qualiter Deum agnosci ac timere valeat et eius adsequi mandata concupiscat, et ut omnis vestra laudabilis docma in eundem in evum floreat et omnibus manifesta per eum ubique fiat, necnon etiam de geminato talento premium ab eo, qui dedit, recipiatis, et a nobis dignum per omnia obsequium capiatis. Parva igitur munera karissime vestre direximus almitati; rogamus denique ut ea, que missa sunt, caritate sumantur; vere quidem plura mitti decrevimus, sed ne itinera ablata fuissent timuimus. Cum itaque nos, ut iussum est, citius obsequium pii augusti properamus, vestram presentiam requiri non omittimus, et ea, que desunt, subpleri in omnibus, ut dignum est, satagemus. De fratre videlicet illo, de quo mandastis ut alienus de loco isto fieret, usque dum nos hic veniamus, rogamus ut pene vos maneat; cum, Deo auxiliante, venti fuerimus, et istum auferimus et excep-

Digitized by Google

torem nobiscum deducimus. In omnibus, ut per vos fidimus, agitis. Vale, vir Dei, vale et memento mei.

Epistolæ variæ.

DCCXCIII.

[*Sine rubrica.*]

Domno venerabile inlustrique sagacissimum, sed inlustriorem sanctitate et gratia Dei polentem, et sacerdotale apice sublimatum domno illo, ille alumnus vester, salutem in Domno vobis præsumsimus distinare. Supplicamus, domne, gratia vestre ut nos pro mercede vestra in omne instruere faciatis, et iuxta vestra bonam consuetudine, quod semper nos pie ut dulciter gubernare dignastis, ita et nunc agi non dedignemini, ut ad cumulum mercedis vestre perveniat. Et si ita agitis, maxima dona fratribus nostris dirigetis iuxta solita bonitatis vestra. Iterum atque iterum, quasi ad præsens ante genuam vestram prostrati, precamur ut cepta gubernatione vestra nos discerere nunquam patiatur.

DCCXCIV.

AD ABBATEM.

Glorioso atque spiritu sapientiæ repleto illi abbati, carus etenim ille vesterque fidelis discipulus, in Deo Iesu regi regum felicem deposcimus salutem. Gratias siquidem inmensas tripudiantes manibus vobis cotidie agimus, eo quod vestra magna clementia [me] tam solerter cum omni studio ac benivolentia secus pedibus vestris aluistis, do-

DCCXCIII. Exstat h. f. in cod. Paris. B; vulgat. inter Baluz. maj. nº 25.

DCCXCIV. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 122.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

cuistis et usque nunc, Domino donante, ad perfectum deduxistis, quod vobis redemptor et retributor humani generis plenam atque perfectam mercedem in hoc seculo retribuere dignetur, et in futuro gloriam una cum sanctis angelis concedat eternam. Nos enim, quamvis humillimi et nimis tepidi atque insipientes, pro vestro statu et vita longeva Dominum rogare in orationibus, quantum prevalemus, studium habere satagimus, una cum ceteris subditis nostris, quia per vestram doctrinam inluminati et glorificati et exaltati et iocundati sumus. Vos enim estis lux totius huius provintie, quia multis diebus in ignorantiæ sanctarum scripturarum cecitate obvoluti fuimus, usque lux vestræ sanctæ sapientiæ nos inluminavit. In vobis sermo divinus impletus est, quia *qui erudiunt multos fulgebunt sicut stellas æternitatis* a) in regno Dei et Christi, ubi vos gloriosi et splendidi sicut gemma lucidissima apparere debetis, et ab ipso Domino audire : *Euge, serve bone et fidelis, intra in gaudium Domini tui* b); et ibi decantaveritis una cum sanctis angelis : *Beati qui habitant in domo tua, Domine, in secula seculorum laudabunt te* c). Humiliter optamus ut de vestra sancta sospitate atque vita per scripturis vestris sanctissimis nos certiores reddatis, ut de vobis omni tempore letitiam agere valeamus. Valete.

DCCXCV.

[*Sine rubrica.*]

Memorabili atque excellentissimo viro mitissimo, pla-

DCCXCV. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, nº 62.

a) Cf. *Daniel*, XII, 3.
b) Cf. *Evang. sec. Matth.*, cap. XXV, ℣ 21.
c) Cf. *Psalm. LXXXIII*, 5.

Digitized by Google

cida bonitate necnon honestate et morum dignitate cum omni mansuetudine repleto et Christi famulatu insaciabili illi, ille inequali conparacione bonitatum vestrarum iuvenili etate florens, tamen fidelis et bene devotus vester perpetualiter existit, salutem optabilem et perseverantem mandat in Domino. Epistola reverentie dignitatisve vestre usque ad vilitatem persone mee pervenit, quam tota nisu perlegens, in imo cordis recludi volens, eam sepius iterando in tenuem locum memorie mee recondere, quia dulcedinem mellis in fauces meas portavit, magistrali compositione suffulta et maxima piissima ammonicione mentem parvitatis confortavit, et exemplo senili iuventutem meam edificavit. Quapropter cognoscat sagacissima prudentia vestra me non parva angustia coortari, quia in quibus verbis eidem dulcedini occurram non invenio, et ut sponsionem convenientem sibi congruo sermone perfungat, ita dumtaxat ut opacam benignitatem vestram humillima laude amplectar et plenitudini opusculi mei honestissime et oportune metam inponam, ut favore paternitatis vestre commoda et inreprehensibilis donetur. De cetero cognovit almitas vestre me in presentia vilissimis vestibus indueri et nil pargamenis uti, nisi mihi excellentia vestra consueta ope subveniat, atque a parte largissima manu his, in quibus inops et pauper videor, frequentari congruo tempore et frui congratuler. Et, ut ita dicam, Domnus vero noster iuventutem meam despicit et illam castigare contempnit, necnon mores abhominabitur et me ceu quotdam inmundicie respuit, et adiutorem se mihi labenti porrigere differt; sed iam summos gradus dignitatis in me vult habere, hac stultos sensus diucius proicit, querit a me quod non habeo et quod desiderat adhuc non subsistit. Antequam mihi Deus annuerit et aliorum exemplariis in-

Epistolæ variæ.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

structus vir perfectus et placabilis efficiar, idcirco obnixe peto ut citissime huc veniatis et serenissimus vester vultus appareat, qui iam terribilis et odibilis mihi videbatur, moderno quippe, destructa lege veteri, oblitis omnibus, carus et serenus iudicat. Et hoc pro certo scitote quod in vobis maxime confidens et de his omnibus iudicem elegi, et vestro eru[di]tissimo iudicio me confirmari apud Dominum studete.

Altithronus, qui regnat in ante polorum,
Det vobis requiem vitam donetque perennem.
Ast faciat magnum vos scandere limen Olimphi,
Livido mortiferaque procul tunc tartara pellat.
Grandis enim vobis mercesque futura manebit,
In oleis quoniam magnam meruistis in arvis.
Semper enim rectum exercente vocaberis insons.
Omnipotens Deus, indigno concedito servo,
Dona mihi quod posco, quidem qui es conditor orbis.
Augi salutiferamque supradicto sanitatem,
Nec illum tangit, Christo duce, morbus iniquus;
Dumque caduca manet vita, dum flatus anelet,
Eternam concede domum, qui regnas ubique!

DCCXCVI.

EPISTOLA.

Carissimis filiis iuxta nomen suum [1]) potestas et pax adimpleatur. Recolite, carissimi mei, quia ab ipsis cunabulis [2]), immo a maternis ventribus, velud potius, quod

DCCXCVI. Exstat h. f. in codd. Monac. B, Vindob. A, Rhenaug. A, sed multis in locis mutila; eam vulgaverunt Ernst Dümmler in *Formelbuch des Bischofs Salomo III von Konstanz*, nº 47, Friedrich von Wyss in *Alamannische Formeln und Briefe*, nº 38. — [1]) Rhenaug. A addit *et*. — [2]) Rhenaug. A, *incunabulis*.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

verum est fatear, ab ipsa conceptione miserationes Dei vos susceperunt, quę et in progenitoribus vestris incarnationem vestram prevenisse noscuntur; nam quod vos pro nihilo ducitis, quanti cæteris estimaretur, quod sine deformitate [3]) membrorum et cum omni venustate concepti, sapientes animas estis sortiti, quod sumptuosis victibus educati, quod omnibus amabiles et honorandi, infantiam [4]) et pueritiam [5]) transcendentes, adolescentię principia gratiosissimi captare videmini! Quid putatis, ô viscera mea, quid putare potestis, qualia beneficia clementissimus conditor noster sibi devotis et obsequentibus providebit, qui talia nescientibus adhuc prærogare [6]) dignatus est et ingratis! Hæc vobiscum agite, hæc sedula cogitatione versate, et turpe sit vobis ut ignavia vacetis; quin potius omni studio cunctimodis artibus operam dantes, multos coetaneorum vestrorum excellere festinate! Et primum, quod maxime opus habet professio vestra, quia literarum studiis ab infantia fuistis occupati, obsecro ut prosas, orationes et strophas versuum congruas absque retractatione et dilatione texere curetis; quia, ut iam nunc advertere possumus, ita in posterum nos alloqui et salutare debemus, quando nos Alpium iuga, profunda vallium, ripidissimorum [7]) cursus amnium, lacuum procellę et nivalia frigora ab invicem separare cœperint, cum modo iuxta et in uno pene loco positi, nos alterutrum libere videre non per[mit]timur [8]), colloqui vero prohibemur omnino. Valete.

— [3]) Rhenaug. A, *difformitate*. — [4]) Rhenaug. A, *instantiam*. — [5]) Rhenaug. A, *puericitiam*. — [6]) Rhenaug. A, *ad hoc prorogare*. — [7]) Rhenaug. A, *rapdissimorum*. — [8]) H. v. e Rhenaug. A restitui.

Digitized by Google

DCCXCVII.

DE SEPTEM SACERDOTII NOMINIBUS [1]).

Epistolæ variæ.

Dilectissimo filio illi, ille salutem. Quando te in habitu subdiaconi conspexi, ita de tua et vestis illius deformitate contristatus sum, ut multo te libentius inter abiectissimos laicos quam in [2]) prestantissimos clericos videre voluissem. Nunc autem quia te vidi in habitu sacerdotali, ita iocundatus sum, ut tu [3]) mihi præ omnibus episcopis, præter unum illum nostrum, esse videaris solus sacerdotio dignissimus. Sint alii hostiarii, alii acoliti, exorcistę alii, lectores alii, alii subdiaconi, alii diaconi; tu sacerdotio dignus, te decet honor pontificatus, hic habitus est tuus; et quia te summo sacerdotio vincirier [4]) adopto, et ita fieri procul dubio credo, causa[s] et nomina sacerdotalis officii caritatem tuam latere nequaquam volui. *Presbyter* est nomen Grecum, et interpretatur *senior*, ut iuvenilia desideria fugias. *Episcopus, speculator,* ut et te ipsum caute agere et reliquis id ipsum scias insinuare; item [5]), iuxta Augustinum, episcopus *provisor* dicitur, ut [6]) et carnalia et spiritalia subiectis tibi scias providere. *Antistes* dicitur, quia secundum Heliam omnis vita illius ante Deum et Deo dignissima, vel certe ita perfecta esse debet, ut si quando ira Dei sęvire cœperit in populum suum, antistes irę Dei, iuxta Moysen et Aaron atque Finees, instantia precum et humilitatis et zeli ferventissimi sufficiat obviare. *Præsul*

DCCXCVII. Exstat h. f. in codd. Monac. B, Vindob. A, Rhenaug. A, sed multis in locis mutila; eam vulgaverunt Ernst Dümmler in *Formelbuch des Bischofs Salomo III von Konstanz,* nº 45, Friedrich von Wyss in *Alamannische Formeln und Briefe,* nº 36. — [1]) In Rhenaug. A rubrica sic inscribitur: *Epistola.* — [2]) Rhenaug. A, *inter.* — [3]) H. v. deest in Vindob. A, Rhenaug. A. — [4]) Rhenaug. A, *vincier.* — [5]) Rhenaug. A, *ita.* — [6]) H. v. deest

Digitized by Google

dicitur, quia vel solo præest aut salo. Perpende igitur quia Deus, qui solus [7]) cęlum [8]) regit, terram et mare sacerdotibus regenda commisit. *Pontifex* ideo nuncupatur [9]), quia magna est huius seculi colluvio, quia diverse tortitudines, quia de limo omnes procreati ad regna cęlorum non aliter nisi per pontem conscendere poterimus, quem pontifex iuxta nomen suum infirmis et inbecilibus construere debet, illius videlicet imitator effectus, qui vita permanens et veritas viam nobis se ad cęlum facere dignatus est. *Sacerdos* vocatur, quia sacramenta conficere et plebibus dare consuevit. *Summus* autem *sacerdos*, quia ipse alios etiam sacerdotes consecrat. *Papa* vero, quia [10]) ecclesiam Christi contra versutias et inmunditiam diaboli defendere et sponso cęlesti inmaculatam custodire satagit; quod nomen uno latino exprimi non potest, sensus tamen ille est, quod virgines nutriat. Hæc septem nomina sacerdotii discat ille puerulus noster, qui forma et nomine et vigore mentis atque omni gratiositate veterem illum Salomonem nobis refert episcopum, ut officii dignitatem, ad quod Spiritu Sancto nutriente provehendus creditur, dignis moribus exsequatur *a*). Vale.

Epistolæ variæ.

DCCXCVIII.

AMICUS AMICO.

Legimus in propheta quia, cum Nabuchodonosor rex inter captivitatem Iuda pueros elegantes vidisset et inge-

in Rhenaug. A. — 7) Rhenaug. A, *solum*. — 8) H. v. deest in Rhenaug. A. — 9) Rhenaug. A, *vocatur*. — 10) Rhenaug. A, *quo*.

DCCXCVIII. Exstat h. f. in codd. Monac. B, Vindob. A, Rhenaug. A;

a) Cette dernière phrase se rapporte probablement à Salomon Ier, évêque de Constance, et à son petit-neveu, qui fut depuis Salomon III. Cf. *supra*, p. 930, note *a*.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

niosos, preceperit ut *eruditi tribus annis, postea starent in conspectu regis a*); factumque est ita, et post triennium inventa est in eis sapientia et intellectus super omnes sapientes Babylonis. Gentiles populi ad predicationem apostolorum, alii post tres annos, alii post biennium, alii post unius anni spatium vel dimidii, in gratia et doctrina Christi perfecti sunt inventi. Quid[1]) referam, quod Deus[2]) ille magister, cuius non solum verba sed et facta doctrina sunt, non amplius cum discipulis suis quam tribus annis et dimidio, vel potius iuxta alios duobus et semisse visibiliter conversari, et eos per sui præsentiam informare et instruere voluit[3])? Utique nisi sciret in tanto spatio quemlibet ad perfectum doctrine et institutionis morum pertingere posse, non eos tam cito quasi minus eruditos reliquisset et orphanos, licet eis alium paraclytum miserit, qui eos in omnem duceret[4]) veritatem. Quorsum rationes præmissas spectare conicitis vel videtis, nisi quia indignor seu potius doleo quod tanto tempore lacte vel potius solido cibo nutriti, iterum egeatis instrui que sint elementa et qualiter ea coniuncta syllaba[5]), syllabæ vero conexæ in[6]) dictionem, dictiones vero ordinate composite intelligibilem perficiant orationem, cum et discendi diuturnitate et ætatis maturitate ad hoc pervenisse debueritis, ut de difficillimis grammaticæ artis quæstionibus disputare, de dialecticæ tendiculis astuto et celeri pede elabi, de invectionibus rhethoricæ victores exire, de regionum situ quærere,

eam vulgaverunt Ernst Dümmler in *Formelbuch des Bischofs Salomo III von Konstanz*, nº 42, Friedrich von Wyss in *Alamannische Formeln und Briefe*, nº 32. — [1]) Rhenaug. A, *quod*. — [2]) Rhenaug. A, *Dominus*. — [3]) Rhenaug. A, *volvitur*. — [4]) Rhenaug. A, *induceret*. — [5]) Rhenaug. A, *syllabam*. — [6]) H. v. deest in Rhenaug. A.

a) Cf. *Daniel*, cap. I, ℣ 5.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

de cursu planetarum vario scitari, de stellarum effectibus admirari, de invisibilibus et supercelestibus aliquid novi iugiter audire pro ludo et iocunditate nimia duceretis, de legis et prophetarum obscuris enigmatibus quoddam cotidie vel solvendum vel etiam cæteris ignotum proponeretis, ut, si nos ea sciremus, pariter ea [7]) sciretis et vos, si autem nesciremus, ad potioris [8]) scientię personam referremus, si vero et illa propter humanarum rerum inperfectionem ad eam, quam proponeremus, questionem [9]) minus idonea solvendam reperiretur [10]), non esset vobis indignum ut cum magistris ecclesiarum aliquid haberetis incognitum. Tandem increpiti vel potius commoniti, socordiam et pigritiam discutite, et ad interrogandum nos vel respondendum nobis totis vos viribus præparate; alioquin nihil vobis ulterius scribere vel cæterorum subsidiorum impendere curabo, donec vos ad scribendum provocare potuero. Nescitis quam facile non semel iam, sed sæpius de manibus nostris, ruptis circa vos caritatis meæ vinculis, evadere soleatis. Idcirco timens ne ita iam [11]) in continenti a nobis recedatis, ut ultra ad nos redire nolitis, aut certe requirentes [12]) nos propter incertitudinem umbratilis huius vitæ invenire nequeatis, obsecro ut per caritatem, quę olim inter nos, ut credo, coaluit, studiis literarum curam adhibere satagatis, ut coram propinquis vestris laicis ad sacerdotium promoveri, et coram regibus et cuncta populorum frequentia Deo ministrare mereamini, ad cuius servitium ab ipsis incunabulis a parentibus vestris deputati fuistis. Non decet ut rusticanorum sordidula et laboriosa assumatis opera, qui iocundissima et blandissima

— 7) Verba *pariter ea* desunt in Rhenaug. A. — 8) Rhenaug. A, *obcioris*. — 9) H. v. deest in Rhenaug. A. — 10) Rhenaug. A, *reperitur*. — 11) Rhenaug. A, *Italiam*. — 12) Rhenaug. A, *requirente*.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

Christi subistis onera portanda [13]). Turpe est ut qui spiritales Deo filios gignere sufficitis, de carnis propagine cogitetis. Indignum et iniuriosum valde est ut de excubiis aulæ summi regis ad familiaris rei procurationem divertatis, præsertim cum non murilegulorum [14]) more in foculari [15]), sed in castris celestis imperatoris sitis educati, a quibus quisquis vos deficere viderit, ut desertores prioris fidei perhorrescit, et quasi sal infatuatum ad omnia inutiles iudicabit. Quod ne contingat, continuis precibus exoramus. Vale[te].

DCCXCIX.

EPISTOLA AD DUOS [1]) QUOSQUE.

Dilectissimis fratribus illis, ille fidissimus amicus, indeficientes in Salvatore mundi salutes. Postquam a vobis recedentibus ad carcerem meum regressus sum, tanta mest[it]udine extabui, ut, licet acerrime conarer, dolorem tamen cordis nequaquam dissimulare potuerim; et abii amarus in indignatione spiritus mei, mihimet iratus et rigidus, quod post dilectionem apostolorum et martyrum amicitiamque confessorum et virginum, familiaritatem patriarcharum et prophetarum et ipsius Domini quondam meditationem continuam, in quo omnes sancti fidelibus eius ubique præsentes assistunt, temporales et locales amicos habere didicerim, quamquam vos in Christo, ipso teste, diligam. Tandem vero memore [2]) sopito, tota ad Do-

— [13]) Rhenaug. A, *portenda*.— [14]) Rhenaug. A, *muri regulorum*.— [15]) Rhenaug. A, *fucolari*.

DCCXCIX. Exstat h. f. in codd. Monac. B, Vindob. A, Rhenaug. A, sed in his duobus valde mutila; eam vulgaverunt Ernst Dümmler in *Formelbuch des Bischofs Salomo III von Konstanz*, nº 44, Friedrich von Wyss in *Alamannische Formeln und Briefe*, nº 35.— [1]) Vindob. A, *vos*. — [2]) Corrig. *merore*.

Digitized by Google

minum mente conversus, ipsius misericordiam implorare nocte ac die non cessavi, ut quod ipse in vobis seminare dignatus est, subsequente gratia sua ad congruam maturitatem perducat. Sabbato autem sancto, cum omnia insignia viderem, quę peregrino mundi domestico Gallo suo Dominus concessit, egre vestram absentiam sustinui, quia oculis et mentibus vestris experimento intimare non potui quam gloriosum sit servire Deo, quam vile sit regnare in sęculo. Sed tamen in hoc non mediocriter exhilaratus sum, quia cum archiepiscopo Magontino et consobrino matris vestræ, successore maioris avunculi vestri Salomonis, pontifice Salomoni *a*), vos esse recolui, in quorum uno, licet summa dignitate prędito, summam humilitatem et mansuetudinem, in altero, id est propinquo vestro, sicut magna diocęsis eius requirit, vigorem et auctoritatem apostolicam discere potueritis. Sed quia pueritiam vestram minus advertisse magnitudinem illius ministerii metuo, debeo vestræ dulcedini de hoc aperire quod sentio. In Cœna Domini, quod tamen in hac provincia oblivioni traditum est, debet omnis episcopus maioribus flagitiis et criminibus involutos, qui quarta feria in capite quadragesimę se recluserunt et pœnitentiam publicam subierunt, cum Dei gratia indulgentiæ munerę sublevare, et eos participes altaris facere. Oportet illum chrisma consecrare, quo omnis natura iræ filii Christo incorporentur, qui de Spiritu Sancto conceptus præventus est in benedictionibus dulcedinis. Die Passionis Domini necesse est illum et historiam passionis illius et mysteria populo predicare, item commendare Domino omnem æcclesiam, supplicare pro cunctis ordinibus æcclesiasticis, obviare

Epistolæ variæ.

a) Cf. *supra*, pag. 930, note *a*.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

contrariis universis, orare pro caticuminis, implorare pro Iudæis, deprecari pro gentilibus; die vero Sabbati baptisterium consecrare et apostolicum illud ministerium assumere, quo per impositionem manus datur spiritus veritatis, et sobrium expectare atque pervigilem horam resurrectionis dominicæ, in qua, sacramentis nostræ redemptionis acceptis, paulolum somno gustato, ita mox ad ecclesiam et mente comptus procedat et corpore, ut iure ministerii sui strenuus exsecutor, gregis sibi commissi bonus pastor ante oculos summi patris familias appareat. Mecum reputans quia hæc, ut estis ingeniosi, sedulo didiceretis, lætus aliquid absentiam vestram portavi [3]); sed rursus valde turbatus sum, quia difficiliora quæque legis et prophetarum, quæ mihi Dei gratia nota sunt, vobis omnimodo incognita esse recordatus sum, reputans ne domnus episcopus et mihi et magistro meo, et, quod pre omnibus me[æ] sollicitudine gravissimum est, vobis domnus episcopus indignaretur. Quia igitur et pondus officii sacerdotalis et vestram imperitiam ex parte didicistis, obsecro dilectissimam vilitati meæ indoliciam celsitudinis vestræ ut, si ad altaris ministerium ascendere desideratis, ad domum patris quondam et nunc fratris vestri nequaquam declinetis, sed statim ad monasterium revertemini, si me volueritis socium habere; alioquin hereditatem vestram visitate, et illam cum fratribus vestris dividite, agricolamini, domos ædificate, venationes exercete. Quod si Sanctum Gallum et me visitare dignati fueritis, experimento conprobatis quia nunc vobis servire iocundissimum præ ceteris habeo. Quod si brachia uxoris fratris vestri vos conplexa fuerint, scitote, ut estis formosuli, aliquid

— [3]) Hic desinit cod. Vindob. A.

Digitized by Google

vobis dulce de illa et illi de vobis orietur, sed tamen utrumque uno sepulchro clausum præ omnibus gratum audiret[4]). Computate ergo, qui episcopalibus et monasticis sumptibus et in Italia et in Alemania nutriti estis ad regimen ecclesię Dei, ô vos, ô sacerdotale genus, quanto dedecore et quanto periculo præsentis et ęternę vitę, qui ad domos proprias non iam mariti, sed concubitores ancillarum, vel potius adulteri cognatorum vestrorum, velitis redere[5])! Titulum pastoralem frequentate, curtam regis ne abhorrete, oratoria parietina omnimodis vitate, ne, dum ibi remedium inquiritis, æternę mortis periculum incurratis. Ad episcopiorum perceptionem dignos vos preparare studete, ne, si indigni quique et negligentes vestra, id est vobis a Deo præordinata, loca præoccupaveri[n]t, tot animarum perditionis rei fiatis, quot vestra industria Deo lucrificare potueritis, et recolite præ omnibus ut Deo propinquantes, non iram illius provocare, sed misericordiam reconciliare et vobis ipsis et vestrę curę commissis idonei sitis. Si essetis numero decem, omnia sufficienter haberetis : duo apud Veronam, duo ad Brixiam, duo apud Constantiam, duo iuxta Sanctum Gallum, duo de hereditate vestra. Ne queramini de paupertate et ideo scolam fugiatis, licet vacuus venter subtilem sensum gignere soleat. Stultus ego, qui tantum scripturę ingratis ingerere non lassor; sed tamen mihi propter dilectionem vestri magis adhuc ignavus quam importunus videor, qui labores meos potissimum vobis impendere iocundissimum duco. Quod si cucullum meum vos non abhorrere metuerim, ubicumque vos invenire studerem. Videtis tamen, velitis, nolitis, in domno episcopo cucullum cotidie. Ad Dei ser-

Epistolæ variæ.

— [4]) Corrig. *audirem*. — [5]) Corrig. *redire*.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

vitium dignis moribus vos præparare satagite [6]). Superbiam perhorrete, quia inmundus est ante Deum omnis qui exaltat cor suum. Humilitati studete, quia humilibus dat Deus gratiam. Parcitatem in omnibus conservate, quia omnes labores et exilium quod patimur ex appetitu gulę venerunt. Inmundicitiam respuite, quia *corpora vestra templum sunt Spiritus Sancti a*). Avaritiam abhominamini, quę est idolatria. Crescat vobiscum misericordia, ut misericordiam a Deo invenire mereamini. Vanam gloriam calcate, ut Deo et hominibus gratissimi [7]) semper existere queatis. Commendo sanctitati vestræ peccatricem animam meam, ut per intercessionem sanctę genetricis Dei apud omnipotentis Patris misericordiam veniam peccatis meis implorare curetis, quia credo innocentes et peccatorum nescii Deum placare possitis et impetrare ab eo quodcunque rectum postulaveritis. Ego vero plus pro vobis quam pro me ipso semper orationibus incumbo. *Pax Dei, quæ exsuperat omnem sensum, custodiat corda vestra et intelligentias vestras in Christo Iesu b*) Domino nostro. O si vos videre merear!

DCCC.

[*Sine rubrica.*] [1])

Uterinis fratribus, adoptulus frater, in Salvatore mundi salutem. Rem miraculo dignam, immo portentuosam mihi

— [6]) Hic rursus incipit cod. Vindob. A. — [7]) Hic incipit cod. Rhenaug. A.

DCCC. Exstat h. f. in codd. Paris. H, Monac. B, Vindob. A; vulgat. inter Alsat. nº 15, eam recudit Ernst Dümmler in *Formelbuch des Bischofs Salomo III von Konstanz*, nº 29. — [1]) In Monac. B, Vindob. A, rubrica sic

a) Cf. *Epist. pr. B. Pauli ad Corinth.*, VI, 19.

b) Cf. *Epist. B. Pauli ad Philipp.*, IV, 7.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

præcipitis, ut balbus, edentulus et ideo blesus, vel, ut verius dicam, semiblaterator, surdastris vobis vel potius insensatis cantare seu ludere sive lamentari debeam. Quod contra possibilitatem et conscientiam meam incipio, quia vobis quicquam denegare nequeo. Vos autem et mihi et vobis in hoc consulite, ut ad invidiam nostram hoc nemini propaletis. Quicquid ab anterioribus nostris accepimus, absque ulla retractatione vel discussione suscipere et subire debemus, quia, ut Cassianus ait, *qui a discussione incipit discere nunquam* [2]) *ad perfectum perveniet* [3]). Sed quia ita se humanum habet ingenium, ut iuxta pessimum et execrabile primorum terrigenarum exemplum omnia cupiunt [4]) experimento probare, non obediendo servare, quantum scientia suppetit conabor vobis aperire quam necessario et clericis tonsura et monachis sint indicta cuculla. Et quidem de tonsura, quę clero et cœnobiis et cunctis altaris ministris, cismarinis dumtaxat, est communis, hoc nobis sufficere debet, quod patres nostri Petrum apostolum ob recordationem et immitationem spineę coronę, que Domino ab inludentibus est inposita, summum sibi capitis denudare et infra ad similitudinem coronę capillos sibi relinquere tradiderunt, et exinde cunctos, qui ad sacerdotium pertingere cuperent, eo modo non solum rebus suis, sed etiam sibi ipsis se abnegare debere. Et quidem [5]) hoc nobis [6]) magnum, cum in veteri testimonio vel [7]) lege, præter summum pontificem et eius tantum filios, omnes levitę non solum capillos sed

inscribitur : *Epistola.* — [2]) Monac. B addit *vobis.* — [3]) Vindob. A, *perveniret.* — [4]) Monac. B, Vindob. A, *cupiat.* — [5]) Monac. B, Vindob. A, *quid.* — [6]) Monac. B, Vindob. A, *vobis.* — [7]) Verba *testimonio vel* desunt in Monac. B, Vindob. A.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

et omnes pilos corporis sint radere præcepti *a*), donec Ezechiel propheta summusque sacerdos in portentum populi concidendi, cremandi et dispergendi, capillos et barbam radere et ex eis partem cremare partemque concidere et partem in omnem ventum dispergere iussus est[8]) *b*), qui etiam hoc in mandato accepit, ut sacerdotes capita non raderent sed tonderent *c*), quia in altero aliquid[9]) misere delectationis, in altero nihil est nisi profundę humilitatis. Quod apparet in his qui tondentur ad palum, quamvis beatissimus papa Gregorius in explanatione eiusdem sententię non ita videatur intellexisse, sed ita solummodo tonderi, ut non impędirentur oculi; quod si ita est, quid fiet de mandato legis quę dicit : *Non attondetis vos in rotundum*, et causa additur : *Quia sancti estis Domino d*)? Quod quem intellectum iuxta historiam habeat, non [est][10]) literis commendandum, ne contra consuetudinem nostratium aliquid sentire videamur. Sed forte de sacerdotibus in Ezechiele ita potest intelligi iussum, ut supra oculos se tantum tonderent, sicut adhuc Greci faciunt sacerdotes, cum monachi vel iuxta Anastasium totum caput usque ad barbas radant bis vel semel in anno, vel iuxta primos eiusdem professionis viros, Heliam[11]) prophetam, Iohanem Baptistam, Paulum solitarium, Antonium eundem anachoretam ecclesiarumque doctorem et ipsorum episcoporum magistrum, naturali tegmine delectati pro gratiarum actione creatori capillis

— 8) Monac. B, Vindob. A, *partem concidere, partem cremare partemque in omnem ventum iussus est dispergere.* — 9) Monac. B, Vindob. A, adduntur *licet.* — 10) H. v. e Monac. B, Vindob. A, supplevi. — 11) Monac. B, Vindob. A, adduntur *scilicet.*

a) Cf. *Lib. Numer.*, VIII, 7.
b) Cf. *Ezech.*, V, 1, 2, 12.
c) Cf. *Ezech.*, XLIV, 20.
d) Cf. *Levit.*, XIX, 27; XXI, 5.

Digitized by Google

et barba vestiri non graventur, quorum etiam Antonius hoc dicit, quia quicquid naturæ quasi meliorande decorandeque subtraitur, hoc et ad turpitudinem ipsius et ad iniuriam creatoris redundat. Huc accedit quod novaculę comparandę temperandę ipsumque caput ad nimiam in frigore et calore miseriam et calumniam decalvandum sit, ipsęque horę, quibus hęc præparantur et aguntur, pereant, nisi diligenter noveritis et observetis cur hoc genus tonsurę, immo rasuræ, in his sit provinciis usurpatum vel potius pro lege susceptum, licet Paulus et Stephanus in sua regula verticem monachos iterato non radere sed tondere præcipiant. Porro quam necessario vel tonsura sive rasura eadem sit instituta, ex sequentibus liquido perpendite, licet quidam Petrum vel Paulum non adtonsos vel derasos, sed naturaliter priorem recalvastrum asseverare soleant, sequentem in frontispicio calvum. Quod si ita est, quis tam superbus esse debet Christianus, ut non libenter pro Christi nomine contumeliam subeat, qua primos apostolos insignitos esse non diffidit? Quin potius hinc discat in alia vita honorem inquirere, cum Deum amicos suos in hac vita capillorum didicerit honore privare. Si autem Petrus non naturaliter calvus, sed rasorio creditur decalvatus, ut contumeliæ crucis Christi participaretur, merito queritur cur sibi coronam tollendo comam, non torquem imponendo, facere voluerit. Ad quod facilis responsio patet : primum quia, si iuxta Dominum spinea sacerdotibus imponeretur corona, non semper ea possent uti, et præcipue dormientes; si autem viminea vel fraxinea vel cuiuslibet flexibilis ligni seu certe cuiusqumque texturę vel metalli, quis nostrum [12]) eam pro loco vel tempore, vel vilem non abiceret, vel preciosam

— [12]) Monac. B, Vindob. A, *quis nostri similium*.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

sibi imponeret? Et quid esset quod nos a laicis dispararet[13])? Quod si dixeritis quia vestes, quid est in quo indumenta vestra a laicorum differant vestimentis, nisi quod[14]) interdum podere linea, quasi summi sacerdotes, ad altare processuri soletis indui, vel purpureis vestibus, quasi tribunal ascensuri, consuestis ornari? Sed quam facile hęc indumenta reicitis et laica induitis! Propter quod calvaria est maxime necessaria, quia hanc celerius capillis obducere non poteritis. Cur autem rasio potius quam tonsio, et ipsa frequens, a modernis sit episcopis instituta, hoc videtur in causa ut videatur et diligatur ipsa corona, quę huius temporis sacerdotibus est concessa, cum in veteri testamento totum capud levitarum sit calvaria deturpatum. Quod vero eadem rasura sepius est indicta, non ideo fit, ut nos imperfecti putamus, ut pro comarum specie hac ornemur innovatione, sed quia, si rarius fieret et capilli aliquantum excrescerent, non sine aliquo scrupulo exoletis abscidentur vel potius in cincinnos nutrirentur, et plures prævaricatores, immo desertores spiritualis militiæ invenirentur. Et hęc quidem in commune de clericis, de[15]) monachis, licet ipsi inter se maiore flagrent odio quam clerici et laici. Specialiter[16]) de monachis dicendum [est][17]), quia nimium indecens est et incongruum, ut qui ita vestitus est aliquid seculare desideret, quia quicquid seculares homines diligunt, cucullis indignum iudicant et contrarium; nec immerito, quia qui vestem abrenuntiationis, quam in baptismo suscepit, iugiter portare consuevit, mundo se mortuum continuę meminisse debebit. Debilitato ore qualitercunque cantavimus,

— [13]) Vindob. A, *disperaret*. — [14]) Monac. B, Vindob. A, *qui*. — [15]) Monac. B, Vindob. A, *et*. — [16]) Monac. B, Vindob. A, addunt *autem*. — [17]) H. v. e Monac. B, Vindob. A, supplevi.

Digitized by Google

ludum in heiulatum vertere habemus [18]), quia clerici et monachi habitu, quo mundo se renuntiare promittunt, mundi curis et negotiis, immo illecebris [19]) omnimodo se implicare contendunt. Lamen[ta]tionis [20]) ignarus, mitto te ad libros Ieronimi ad Sabinianum diaconem [21]) et Iohannis Crisostomi ad Stelechium [22]) monachum.

Epistolæ variæ.

DCCCI.

INDICULUM AD ABBATUM.

Reverendissimo domino patrique egregio illi, cunctorum servorum Dei ultimus vesterque iam olim alumnus ille indignus, in roseo Christi sanguine preopto salutem. Reminisci conlibeat almitati vestre iam dudum peticionis meę, quam non solum ore, sed ex corde, sed ipso corpore prostrato, plenissime vobis ostendi. Nam quod tunc præsentialiter egi, nunc iterum, absens corpore, sed præsens spiritu, eadem subpliciter per vitarium meum illum omnimodis repeto, quatenus mihi annuere dignemini, si hęc voluntas mea penes vos impleri queat, nec ne. Sed scitote quia plerisque in locis ab ipsis etiam archimandritis oppida sua sursum [1]) ut, seculo derelicto, saltim nudus sub monachico conversacione degerem apud illos. At ego horum nulli actenus adsensum præbui, neque facturus sum, Domino mihi sospitatem concedente, quoad usque responsione vestra recrear, vel, quod absit, deiciar. Sitio enim valde auditui a vobis veniente, quoniam, ut

— [18]) Monac. B, Vindob. A, *debemus*. — [19]) Monac. B. Vindob. A, *inlecebris*.— [20]) H. v. e cæteris restitui.— [21]) Monac. B, Vindob. A, *diaconum*. — [22]) Monac. B, Vindob. A, *Steleuchium*.

DCCCI. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, nº 57. — [1]) Corrig. *suasus sum*.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

scriptum est, *vulneratus caritate vestra ego sum et ideo amore langueto a*). Maria prius peccatrix humiliter ad pedes Ihesu accessit, lacrimis rigavit, capillis tersit osculata vestigia eius; propter quod meruit audire Domino dicente : *Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum b*). Ideo in hac parte exemplo uti mihi necesse est pocius quam illius Pharisei, qui arroganter ipsum fontem misericordie Dominum reprehendit dicens : *Hic, si esset propheta, sciret utique que et qualis est mulier, que tangit eum, quia peccatrix est c*). Nam vos, qui huic mundo exuti et digni estis effecti ut nardo spicato capud perungueatis Domini, oportunum vobis cogitandum est ut illud dictum Domini conservetur a vobis : *Estote ergo misericordes, sicut et pater vester misericors est d*), *qui solem suum oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos e*). At vos, qui instar astrorum Dei rutilans inlu[mi]nantes terram, sicut ait Dominus : *Vos estis lux mundi f*), considerate quia non solum in montibus et campis, silvis et pratis amœnibus, sed in palustribus et cloacis radiant locis. Apostolus quoque in inferioribus condescendens Christi membris pariter conpaciens dicit : *In domo divitis non solum aurea et argentea sed et lignea et fictilia sunt vasa, et aliud quidem vas in honore, aliud in contumeliam g*). Ipse quoque alias inseri nos ortatur in bonam olivam *h*); nam quia oleaster inutilis sum, idcirco inseri

a) Cf. *Cantic. canticor.*, II, 5, IV, 9.

b) Cf. *Evang. sec. Luc.*, VII, 47.

c) Cf. *Ev. sec. Luc.*, VII, 39.

d) Cf. *Evang. sec. Luc.*, VI, 36.

e) Cf. *Evang. sec. Matth.*, V, 45.

f) Cf. *Ev. sec. Matth.*, V, 14.

g) Cf. *Epist. II B. Pauli ad Timoth.*, II, 20.

h) Cf. *Ep. B. Pauli ad Rom.*, XI, 17, 20.

Digitized by Google

cupio in bonam olivam. Omissis iam omnibus arboribus frugistris, adeo vos et adloquar de ulmo et salice, quia, cum ipse fructum non ferant, portant tamen fructum simul cum vite. Sed quia queritati estis multitudinem inopia sustentari non posse, confido in Deum, quia ipse vos instigante receptus fuero a vobis. Non ero vobis inplacabilis neque nimium oneri. Non enim paupertatem vel calamitatem perorresco mundi, sed fugere conabor ab eo, ac Deum veraciter quero, sicut ait Dominus Christus: *Petite et accipietis, querite et invenietis, pulsate et aperietur vobis; omnis enim qui petit accipit, et qui querit invenit, et pulsanti aperietur a), et non dabit illi eo quod amicus eius sit, propter inprobitatem tamen eius surget et dabit ei quicquid necessarium habuerit b)*. Magnopere cupio in hac parte imitari prophetam dicentem: *A finibus terre ad te clamavi, Domine, dum anxiaretur cor meum c)*. Almitatem vestram mundo et mihi minimo succurrentem divina pietatis calce tenus custodire dignetur.

DCCCII.

AD EPISCOPUM.

Domino illi episcopo, infimus famulus vester ille. Audito quia celsitudo vestra meæ pusillitati fuerit indignata, valde consternatus sum, quoniam [1]) quid ero, qui omni solatio distitutus sum, si vestra carebo gratia? Tamen,

DCCCII. Exstat h. f. in codd. Monac. B, Vindob. A, Rhenaug. A; eam vulgaverunt Ernst Dümmler in *Formelbuch des Bischofs Salomo III von Konstanz*, nº 46, Friedrich von Wyss in *Alamannische Formeln und Briefe*, nº 37. — [1]) Rhenaug. A, *quod*.

a) Cf. *Evang. sec. Matth.*, VII, 7, 8.

b) Cf. *Ev. sec. Luc.*, XI, 8.

c) Cf. *Psalm. LX*, ℣ 3.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

si patienter audire dignamini, pro certo conperitis quia in nullo alio adversus dulcissimam dominationem vestram aliquod deliqui, nisi tantum quod de[2]) conspectu vestro recedere passus ad domum fratris mei diverti; nam inde[3]) ad episcopium vel ad monasterium prius reverti, rerum natura et aeris intemperię prohibente, vobis ipsis testibus minime potui, nisi forte diversa temperies aurarum cis et ultra lacum prȩter solitum versaretur *a*). Si ergo aliquid de mea vita curatis, de vestra gratia me certiorare[4]) dignamini; alioquin, si domnus abbas et reliqui rectores monasterii indignationem vestram circa me compererint, alii libenter, alii facile manum suam ab auxilio meo retrahent, et omni adiutorio privatus ad agricolandum domum meam misellulus visitare cogor. Ne ergo, quȩso, ne tantam iracundiam circa me pupillum habere velitis, ne multas illas elemosynas, quas mihi ob amorem Christi fecistis, tam facile perdatis. In hoc ergo[5]) me pro vobis a Deo exaudiri probo, si vos mihi placatos invenire mereor, lumen oculorum meorum, viscera misericordię, pater orphanorum, refugium pauperum.

DCCCIII.

INDICULUM AD QUODDAM MONASTERIUM.

Dominis ac venerabilibus fratribus nostris in monasterio

— [2]) H. v. deest in Rhenaug. A. — [3]) Vindob. A, Rhenaug. A, addunt *vel*. — [4]) Rhenaug. A, *cestiorare*. — [5]) H. v. deest in Rhenaug. A.

DCCCIII. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 26.

a) Les mots *cis et ultra lacum*, rapprochés de ceux qu'on lit plus haut, *ad episcopium vel ad monasterium*, semblent indiquer qu'il s'agit dans cette formule de l'évêché de Constance et des abbayes de Saint-Gall ou de Reichenau.

Digitized by Google

illo degentibus, ille, omnium servorum Dei servus, rosifluam in Christo atque inmarciscibilem opto salutem. Siquidem vestris sacratissimis precibus nos commendamus, obsecrantes clementiam vestram ut sine intermissione die noctuque nostri memoriam habeatis, quatenus ubique vestris adiutus suffragiis liberius valeam cœnosum hunc ac lubricum callem inleso pede transire, ut quandoque nexibus corporeis hinc absolutus æthereis merear thalamis mancipari. Commonere etiam maluimus dilectionem vestram ut reli[gi]onis propositum et caritatis vinculum in invicem conservetis, ut, sicut docet apostolus : *Alter alterius onera portetis, ut sic adimplere valeatis legem Christi a*); et sicut aspicitis periculum nostrum, si vobis non administraverimus ea quæ vobis sunt necessaria, id est vestrarum animarum remedia, ita aspicite et vestrum discrimen, si non ex[se]quentes fueritis ea quæ vobis sunt oportune a nobis inpensa; et sicut præmonuit nos isdem princeps pastor ecclesiæ : *Adtendite vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei, quam adquisivit sanguine suo b*). Et ne forte aliquando nobis contingat illud audire, quod per pro[p]hetam Ezechielem olim prædixit dicens : *Ve pastoribus Israël, qui pascebant semetipsos, et gregem meum non pascebant; quod crassum erat adsumebatis, et quod debile et infirmum proiciebatis. Nonne greges pascuntur a pastoribus c*)? Ideoque sit onerosum quod isdem propheta in consequentibus ait : *Si autem non adnuntiaveris impio ut avertat se ab iniquitate sua, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem vero eius de manu tua*

Epistolæ variæ.

a) Cf. *Epist. B. Pauli ad Galat.*, VI, 2.

b) Cf. *Act. apostol.*, XX, 28.

c) Cf. *Ezech.*, XXXIV, 2, 3, 4.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

requiram; quod si adnuntiaveris impio ut avertat se ab iniquitate sua, et ille non fuerit reversus, ipse impius in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti a). Nobis enim convenit vos commonere de omnibus quæ ad veram pertinent salutem, et vos cooperatores oportet fieri, sicut diximus, in his quæ vobis salubriter sunt a nobis inpensa. Valete.

DCCCIV.

EPISTOLA.

Primoribus dilectissimis, iuvenibus dilectissimis [1]), pauper et languidus ille. Sicut a [2]) vobis absentibus promisi, ita præsentibus exhibere desideravi, ut nunc vestrę celsitudini meę vilitatis devotionem ex animo impenderem. Sed quia vos, ut nunc etiam ex parte signavi [3]), monachorum odio sine causa flagrare conspicio, non sine dolore non dispectionis nostrę, sed defectionis vestrę vobis intimare presumo, quia mihi videtur non ob aliud eos vos odio dignos ducere, nisi propter aliquam prosperitatem illorum. Quę si magna vobis videtur, accedite et arripite illam; si vero inpar, ut est, vestrę dignitati probatur [4]), sinite nos iuxta conditionem nostram vivere. Nos vobis omnimodam gloriam non invidemus, quin [5]) potius ad comprehendendam eam strenuitati vestrę curamus admi-

DCCCIV. Exstat h. f. in codd. Monac. B, Vindob. A, Rhenaug. A, sed multis locis et in fine præsertim mutila; eam vulgaverunt Ernst Dümmler in *Formelbuch des Bischofs Salomo III von Konstanz*, nº 48, Friedrich von Wyss in *Alamannische Formeln und Briefe*, nº 39.— 1) Rhenaug. A, *iocundissimis*. — 2) H. v. deest in Rhenaug. A. — 3) Rhenaug. A, *significavi*.— 4) Rhenaug. A, *conprobatur*. — 5) Rhenaug. A, *quia*.

a) Cf. *Ezech.*, III, 18, 19.

Digitized by Google

niculari. Inter omnia [6]) curate ne emuli vestri, si qui sunt illi, et adversarii mei de nobis evangelicum [7]) illud frequentare incipiant : *Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus cœlestis, eradicabitur* [8]) *a*). Deus testis est, quia adiutor illius in adiuvandis vobis esse cupio, ut ad eius ministerium digne proficere mereamini. Meum cucullum Martino non impedit [9]), nec vester habitus Petro, quia in utraque professione sunt imitatores utriusque. Tamen hoc, quousque potuero, nullis apud [me] [10]) convitiis vel iniuriis efficere poteritis, ut vicem discolię vestrę retribuam, sed ingratos vos et aversos sequens ad gratiam [11]) et officiositatem meam revocare studebo, et sic etiam contemnentes expectare pro beneficio ducam. Rescribite, quęso, et si dignamini fidem meam contristatam, denuntiate duritiem vestram. Sed hęc recte patior, quia creatori Domino et redemptori meo non digna caritate nec congrua obsequor humilitate. Valete; defecit dilectio vestra, defecit et kartula nostra.

DCCCV.

[*Sine rubrica.*]

Augustus episcopus, servus Christi servorumque Christi famulus, religiosæ famulæ Dei Probæ, in Domino Dominorum salutem *b*). Et petisse te et promisisse me recolens

— [6]) Rhenaug. A addit *autem*. — [7]) Rhenaug. A, *evvangelium*. — [8]) Rhenaug. A, *eradicetur*. — [9]) Rhenaug. A, *impendit*. — [10]) H. v. e Rhenaug. A supplevi. — [11]) Hic desinit cod. Rhenaug. A.

DCCCV. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, n° 111.

a) Cf. *Evang. sec. Matth.*, XV, 13.

b) Cette formule reproduit les premières et les dernières phra-

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

ut de orando Deo ad te aliquid scriberem, ubi, tribuente ipso quem oramus, tempusque facultasque concessa est, oportuit ut debitum meum iam iamque persolverem, et pio studio tuo in Christi caritate servirem. Quam autem lætificaverit me ipsa petitio tua, in qua cognovi quantam rei tantæ curam geras, verbis explicare non possum. Quod enim maius oportuit esse negotium viduitatis tuæ, quam *persistere in oratione nocte ac die a*), secundum apostoli prædicationem? A familia Christi oratum est pro Petro, oratum est pro Paulo; et nos in eius familia esse gaudemus, et inconparabiliter plus quam Petrus et Paulus orationum fraternarum auxiliis indigemus. Orate certatim cumcordis sanctoque certamine neminem adversus alterutrum cer[te]tis, sed [ad]versus diabolum sanctis omnibus inimicum in ieiuniis et vigiliis et omni castigatione corporis, qua plurimum adiuvatur oratio. Faciet queque vestrum quod poterit; quod altera minus potest, ea quæ præpotest fatiat, si in altera diligit. Proinde quæ minus valet non impediat plus valentem, et quæ plus valet non urgeat minus valentem. Conscientiam quippe vestram Deo debetis, *nemini autem nostrum aliquid debetis, nisi ut invicem diligatis b*). Exaudiat te Deus, qui potens est facere super quam petimus et intellegimus!

ses d'une lettre adressée par saint Augustin à une dame aussi illustre par sa piété que par sa naissance, Proba, veuve de Sextus Anicius Petronius Probus, préfet du prétoire et consul en 371. Cf. Relandi, *Fasti consulares*, p. 439; *S. Augustini Opp. studio monach.* O. S. B. (in-f°, 1679-1700), t. II, ep. 130.

a) Cf. *Epist. B. Pauli ad Timoth.*, V, 5.

b) Cf. *Ep. B. Pauli ad Roman.*, XIII, 8.

Digitized by Google

DCCCVI.

[*Sine rubrica.*]

Epistolæ variæ.

In nomine sancte Trinitatis, venerande et almifice gloriosæque ille, ego ille inferior cunctis servis vestris, postulo summo a Deo æternam venire salutem. Hinc rogo vos et ammoneo ut laus popularis, quæ per vulgares spargitur aures, vestram adtingat mentem et crescendo pollulat sapientia vestra apud Deum et homines. Omnis vero populus ac proclamat voce dicens his vero esse ditatam felicibus donis, quod in perpetuum firmiter permaneat. Citam omni bono consilio et claram facie omni conspectui humano, varias scilicet gazas miro ordine beataque mundi regna mirifice disponere, pulcram corpore et in mente quieta, lucidis autem luminibus vestram fieret staturam in aulem dicunt. Debetis enim semper Deo gratias agere, ut in vobis hæc et his similia crescant per omnia momenta; vide ut apostolus ait : *Quomodo caute ambulaveris, sicut sapientes a*); et iterum : *Non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus providentes bona b*), et cætera.... Festina itaque, virgo gloriosissima, sanctis studiis te et bonis operibus ornare, ut cum sanctis et beatis virginibus centenum merearis collegere fructum.

DCCCVI. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. inter Baluz. maj. nº 2.

a) Cf. *Epist. B. Pauli ad Ephes.*, V, 15, 16.

b) Cf. *Epist. B. Pauli ad Roman.*, XII, 17; *Epist. II ad Corinth.*, VIII, 21.

Digitized by Google

DCCCVII.

[*Sine rubrica.*]

Epistolæ variæ.

Sereno atque per cuncta venerando illi, licet indignus, vester tamen per omnia fidelis, perpetuam in Domino Iesu Christo salutem. Conloquium his diebus nobis habentibus synodale apud sedem nostram, vestri fecimus eodem modo quo et nostri mentionem. Unde suppliciter imploramus ut tam nos quam nostros orando protegi curetis, quatinus transacto tempore huius vitæ ad æternam convolemus. Hunc indiculum direximus [et] vestræ sanctitati mittimus, ut nosse valeatis nostram sospitatem; vos vestram iugiter nos scire ut faciatis rogamus.

DCCCVIII.

[*Sine rubrica.*]

Summe venerationis sublimato illi patri, ille, quamvis exiguus et vilis, tamen devotus serviens vester. Conlatum vobis honorem dignitatis a Domino longeva prosperitate manere iugiter exopto, quatinus velut alto capite bene valente in corpore inferiora membra rite, Deo donante, utilius regantur. Nunc vero humiliter, quasi prostratus pedibus vestris, commendo me gratiæ vestræ atque piis orationibus vestris, quatinus mei misericorditer memorare dignemini.

DCCCVII. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, n° 71.

DCCCVIII. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, n° 70.

Digitized by Google

DCCCIX.

[*Sine rubrica.*]

Domino sancto et omnium sanctæ Dei æcclesiæ filiorum præstantissimo præsuli atque reverentissimo patri apostolico a Deo et hominibus honorato illi, vilis vualvicola, fidelis tamen ex intimo corde serviens et in omnibus bene cupiens vester, æternæ coram Deo gloriæ veraciter salutem. Denique, quasi proni prostrati ante sacra vestigia vestra, humiliter nos commendamus sacris orationibus vestris, suppliciter deprecantes quatinus nostri coram Deo et sanctis eius et apud beatos apostolos memoriam vel semel habere dignemini; nos vero una cum omnibus nobis a Deo subiectis, non solum cum ecclesiasticis viris, sed et cum alia plebe sancta Dei, pro vestra vita æterna et salute et pro longeva bona vestra prosperitate in hoc seculo divinam clementiam iugiter imploramus. Dei omnipotentis maxima clementia nobis largire dignetur longevis temporibus ad utilitatem sanctæ Dei ecclesiæ vel etiam desiderantissima nobis prosperitate vestra *a*) ad augmentum Christiani populi bonam et beatam prosperitatem vestram semper audire, quod nostrum est deprecare. Vestrâm tamen magnam clementiam et carissimam paternitatem humiliter deprecamur quatinus sacrosanctis litteris vestris desiderantissimam nobis sospitatem vestram nobis sepius letificare certos facere dignetur reverentia vestra, Epistolæ variæ.

DCCCIX. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich,* nº 63.

a) Pour l'intelligence de la phrase, les mots *desiderantissima nobis prosperitate vestra* doivent être placés avant *vel etiam.*

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

quam nobis divina pietas in omni bono proficientem et crescentem multis annis concedere dignetur.

DCCCX.

[*Sine rubrica.*]

Venerando intimisque viscerum precordiis amplectendo illi, obtemperantium vobis ultimus alumnus, fide tamen ac benivolentia summus, una cum fideli congregatiuncula vestra salutem in Christo. Ceterum conpereat dulciflua paternitas vestra quia nos diebus ac noctibus pro salute et incolomitate vestra vestrorumque omnium, quantum parvitatis nostrę dignitas sinit, Deum inprecamur, et tanto amplius, quanto adpropinquare cernimus multis tribulationibus diem Domini, quatenus orationum tabula sublevatus, anchora per ęternitatem miserationum Domini fixa, e mediis mundi fluctuum voluminibus ad portum oblati dudum litoris, Christo opitulante, valeas pertingere.

DCCCXI.

[*Sine rubrica.*]

Desiderabili domino [sem]perque magnifico et amantissimo magistro episcopo, ac si vilis et indignus vocatus episcopus, devotus tamen et fidelis orator, perpetim in Christo pacem et salutem. Oportet nos conmendare vilitatem nostram vestræ piissime sanctitati, quatenus oratione vestra suffulti facilius ad gaudia veniamus sempi-

DCCCX. Exstat h. f. in cod. Augiensi; eam vulgavit Mone in *Reichenauer Formeln*, nº 3.

DCCCXI. Exstat h. f. in cod. Monac. C; eam vulgavi in *Revue historique du droit français*, t. IV.

Digitized by Google

terna. Nos etiam iuxta parvitatem nostram, cum eis qui nostro sunt regimini obœdientes, pro veneranda almitate vestra iugiter orare non cessamus, orantes Christum Dominum nostrum vos gaudia possidere paradysi et cum celicolis regnare sine fine. Vale cum Domino Dominorum, domine mi, memor mei ad omne bonum.

Epistolæ variæ.

DCCCXII.

INDICULUM DE SACERDOTE AD SACERDOTEM.

Sacerdotale culmine prævalendo et a me cum intimo cordis amore [diligendo], ego, in Dei nomine, ille, et si indignus peccator, sacerdos, quæ prima sunt, optamus vobis in Domino æternam salutem. Notum sit vobis, postquam insimul locuti fuimus, pro vobis die noctuque, sicut vos promissimus, preces a Domino pro vobis inploramus, et precamus almitate vestra ut vos pro me peccatore operare non dedignemini. Valete in Domino semper.

DCCCXIII.

[*Sine rubrica.*]

Domino egregio et nimia veneratione preferendo illi præ ceteris mihi peculiarissimo sacerdoti, servorum Dei suppremus vesterque humillimus servulus ille, in mysterio nostræ redemptionis salutem æternam. In inchoatione operis nostri, quo ad vos stilus humilitatis nostræ

DCCCXII. Exstat h. f. in cod. Vatic. A; nondum vulgata mihi videtur.

DCCCXIII. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, n° 74.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

quęque perscripserit, et re debita seu more interveniente primitus vestra pro nobis ad Deum flagittatur oratio.

Ille superne, sagax, sapiens, venerande magister,
Esse tibi stabilem opto salutis opem.
Ecclesiæ sublime decus lumenque coruscum,
Ingentis meriti pontificalis apex,
Quicquid ab ore pio profers, præclare sacerdos,
Actibus eximiis, auctor amande, colis.
Ut breviusque loquar, præstas sic omnibus omne,
Unde pius cunctis cerneris esse pater.
Terrigenæ vatis clemens miserere patrone,
Altithronusque tuas audiat opto preces.
Sis, vivas, vigeas multos feliciter annos.
Subtus et astra super perpete flore vale.

DCCCXIV.

ITEM ALIO.

Domno sancto ac sanctis ceremoniis observantem domno illo et in Christo patre, ego ille salutem vobis in Domno, una cum omni congregatione fratrum nostrorum, plenissimam dirigere præsumimus, tam vobis quam scilicet congregationem vestram, quam Domnus sub norme sanctæ regulæ ad protegendum in manu misit. Subplicamus caritatem et fraternitatem vestram ut inter nos seu monachis nostris orationes peculiares esse debeant, quia, quamvis in spatia terrarum distit corporalis nostra conversatio, sed, ut bene nostis, non separat spatia terrarum, quos sotiat caritas vera; quia si unus in oriente et alius in occidente consistat, ambo pariter orando Domno in caritate glutinantur. Supplicamus etiam.....

DCCCXIV. Exstat h. f. in cod. Paris. B; vulgat. inter Baluz. maj. nº 20.

Digitized by Google

DCCCXV.

[*Sine rubrica.*]

..... semper existere queatis. Commendo.... peccatricem animam meam, ut per intercessionem sanctæ genitricis Dei apud omnipotentis Patris Mariam veniam peccatis meis implorare curetis, quia credo innocentes et peccatorum nescii Deum placare possitis et impetrare ab eo quodcunque rectum postulaveritis; ego vero plus pro vobis quam pro me ipso semper oracionibus incumbo. Pax Dei, *quæ exuperat omnem sensum a*), custodiat corda vestra et intelligentias vestras in Christo Iesu Domino nostro. O si vos videre merear! Epistolæ variæ.

DCCCXVI.

[*Sine rubrica.*]

Dominis venerabilibus patribusque dilectis sanctisque morum ornamentis clarissimis, videlicet omni dilectę familiæ beati illius, canonicis ac monachis, ille episcopus vel abbas, in Domino Iesu Christo perennem salutem. Commendamus nos humiliter pie orationi vestræ, ut pro nobis apud Deum exis[ta]tis intercessores, quatinus contempto desiderio terreno ad æternam convolemus sedem.

DCCCXV. Exstat h. f. in cod. Rhenaug. A, initio mutila; eam vulgavit Friedrich von Wyss in *Alamannische Formeln und Briefe*, nº 35.

DCCCXVI. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 87.

a) Cf. *Epist. B. Pauli ad Philipp.*, IV, 7.

Digitized by Google

DCCCXVII.

[*Sine rubrica.*]

Epistolæ variæ.

Reverentissimo religiosissimoque patri et venerando per omnia lucidoque pie caritatis magistro, licet indignus, divina clementia episcopus, fidelis tamen orator et benivolus serviens vester, perpetuæ prosperitatis in Christo salutem. Denique humili voce nostram commendamus parvitatem, ut nostri memoriam coram Deo iugiter habeatis, sicut et pro vestra dulcissima sospitate et ipsi agere curamus.

DCCCXVIII.

[*Sine rubrica.*]

Sancto et venerando et in sacre religionis culmine prudentissimo nobisque karissimo magistro, ille humilis ecclesiæ Dei va[l]vicola, salutem vobis in Domino perpetuam. Continuis nos nempe diebus atque momentis precibus in nostris aliosque monendo vestri recordamur. Precamur ut in vestris orationibus nostri memorare dignemini.

DCCCXIX.

AD ABBATISSAM.

Dilecte in Christo matri sororique amande N., ille, ac

DCCCXVII. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, n° 72.

DCCCXVIII. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, n° 83.

DCCCXIX. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, n° 34.

Digitized by Google

si indignus, serviens vester, perpetuam vobis per has commendatitias litterolas semper opto fore salutem. Alias vero deprecor almitatem vestram ut me humillimum servulum vestrum in vestris sacris ac Deo dignis precibus suscipere non dedignemini, quatenus ubique vestris adiutus suffragiis cælestem quandoque merear adire patriam, angelorumque cœtibus admixtus eorum beatitudini dignus fieri, vestris pro me apud Deum intercedentibus meritis. Illud vero super omnia vestræ exposco clementię ut deinceps me commendatum habere dignemini tamquam fidelem et benivolum fratrem, quia, in quantum parvitati nostræ vires suppetunt, partibus vestris in antea satis fidelis ac benivolus semper esse cupio, et undecumque parvitati nostræ iniunxeritis, libento animo peragere exopto. Vale semper in Christo felix, beatissima mater vel soror.

Epistolæ variæ.

DCCCXX.

[*Sine rubrica.*]

Divinis muneribus ditato omniumque virtutum genere nobilissimo seu cum summo cordis gaudio nominando illi patri, ille supplex vester in Domino salutem perspicuam. Sincerrima sunt namque inter absentes comercia litterarum, ut qui se mutuis conloquiis non valent confortari, invicem saltim per epistolę stilum vicissim se intueantur, et quod locorum separat longarum divisio, iungat unanimitas inscribendi. Ceterum commendans me quippe sacris ac Deo dignis precibus vestris, simulque notum faciens, teste Deo existente, id ipsum a parvitate nostra pro vestra sospitate indesinenter perfici.

DCCCXX. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 65.

Digitized by Google

DCCCXXI.

AD AMICUM FIDELEM.

Epistolæ variæ.

Laudabiliter cum omni dileccione et amore nominando fideli amico illi, ego ille inmarcissibilis gloriæ salutem. Pro confidentia enim magna, quam in vobis habemus secundum fidei promissionem vestram, litteras nostras ad vestram destinavimus præsentiam, ut ita nostri memores sitis, sicut perdonare dignati estis, et sicut in vestram confidimus promissionem, et aput dominationem vestram vel ubicunque valetis. De nobis vero servitium fidelem habere debetis, si nobis vita concessa fuerit. Bene sit vobis, nostrique semper sitis memor.

DCCCXXII.

[*Sine rubrica.*]

Domino eximio meritoque honorabili pio pastori et sanctæ sedis præsuli N., humilis servulus vester, una cum ceteris sanctæ congregationis illius seu cum totius fidelissimis assiduisque oratoribus sub canonica consistentibus cura, ineffabilem in Domino Iesu Christo et sine fine salutem. Uberes agimus Deo grates quod adventum eximietatis vestræ litteris prævenire dignati estis, et ante contuitum misistis conloquium, ut vestro prius affectu quam aspectu frueremur, et diu desideratam noticiam epistolari solatiæ [1]) quodam modo gustantes, exspectare-

DCCCXXI. Exstat h. f. in cod. Hafn.; eam vulgavi in *Formules de Copenhague*, nº 9.

DCCCXXII. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 57. — [1]) Corrig. *solatio*.

Digitized by Google

mus avidius et ardentius quod iocundius gratiusque caperemus. Sospites ubique vos conservet, orantibus nobis, celsithronus cosmi polique creator.

Epistolæ variæ.

DCCCXXIII.

[*Sine rubrica.*]

Domno almifico, excellenciæ degore ornato ac beatissimo meritisque venerando, amabiliter diligendo, sanctitatis culmine conspicuum ac nobilitatis titulum degorato, piissimo sive sacra eloquia seu præcepta Dei plenissimo, sanctorum meritis quoequando et palma triumphationis atque sanctitatis gratiæ ornato, inclito præclaroque, Deus omnipotens faciat in sancta religione permanere, venerabile in Christo et a nobis cum summa reverencia nominando illo episcopo, ego ille in Domno perpetuam mitto salutem. Multimoda nobis benevolentia vestra generare comperite gaudia, quotiens nobis additus dederit oportunus ut ad indagandam suspitatem vestram nostras dirigere apices debeamus, quia nihil melius, nisi ut invicem mutuam caritatem orando in invicem alterutrum spiritalia pabulum subministrare non cessemus. Illarem et gaudentem citius vos cernere mereamus.

DCCCXXIV.

[*Sine rubrica.*]

Reverentissimo pontifici amabilique in Christo fratri, ille christicolarum Domini servulus, quamvis non elec-

DCCCXXIII. Exstat h. f. in cod. Paris. B; vulgat. inter Baluz. maj. nº 23.

DCCCXXIV. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 69.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

tione meritorum, tamen divina annuente gratia sanctæ Dei ecclesiæ vernacula, in rosifluo Christi sanguine et in mysterio sacrę redemptionis salutem deposcimus et gloriam. Dilectionis vestræ mellifluas litteras, caritate conscriptas, fide sigillatas, omni procul dubio thesauro gratiores, grata suscepi dextera et læto legebam animo, intellegens in eis vestram paternitatem velle aliquam nostri memoriam habere. Unde uberimas inpendimus grates, quum nomen vestrum apud confratres et consuffraganeos nostros radicitus cordis scriptum firmiter retinetur. Simili enim modo de nobis agere reverentiam vestram petimus.

DCCCXXV.

[*Sine rubrica.*]

..... vobis de ac ræ direxit, et mihi, quando ego cum illo ab urbe parumper digressus sum, id ipsum notuit quod vobis notuerat. Sumite namque illum vobiscum, et sic laboratæ in hac re, qualiter a me temporalæ servitium et a Deo plenam opinamus accipiatis retributionem. Merear vultum sanctitatis vestræ incolumem cerneræ et de vestra salute ac prosperitate perenniter gratulari. Domnus Dei fidelis et amicus incolomis et bene valens est, et militat in Dei servitio, sicut bonus miles Christi. Ille amicus vester necnon et ille sani et incolomes sunt et obtime valent, et omnes amici vestri et familiares istis in partibus conmorantes corporæ menteque vigent. Vale in Domino, vir piæ, vir sanctæ, virque venerande satis.

DCCCXXV. Exstat h. f. in cod. Lugd. Bat. B; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

DCCCXXVI.

[*Sine rubrica.*]

Reverentissimo confratri meo illo, ille in Domno salutem. Cum enim longitudo terræ caritati illorum non queat evelli, quos Christi conectit amor, desiderans desideravi literolas parvitatis meæ fraternitatem tuam dirigere, ut saltim quod præsens loquellam conspectui tui loqui non valet, vel as apices tibi ennarrent. Cupio valde quem recordor absentem, ut cum quo mente sum, cum quo etiam corpore sim præsenti. Divinitas te servet per multos annos, parens et cultus Dei æterni, quam colimus, Iesu Christi. Epistolæ variæ.

DCCCXXVII.

[*Sine rubrica.*]

Domino insigni karissimoque patri, fidelissimo sacerdoti nobisque cum nimio amore vel honore nominando N., Dei digno antestiti, benivolus alumnus humillimusque discipulus N., in Deo Patre et Domino nostro Iesu Christo optamus vobis et cunctis sanctæ Dei ecclesiæ filiis vestroque sancto regimine subditis præsentis vitæ salutem et æternæ gloriæ coronam. Serenitatis vestræ precibus nos humiliter commendamus. De cetero prospera nobis, karissime pater, per misericordiam Dei et per intercessiones sanctorum vestraque oratione iuvante scitote. Vestra namque prosperitas de die in diem melius ac melius fiat divi-

DCCCXXVI. Exstat h. f. in cod. Paris. B; vulgat. inter Baluz. maj. nº 26.

DCCCXXVII. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 108.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

nam iugiter imploramus clementiam. Acceptior Deo vivas, domine insignis et merito suscipiende pater.

DCCCXXVIII.

[*Sine rubrica.*]

Venerabili Dei servo nobisque cum nimio amore nominando illi patri, humilis in Christo filius vester, almitati vestræ et cunctis sacro vestro regimine subditis in Deo Patre et in Domino Iesu Christo præsentis vitæ salutem et æternę glorię optamus beatitudinem. Omnia erga nostram parvitatem prospera esse noscuntur. Prospera et felicia Deus et Dominus noster Iesus Christus hic et in æternum per suam piissimam misericordiam vobis concedere dignetur. Commendamus nos sacris ac Deo dignis precibus vestris.

DCCCXXIX.

DE AMICITIA.

Acceptis igitur a bonitatis vestrę sacratissimis syllabis mellifluo calamo salubriter promptis gratulanterque perlectis, mens nimirum refert[a] mea eructuans inquit: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, Domine a*)! Pro his namque seu muneribus [1]) diversorum scematum pulcherrima largitate, etiam et pro salubri textu epistolæ ultra omnem seculi decus magnificas infilatus vestri rependimus grates, postolantes prorsus enixe sanctissimam

DCCCXXVIII. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 85.

DCCCXXIX. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 66. — [1]) Corrig. *muneribus seu*.

a) Cf. *Psalm. CXVIII*, ℣ 103.

Digitized by Google

caritatem vestram ut nostri nostrorumque memores in sacratissimis precibus vestris apud Deum sedulo esse dignemini.

Epistolæ variæ.

DCCCXXX.

AD FRATREM VEL AMICUM.

Glorioso et venerabiliter desiderando domino meo germano carissimo illo, ego ille in fide et caritate et tota dilectione vestram dulcissimam fraternitatem salutem, vitam, pacem et gloriam obtamus in Domino sempiternam. Gratias agimus Deo omnipotenti de sancta adque desiderantissima sospitate vestra, quam per dulcissimis scriptis vestris audire meruimus, unde valde læti per omnia sumus et esse cupimus, quamdiu Dei misericordia sospitatem vestram nobis concedere dignabitur. Sciat magna dilectio vestra, frater carissime, adiuvante Dei gratia, omnia nobis prospera adque circa confinia nostra esse pacifica. In vestro vero servitio omni tempore prumti sumus, sicut dignum est tam dulcissimo germano. Obtamus ut omni tempore litteræ vestræ nobis veniant, ut scire valeamus sanitatem vestram, quam valde desideramus longam et felicem esse. Divina vos perveniat gratia et subsequatur ubique clemencia, et in omni opere bono florere vos faciat, frater carissime.

DCCCXXXI.

[*Sine rubrica.*] [1]).

Domino mihi in Dominorum Domino desiderabiliter

DCCCXXX. Exstat h. f. in cod. Hafn.; eam vulgavi in *Formules de Copenhague*, nº 7.

DCCCXXXI. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; eam vulgavit Mabillonius inter *Vetera analecta*, IV, 324 (p. 418, ed. in-fº). — [1]) Mabillonius hanc

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

venerando illi, merito sacerdotali paternoque culmine insignito, Prudencius famulorum Christi humillimus *a*), sempiternam in omnium salvatore salutem. Quantum, mi fratrum karissimę, litteris[2]) tue perdesiderabilis mihi germinitatis[3]) textus meam diu insaciabiliterque collectam sitam[4]) estumque dulcedo recreaverit, quantumque iucundissimę oblectationis invexerit, fideliter fateor, [dicī] nequit : quippe cum tot tantisque perturbacionum fluctibus penę inrevocabiliter obrutus, ne sibilo quidem, ut dicitur, tui quicquam haurirę valuerim, utrum te super[stes], an [ad] Dominum iam redisse contingeret, cum repente vix tandem a palatinis excubiis, quibus diu inservire coactus fueram, absolutus, latorem quam desiderabilium mihi apicum vestrorum Trecas, cui mę divinę gratię, non autem ulla meritorum meorum plenitudo præesse dignata est, offendi; et audito, quod extinctum metuebam, alterius mei nomine, explosis gaudio superante soporibus desperacione pocius quam oblivione contractis, respiravi, et superne bonitati, que inter adversa et prospera suos servare consuevit, gratulatus, litterarum insaciabili atque multocies iterata recursione inhærens, illic meum illum, illic germanum unanimem, immo me alterum queritans, tandem reperisse me plurimum gaudeo; quoniam qui ipso mihi auditu extinctus putabatur, subito vivens apparuit, et quem abisse autumabam, superesse non ambigo. Agens itaque auctori bonorum omnium grates indefessas,

rubricam inscripsit : *Prudentii episcopi Trecensis epistola ad quemdam episcopum fratrem suum.* — [2]) Corrig. *litteræ.* — [3]) Corrig. *germanitatis.* — [4]) Corrig. *sitim.*

a) Prudence fut évêque de Troyes de 846 à 861. Cf. *Gallia christ. nov.*, XII, 490. Consultez sur sa vie et ses écrits l'*Histoire littéraire de la France,* V, 240 et suiv.

Digitized by Google

hoc uno inexplebili bono afficior, quo te non tam vivere audeo [5]), quam bene vivere audeo [6]), audiens gratulor, gratulans desidero, desiderans postulo, et ut ipse coniungere merear tuisque cum precibus opto ac meritis, quibus me ab omnibus propositum votumque Christianę milicię infatigabiliter obpugnantibus inmutabiliter relevari confido. Age nunc, fratrum dulcissimę, et duce omnia ordenantis, omnia scutenantis gratia, mę meęque deiectioni commissos sanctissime instantissimęque intercessionis ope filcire [7]) non disenas [8]); quos plurimum..... si xenia proprię adinventionis, vel ligatę, vel solutę, crebro visitans, mittenda imperans desiderantibus miseris. Bene te semperque in Domino valentem nosque importunarum clavo supplicationum ad portum optati litor[is] revehentem virtus omnipotentis brachii conservare dignetur.

Epistolæ variæ.

Quot voces oculis, lingua audituque manuque
Hausisti, totidem lætificere bonis.

DCCCXXXII.

[*Sine rubrica.*]

In Dei nomine, domno et fratri et in Christo filio carissimo illi, viro venerabili et abbatum a....., indignus episcopus, in Domino sempiternam salutem. Plures mihi, carissime, transierunt dies, ex quo v[olui] in [cons]pectu tuæ caritatis meas litterulas sive eulogiolas mittere; sed

— 5) Corrig. *audio.* — 6) Corrig. *audio.* — 7) Corrig. *fulcire.* — 8) Corrig. *desinas.*

DCCCXXXII. Exstat h. f. in cod. Paris. G; vulgat. inter Baluz. minor. nº 10.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

te..... sancti illius venisse non nisi modo cognovi venisse. Ergo te et bene valere, et ....., et pro incolomitate et prosperitate tua, in quantum valeo, Domini misericordiam deprecor; quippe qui non solum ego, sed pene omnis Europa, et, ut ita dixerim, generaliter omnis ecclesia, ab oriente usque ad hoc occidentem, tali cons..... ..... teneatur, ut pro te Domini misericordiam inploret; quippe qui fidem tuam observando et innocentiam custodiendo omnibus profuisti. Sicut enim non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur in nobis, ita nec condigna benevolentiæ officia erga te quilibet nostrum exhibere potest, quum videlicet multo maius stet emolumentum tui beneficii, quod erga dominum nostrum et nos omnes fecisti, quam si qua sint obsequia, que tibi a nobis inpenduntur. Deus qui per Mardocheum famulum suum Israhelitice plebis interitui medicinam et nobis per te contulit, ipse et te et nos ita huius vite curricula concedat peragere, ut illam perveniamus vitam cui nullus est finis. De cetero exposco et ultra quam valeo quæso ut me congregationis sancti illius martyris, que vobis a Deo ad regendum concessa est, orationibus [commendetis], sicuti et nos congrægationum a Deo nobis ad regendum concessarum orationibus vos commendavimus, ut mutuis nos orationibus quasi quibusdam spiritalibus brachiis, et, ut ita dixerim, spiritalibus armis adiuvantes, et antiqui ostis insidias sive machinamenta dolosa evadere et ad regem nostrum Christum inculpabiles venire, ipso auxiliante, valeamus. Merear te sospis sospitem, felix felicem, incolomis incolomem cernere, mi carissime, et de incolomitate tua semper audire. Pax tibi a Deo.

Sumito que misi lætus munuscula parva,

Digitized by Google

Dulcis amice mihi, dulcis et apte nimis.
Quæ sint parva licet, magna hæc dilectio mittit,
Que non compensat res, sed amoris opus.
Sit tibi vita salus, sint et felicia cuncta,
Et tibi de celis rex Deus addit opem,
Et sic te clemens ducat per prospera mundi,
Ut pes inoffenso tramite celsa petat;
Et qui in hac vita dignum con[ces]sit honorem,
Hic tibi post obitum det super astra locum.

DCCCXXXIII.

[*Sine rubrica.*]

Inclitis, venerabilibus, cuncte nobilitatis decoratis, præcipue in sancte religionis studio ac fervore caritatis pollentibus, dilectissime matri illi cunctisque sororibus nostris vestro sub felici regimine abenis regularibus inbutis degentibus,..... extima confamularum famula omnesque sorores nobis vinculo caritatis adnexæ, præsentis ævi prosperitatem in Deo eternamque gloriam nancisci capessendam. Denique immensas omnipotenti Deo, a quo hominis procedit sapiencia, grates rependimus, qui præsentia vestra ad nos usque perduxit, quod nutu divino credimus actum. Qui Christum exemplis credimus, multum proficimus non solum verbis, sed et operibus, q[u]e cum ad memoriam reducuntur, quasi confricate ad studium bone operacionis incalecismus. Ceterum, si vestræ fuisset gratum sanctitati, usque ad ultimum vitæ nostræ terminum vestram præsenciam ovantes frueremur; et quia divino iudicio humana consilia contraire minime queunt, gratu-

DCCCXXXIII. Exstat h. f. in cod. Rhenaug. A; eam vulgavit Friedrich von Wyss in *Alamannische Formeln und Briefe*, nº 45.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

labunde adquiescimus, eo quod corpore discessistis, que spiritu sedule nobiscum manetis. Placuit quippe dilectioni vestræ vestros sacros apices nostris intimare auribus de vestro quidem reditu, unde tripudiantes exultavimus et iucundamur in Deo, ut ait apostolus : *Gaudere cum gaudentibus a*), et cetera. Verum quia nos non nostris ditastis meritis vestris munificenciis, sed vestra solita caritate bon..... Dei recompensatio, quia nos minime valemus, eterna in futuro recompenset præmia..... animi pro transitu carissimi vestri Hilduini consolamini. Iuxta auctoritatem divinarum scripturarum autem apostolus voluit.....

DCCCXXXIV.

ALIA.

Orthodoxo et a Deo magnifice honorabiliter sublimato et in sede apostolica honorifice functo illi electo sacerdoti Christi Domini nostri, ille etenim vilis sacerdos et ipse individue caritatis vestram dulcissimam atque optatissimam fraternitatem salutem deposcimus eternam. Vestra magna etenim alma caritas sepe nobis valde utilia et necessaria intimare immo non piget, et litterę vestræ simul cum gerulis optimis gaudia et lætitia ex parte vestra discurrentibus nobis nuntiare non cessant. Nunc litterę vestræ magnam molestiam et dolorem cordi nostro fecerunt dilectissimo nostro filio communi illi. Eius enim infirmitas nos valde contristavit, sed vestra visitatio consolavit. Statim ut hoc audivimus, gerulum nostrum ad illum visitandum

DCCCXXXIV. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 118.

a) Cf. *Epist. B. Pauli ad Roman.*, XII, 15.

Digitized by Google

direximus, ut conperiat utrum vivere in hoc seculo valeat, an ad Deum in æterna gloria festinare una cum angelis Dei optat. Nos illuc dispositum habemus ire, si missus noster nobis cito occur[re]re festinat; et si ei levius evenerit, inde magnum gaudium habemus. Sin autem, Domino vocante, ierit ad patres nostros, preces post illum dirigimus; et si sic in infirmitate fatigat, ad eius præsentiam occurrere non tardamus.

Epistolæ variæ.

DCCCXXXV.

[*Sine rubrica.*]

Scripta dulcissime et cordis ulnis omnibus amplectende vestræ beatitudinis tristis accepi, letus relegi. Quis enim in hac terra non lugeat, qui in ea vivit et cotidie habet merorem in quantalibet tristitia? Sed divina pietas, quę suos consuevit misericorditer famulos continere, ita benigniter hic subventione resplenduit, ut cunctorum debilium inopiam iugitatis eius sit consolationem sublevata. Pro qua re lacrimabili omnes prece deposcimus ut omnipotens Deus, [qui] ad hoc corda conpunxit, in amoris sui constantia dominorum servet imperium, et victorias earum[1]) in cunctis gentibus auxilio suę maiestatis extendat.

DCCCXXXVI.

[*Sine rubrica.*]

Domino dilectissimo et desiderantissimo fratri et con-

DCCCXXXV. Exstat h. f. in cod Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich,* nº 107. — [1]) Corrig. *eorum.*

DCCCXXXVI. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich,* nº 112.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

presbytero illi, ille ultimus servorum Christi famulus, in Deo Patre et Christo Iesu Domino nostro exorans, præsentis vitæ salutem et æternę gloriæ felicitatem. Litterę tuæ impleverunt grandi dolore cor nostrum, quibus petisti ut prolixo opere aliqua responderem de miserabilibus huius mundi eventibus, cum talibus malis magis prolixi debeantur libri. Totus quippe mundus tantis adfligitur cladibus, ut pene pars nulla terrarum sit, ubi non talia qualia scripsisti cognitantur atque plangantur. Vides etiam quam humiliter et veraciter sapiant qui pro suis peccatis se flagellari a Domino confitentur. Unde scriptum est: *Quem enim diligit Dominus corripit, flagellat autem filium quem recipit* a). Unde et apostolus: *Si enim nosmet ipsis iudicaremur, a Domino non iudicaremur; cum iudicamur autem, a Domino corripimur, ne cum mundo damnemur* b). Hęc fideliter lege, fideliter prædica, et quantum potest cave et cavendum doce, et ne adversus Deum in his temptationibus et tribulationibus murmuretur. Multo uberius vos Dominus consolabitur, [si] scripturas eius intentissime [le]geritis. Valete.

DCCCXXXVII.

[*Sine rubrica.*]

Summa veneratione diligendo et nobis in amore Christi amabiliter præferendo et in gremio ecclesiæ sano ac devoto gratuituque animo commendando atque ex totis viribus cum summo caritatis vinculo amplectendo domno

DCCCXXXVII. Exstat h. f. in cod. Paris. G; vulgat. inter Baluz. minor. nº 14.

a) Cf. *Epist. B. Pauli ad Hebr.*, XII, 6.

b) Cf. *Epist. B. Pauli ad Corinth.*, XI, 31, 32.

Digitized by Google

spiritalique patre illi, sancta religione sedulo cuncti quidem fratres beatorum martyrum illorum et suis cum sanctis sociis, proprii servuli et amatores oratoresque vestri, præ omnibus salutemus vobis in Domino Ihesu Christo salutatione amabili. De cetero, piissime pater, multas vobis agimus laudes et gratias de vestra melluflua scedula pulcherrimaque munera, quæ modo vestra sanctitas nostra infima parvitate dignata fuit munerare. Propterea vestra conperiat almitas quia nos in uno positi, relectas vestras litteras, continuo ut eas audivimus, gratulati licet de benedictione, sed multum turbati de vestra tribulatione. Quid ergo de vobis agimus, quid facimus, quid loquimur? Dolemus, gemitum habemus, anxii sumus, consilium querimus, statimque in commune consensu decrevimus, sicut nos divina docet lectio, ubi ait : *Orate cuncti pro invicem, ut omnes salvemini* a). Nos autem repente, sicut mos est solitum, loricam induti fidei, sumptis salutis galeam, cum umilitatis spiritu arma orationum sumsimus, ut certi Christi milites, in agonia puriter muniti, undique firmiter simul omnes venimus, ordinata acie belligerare cœpimus, Ihesu Christo Domino pro vobis preces fundimus, in missis specialibus, in psalmodiæ, in canticis spiritalibus, in sacris orationibus, in quantum nostra valens est parvitas pio affectu viriliter certavimus, et optamus facere, [ut] vos Dei pietas per multa quidem lustra annorumque curricula in pace sanctæ Dei ecclesiæ incolomem custodiat, et post vitam eternam istius in gloriam conlocet. Peracta omnia namque hec, ad divina veniamus eloquia, de qua haurire possemus consolatione optima. Audiamus primum prophetam sanctissimum, virum prudentissimum, psalmi-

Epistolæ variæ.

a) Cf. *Epist. cathol. B. Iacobi,* V, 16.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

graphum humilem, cytharizantem per citharam præcepta melliflua; sic nobis alloquitur : *Mihi autem,* ait, *adherere Domino bonum est, in omnibus spem meam ubique ponete in Domino a*). Et rursum : *Iacta tuum cogitatum semper in Domino, et ipse te enutriet dulciter b*). Idem ipse inquit : *Bonum est, suave est mihi, Domine, quod humiliasti me c*). De quo sequitur : *Bonum mihi lex oris tui super multa milia argenti et auri d*). Scriptum legimus quia præsens paupertas futuris divitiis conpensanda sit. In cantico dicitur Annæ : *Dominus pauperem facit et valde ditat, humiliat pro peccatis, sed statim sublevat per misericordiam e*). Unde iterum psalmista cohortat nos per omnia dicens : *Dominus me reget et mihi nihil deerit, et conlocavit me in loco pascue, super refectionis aquas me locavit f*). Hec auscultans ægregius prædicator apostolus tuba mirabilis nostri intonat .....ibus mittit se in medio, pulchra connectit eloquia, de qua proloquens dicit : *Om*[*ne bon*]*um optimum et omne donum perfectum descendit a Patre luminum g*). Dicit iterum : *Omnes qui volunt pie vivere in Christo Ihesu, persecutionem patiuntur h*). Adhuc subditur : *Cum enim ho*[*mo ex*]*terior affligitur, tunc ille qui intus est perfectæ renovatur, quia, dum infirmamus corpore, potentes sumus spiritu i*). Salvator Christus Dominus de semetipso ait : *Spiritus quidem prumptus est, caro autem infirma k*). [Et bon]æ memoriæ dicit Gregorius : *Tunc homo perfectus est, cum plenus fuerit*

a) Cf. *Psalm. LXXII,* 28.
b) Cf. *Psalm. LIV,* 23.
c) Cf. *Psalm. CXVIII,* 71.
d) Cf. *Ibid.*, 72.
e) Cf. *Lib. I Reg.*, II, 7.
f) Cf. *Psalm. XXII,* 1, 2.
g) Cf. *Epist. B. Iacob.*, I, 17.
h) Cf. *Epist. II B. Pauli ad Timoth.*, III, 12.
i) Cf. *Epist. II B. Pauli ad Corinth.*, IV, 16; XII, 10.
k) Cf. *Ev. s. Matth.*, XXVI, 41.

Digitized by Google

caritate; et unde animus sæpius cogitat, inclemens frequenter meditat. Oramus atque optamus vobis per omnia ut Deus pacis et caritatis sanctificet vos in omnibus, et integer spiritus vester, *et reliqua.* Quod ipse præstet!

Epistolæ variæ.

DCCCXXXVIII.

INDICULUM AD AMICUM FIDELEM.

Domno reverentissimo adque carissimo seu ab omnibus ortodoxis amplectando, multiplici scientie variarumque virtutum gracia insigniter decorato illo, qui in omnibus profunda solercia hac summa vigilantia necessaria que animabus et utilia sapienter discernis, ego ille exiguus advena proprio præsuli sincerissimam in Domino Deo eterno salutem. Age iam, ô meus carissime frater, ego te sapientie dapibus impleari cupio, ut te palmitem vitis electe celestis expurget colonus, cum divinis fontis imbribus fueris inroratus; nosque una adque eadem paradisi amœnitas recipere exopt[am]us, ut in regni celestis libertate gaudere cum sanctis in eterna beatitudine, ubi nulla est vere bea[ti]tudinis formidanda corruptio, per caritatem solam Christi Ihesu ad ista venire valeamus. Ante omnia debemus ad istam caritatem contendere, ut post seculum regnare cum Christo possemus sine fine in eterna beatitudine. Propter quod obsecro ut huius epistole verba firmiter et indubitanter teneas, quia *levis et infidelis similis est fluctibus maris et arundine omni vento agitato a*) Pro hoc suadeo tibi, sivis terrarum spatio divisi simus adque

DCCCXXXVIII. Exstat h. f. in cod. San-Gallensi; cam vulgavi in *Formules de Saint-Gall,* n° 58.

a) Cf. *Evang. sec. Matth.*, XI, 7; *Epist. B. Iacob.*, I, 6.

Digitized by Google

Epistolæ variæ.

sequestramur in[ter]vallo et celi inequali climate dirimemus, pari tamen tribulacionum depremimur face. Propter quod diligentissime deprecor vos uti nos oracionum mutua vicissitudine iugiter muniamur, nos reminiscentes sermonis Domini, que dixit sicut senserit : *Et vobis dico, vel tres super terram de omni re quecumque petierint, fiat illis a Patre a*), et reliqua. Optata valere in Christo, cuius iste celestem sophiam satis amplector : ego ille epigraphus curavi tibi carrexere de agia crafa adque de inclitis viris catholicis adque de religionis. Salutamus et obnixe et per portatorem aliqua exemiola tibi mandavimus.

DCCCXXXIX.

EPISTOLA AD SENIOREM.

Summa nobilitate et sapientia summam dignitatem et gloriam consecuto domino illi, infimus celsitudinis vestræ servorum ille, continuæ orationis indiculum. Dulcissimam dominationem vestram scire desidero quod absentiam iocundissimi vultus vestri satis egre sustineo : primo quidem quia desum servitio vestro, et disciplina vestra, quam nulli secundam puto, vel ad tempus careo; deinde, sicut est humanæ consuetudinis ut absentia quæque vel penitus oblivioni tradantur, vel rarius ad memoriam revocentur, timeo ne vilitas mea vestræ sublimitati ita sit obsoleta, ut, si quando, largiente divina gratia, ad servitium vestrum venire potuero, aut minus agnoscar, aut minime assumar, aut certe susceptus neglectui ducar, pro eo quod iam diu

DCCCXXXIX. Exstat h. f. in cod. Monac. B; nondum vulgata mihi videtur.

a) Cf. *Evang. sec. Ioann.*, XVI, 23.

Digitized by Google

a vobis corpore, non animo coercear, licet in omnibus quæcumque egero vel temptavero sive conitor, ad vestrum proficere studeo famulatum. In hoc autem dominationem vestram non omnimodis a me aversam experiri merear, si benedictione et aliqua admonitione seu quocumque præcepto vestro non ducar indignus, eruditor insipientium, magister infantium, lumen eorum qui in tenebris sunt, pater orphanorum. Christus ubique tibi tutor fautorque! Valeto.

Epistolæ variæ.

DCCCXL.

[*Sine rubrica.*]

Summe venerationis et maxime omnis honoris magistro, ille sacerdos salutem optans et flagitans vobis in Christo perpetuam. Continuis diebus memoria vestra continetur in precibus nostris; ut de caritatis studio in vestris habeamur orationibus precamur. Delectat nempe mentem nostram desiderantissimam fatiem vestram videre, et tanto dulcissime visionis vestræ insudat ardore, ut præ magnitudine amoris vim patiatur doloris. Nos vero, ô pater et dilecte magister, neminem amori vestri præponimus in sęculo.

DCCCXLI.

AD SOROREM.

Karissime itaque desiderantissime sorori meæ illi, ego ille in Domino Iesu Christo sempiternam salutem. Almi-

DCCCXL. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, n° 79.

DCCCXLI. Exstat h. f. in cod. Hafn.; eam vulgavi in *Formules de Copenhague*, n° 8.

Digitized by Google

Epistolæ varias.

tatem vestram intimamus, quod, adiuvante Dei gratia, postquam a vobis speravimus, omnia nobis prospera et salutifera fuerunt; sed mirum est nobis valde quod nec missum vestrum nec litteras vestras postea suscepimus, unde valde solliciti sumus quid ita sit. Tamen rogamus ut scire valeamus de sanitate vestra et de omnibus amicis, et quicquid boni valetis ad genetricem nostram aut ab aliis amicis vestris. Semper nostri memorare dignemini in bono. Obto te coram oculis Dei beatam esse, et in omni bono proficere coram Deo et hominibus.

DCCCXLII.

INDICULUM AD SPONSAM.

Amabiliter amando et insaciabiliter desiderando dulcissima atque in omnibus amatissima multum mihi desiderabilem melliflua amica mea illa, ego, in Dei nomine, ego mando tibi salutes usque ad gaudium per has apices, quantum cordis nostræ continet plenitudo. Et ipsi salutes inter nubes ambulant; sol et luna eius deducant ad te. Ego quando iaceo, tu mihi es in animo, et quando dormio, semper de te somnio. Bene habeas in die et noctes suavis transeas, et amico tuo semper in mente habeas, nec ponas illum in oblivione, quia ego tibi non facio. Tu pensas unum consilium, et ego penso altero, per qualem ingenium implemus desiderium. Qui regnat in cœlo et providet omnia tradat te in manibus meis antequam moriar; hæc est magna salutatio inter duos iuvenis; alter alterius transmittit, et neminem sufficit.

DCCCXLII. Exstat h. f. in cod. Vatic. A; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

DCCCXLIII.

[*Sine rubrica.*]

Splendidissimo atque inlustrissimo illo rege et regalis fastigii culmine decorato, ille humilissimus servus servorum Dei de basilica Sancti Petri, ubi ipse preciosus in corporæ requiescit, una cum cenubio nostro, vobis mittimus salutem. Epistolarum particulæ.

DCCCXLIV.

[*Sine rubrica.*]

Domino meo atque divinorum domorum dogmatibus dictato illo excellentissimo, iuræ ac merito de omnibus venerandorum ac religione gratia Dei repleto, et splendidissimo qua condecet regalis fastidiis [1]) culmine decorato, ille, quamvis peccator et humilissimus servus servorum Dei et vester, una cum cenubio patronis vestri sancti Petri, quasi pedibus vestris provoluti, presumpsimus vobis salutem copiosum mittere in Domino.

DCCCXLV.

[*Sine rubrica.*]

Cristianissima et Deo devotissima domina mea illa regina excellentissima, iure et merito veneranda ac reli-

DCCCXLIII. Exstat hæc formulæ particula in cod. Lugd. Bat. B; nondum vulgata mihi videtur.

DCCCXLIV. Exstat hæc formulæ particula in cod. Lugd. Bat. B; nondum vulgata mihi videtur. — [1]) Corrig. *fastigii.*

DCCCXLV. Exstat hæc formulæ particula in cod. Lugd. Bat. B; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

Epistolarum particulæ.

gionis Spiritu Sancto fervente gratia Dei [repleta, ille servus servorum Dei et] vestram [1]), quasi pedibus vestris provolutus, præsumpsi vobis salutem copiosam mittere in Domino.

DCCCXLVI.

[*Sine rubrica.*]

Rectissimo rege regibus regale regimine, rectæ reginæ regenti, [in] Deo Deorum, Domino Dominorum, Patri et Filio Spirituque Sancto, uni Deo Trinitate, honor et laus, maiestas, gloria, æternalis gratia, accio et omnes confessio omniumque vita nostra semper servetur. Adscribi inprimis cumvenit ad salutem in Domino vestræ culmenis diregiremus, ut salus et gratia Domini nostri Iesu Christi semper habundet.

DCCCXLVII.

[*Sine rubrica.*]

Domno inclito fidelique Deo atque regale gratia sublimatum summaque a nobis veneratione et amore colendo inlustrem virum illum obtimate illo, maximam salutem et inviolabilem cupio et vobis præsumimus distinare. De ceterum conpereat industria vestra eo quod, *et cetera.* Gaudeat floreatque per tempora nobilitas vestra, et quandoque terena linquitis, celestibus mereatis agminibus glomerare.

— [1]) Corrig. *vester.*

DCCCXLVI. Exstat h. f. part. in cod. Lugd. Bat. B; nondum vulgata mihi videtur.

DCCCXLVII. Exstat h. f. part. in cod. Paris. B; vulgat. inter Baluz. maj. n° 21.

Digitized by Google

DCCCXLVIII.

[*Sine rubrica.*]

Summaque veneratione nobilissimi generis seu industriam vel sagacitatis culminisque sublimitatis ineffabile a nobis scelentiæ vestræ, domne inlustrissime, cum summa a nobis reverentia nominando illo, ille exiguus tam multiplices vobis salutis dirigere cupimus, *et reliqua.* Obsecrantes piissimo Domno ut vos una cum culminis sublimitatis vestre longa per tempora trina conservet Deitas, et quandoque terena linquetis, suffragantibus sanctis angelorum mereatis cetibus glomerare, præcellentissime et inclite domne. Epistolarum particulæ.

DCCCXLIX.

[*Sine rubrica.*]

Domino beatissimo ac Gallearum urbium præcellentissimo sedæ, in fida quoquæ sacerdoti nobis omnibus præferendo, sancto metropolitano illo pontifici, illa famula Christi (famulus) in Domino salutem (salutationem) prelatum. Sacris precibus vestris exiguitatem nostram commendamus, confidentes quod in caritate vestra, que in Christo, ut numquam excedit, aput vos abeamus, sub nos, quantum ex nobis est, erga vos ad in ævum custodire decrevimus. *Cuncta finita dicat :* Annis multis de vobis bona audire mereamur.

DCCCXLVIII. Exstat h. f. part. in cod. Paris. B; vulgat. inter Baluz. maj. nº 24.

DCCCXLIX. Exstat h. f. part. in cod. Lugd. Bat. B; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

DCCCL.

[*Sine rubrica.*]

Epistolarum particulæ.

Domino vero sancto illo pape, ille peccator. Exiit at nos primita dilectionis tuæ vigilantia iussionibus tuis dulciter parere. *Cuncta finita :* Christum aspici[1]) desiderabilem nobis vestrum cupimus cito conspicere vultum; pro me ut digneris orare vos multum videar deprecari.

DCCCLI.

[*Sine rubrica.*]

Venerabiliter desiderando et desiderabiliter venerando illo pape, cum omni cetu urbis vestræ utriusque sexus iunctus ætatibus in Christo credentibus, ille peccator humilis et vilissimus omnia famulorum Dei, salutem in Domino perennem experientiæ almitatis diregeræ præsumpsimus; quicquid vero ex ac re vestra fulgens decernit prudentia aut qualiter vobis placeat per vestrum mereamur noscere agnasticum.

DCCCLII.

[*Sine rubrica.*]

Domino vero sancto proprio semper et obtabili patrono illo pape, peccator. Ita fulgoræ Sancti Spiritus ter[1]) ræpletum et omnibus inditum bonis cognovimus, ut mul-

DCCCL. Exstat h. f. part. in cod. Lugd. Bat. B; nondum vulgata mihi videtur. — [1]) Corrig. *Christo auspice?*

DCCCLI. Exstat h. f. part. in cod. Lugd. Bat. B; nondum vulgata mihi videtur.

DCCCLII. Exstat h. f. part. in cod. Lugd. Bat. B; nondum vulgata mihi videtur. — [1]) Corrig. *te.*

Digitized by Google

timodis literibus nostris referamus gratias, que, nullis præcedentibus utilitatis meæ meritis, ita me tam muneribus quam operibus visitare non desinis. Epistolarum particulæ.

DCCCLIII.

[*Sine rubrica.*]

Venerando summaque laude a nobis colendo illi dono Dei superinspectori, exiguus minister, tamen servientium Deo ultimus alumnus, cunctaque concors congregatio Sanctæ Mariæ Insolanensis *a*), salutem. Multimodis namque beneficiis non prevalemus, non solum vicem recompensationis reddere, sed nec gratiarum actionebus sufficimus inmense benevolentiæ vestre obviare.

DCCCLIV.

INCIPIUNT INDICOLORUM SALUTES.

Domino præstantissimo et insigni karissimo patri predito illi episcopo, ille omnium servorum Dei famulus vesterque, ut ita dixerim, mansuetus, id est quasi manu vestra nutritus, servulus tantillus, æterne perennitatis in Domino Iesu Christo orat et optat salutem. Solent plerumque de fonte caritatis etiam fluere verba salutationes; nunc vestra melliflua epistola, omni procul dubio auro obrizo

DCCCLIII. Exstat h. f. part. in cod. Augiensi; eam vulgavit Mone in *Reichenauer Formeln,* nº 2.

DCCCLIV. Exstat h. f. part. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich,* nº 61.

a) On désignait ainsi l'abbaye de Reichenau à cause de sa situation géographique. Cf. Mabillon, *Annales Benedict.,* II, 375, 485. Cf. *supra,* p. 1020, note *b*; p. 1051, note *a*.

Digitized by Google

Epistolarum particulæ.

dilectior, ad memoriam reducit quanta bona quantaque humilitate de vobis, magistro et pedagogo meo, amatori vestro [1]), quem etiam nunc intercessorem vestrum [2]), ubicumque est, nullatenus dubito.....

DCCCLV.

[*Sine rubrica.*]

Dilectissimo et indissolubili caritatis nodo amplectabili, divina procurante gratia, summo pontifici illi, ille inmeritus præsul, incontaminatam perennis gloriam ac salutem. Nos enim semper vestri recordamur in precibus nostris, rogamusque vos ut memores sitis nostri in precibus vestris.

DCCCLVI.

[*Sine rubrica.*]

Excellentissimo atque reverentissimo patri meritoque sublimato ac divino nutu præordinato illi sanctissimo archiepiscopo, ille una cum devotissimo collegio monachorum, ex cenobio videlicet illo piissimi confessoris, perennem in Domino salutem.

— 1) Corrig. *nostro.* — 2) Corrig. *nostrum.*

DCCCLV. Exstat h. f. part. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich,* n° 64.

DCCCLVI. Exstat h. f. part. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich,* n° 78.

Digitized by Google

DCCCLVII.

INDICULO, QUEM EPISCOPUS TRANSMITTIT AD ABBATEM.

Sanctorum meritis beatificando domno adque patri filias Deique[1]) cultore, et, ut confidimus, vero amico nostro, illo gratia Dei abbate, nos enim, in Dei nomine, illi, quamvis peccator, donum Dei episcopus, Deus scit, vester in omnibus proprius amicus, inprimitis salutationem..... Epistolarum particulæ.

DCCCLVIII.

[*Sine rubrica.*]

Mihi devicto dilectionis afectu fratri illo abbatæ aut archidiacono. *Cuncta finita dicat :* Valetæ, quæsumus, omni beatissimi fratres, et mei memorem præ vobis adtolles sanctis.

DCCCLIX.

[*Sine rubrica.*]

Amabile adque præ ceteris patribus spiritalibus a nobis dilectus ille abba, ille servus servorum ultimus et vester fidelis in omnibus in Domino. Idcirco, domne adque vir beatissimus pater ille, ille, quamvis ego indignus peccator, monachus proprius fidelis et mi[ni]ster, salutem in Domino dirigimus. De cetero rogamus.....

DCCCLVII. Exstat h. f. part. in cod. Paris. E; vulgat. inter Bignon. nº 25. — [1]) Corrig. *Filiique Dei?*

DCCCLVIII. Exstat h. f. part. in cod. Lugd. Bat. B; nondum vulgata mihi videtur.

DCCCLIX. Exstat h. f. part. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall,* nº 66.

Digitized by Google

DCCCLX.

ITEM ALIUM.

Epistolarum particulæ.

Domino mihi in Christo meritisque venerando illo, ego ille, ac si indignus peccator et exiguus omnium vestrorum, salutem tibi amabilem presumsi mittere in Domino. Precor summam Trinitatem inseparabilem ut te conservet ubique. De cetero rogamus..... Vale in Domino, vir virtutum, decus amicorum tuorum, ubique orans, edocatus in Ihesu redemptore omnium.

DCCCLXI.

[*Sine rubrica.*]

[Illi m]eritis magnopere venerando et a nobis cum omni studio ardentique fervore [in vin]culo caritatis amabiliter amplectendo, divina inspiratione protegente, abbati, [ego inu]tilis ac vilissimus famulorum Dei famulus, perennem per hanc epistolam in Domino Ihesu [opto sa]lutem. Conperiat igitur devotissima caritas vestra, quod, auxiliante Domino..... intercedente, per diversos terrarum fines inmensaque nos ac subditi nostri.....

DCCCLXII.

[*Sine rubrica.*]

Indissolubili vinculo individuę sincerrimęque caritatis

DCCCLX. Exstat h. f. part. in cod. San-Gallensi; eam vulgavi in *Formules de Saint-Gall*, n° 67.

DCCCLXI. Exstat h. f. part. in cod. Paris. G; vulgat. inter Baluz. minor. n° 11.

DCCCLXII. Exstat h. f. part. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, n° 68.

Digitized by Google

alis amplectendo illi, ille humilis terrigena, in dulcedine vere caritatis salutem. Epistolarum particulæ.

DCCCLXIII.

[*Sine rubrica.*]

Sancto patri in Christo illi, ego indignus ille, tamen devotus servulus vester, in Domino salutem. Quasi provolutus pedibus vestris, ad vestram me pietatis gratiam humiliter commendo.

DCCCLXIV.

[*Sine rubrica.*]

Amabili in Christo fratri et dilecto sacerdoti, ultimus omnium servorum, perpetuę pacis et caritatis opto salutem. De cetero commendo me gratiæ tuæ, ut mei memorare digneris, sive ad Deum precibus tuis, sive ad præsens seculum pio iuvamine tuo, ubicumque prævaleas.

DCCCLXV.

[*Sine rubrica.*]

Summe dilectionis vinculo inherendo et insolubili amoris anchora amplectendo desiderantissimo fratri, exiguus et indignus tanti oneris nuncupatus sacerdos, in Christi

DCCCLXIII. Exstat h. f. part. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, n° 76.

DCCCLXIV. Exstat h. f. part. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, n° 77.

DCCCLXV. Exstat h. f. part. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, n° 80.

Digitized by Google

Epistolarum particulæ.

nomine salutem perennem et coronam rosifluam omnibusque ornatam virtutibus exopto.

DCCCLXVI.

[*Sine rubrica.*]

Domino sancto ac venerabili atque desiderabili patri illi, ille, una cum ceteris famulis ac fidelibus die noctuque oratoribus in illa congregatione degentibus, in dilectione Dei Patris et asparsione sanguinis Iesu Christi Sanctique Spiritus amore salutem.

DCCCLXVII.

[*Sine rubrica.*]

Glorioso verissime religionis et in culmine maximi honoris sublimato magistro dilecto, ille dono Dei episcopus, in Domino salutem perpetuam.

DCCCLXVIII.

[*Sine rubrica.*]

Beatissimo necnon et amantissimo domino, pio dulcique magistro et venerabili Christi dispensatori, illi egregio sacerdoti, ille vilis et exiguus, benivolus tamen

DCCCLXVI. Exstat h. f. part. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, n° 81.

DCCCLXVII. Exstat h. f. part. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, n° 82.

DCCCLXVIII. Exstat h. f. part. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, n° 84.

Digitized by Google

et fidelis subiectus vester, prono in terra vultu, sempiternam humiliter pacem et salutem in Christo gloriæ. Epistolarum particulæ.

DCCCLXIX.

[*Sine rubrica.*]

Domino beatissimo et sanctorum meritis venerando, optabili mihi semper patrono, illi magistro, ille benivolus ac humilis vester serviens, in Domino dominorum optat plenitudinem gaudiorum.

DCCCLXX.

AD INITIUM.

Semper pietatis vestræ religionem, ex quo scire potui, amavi, magnamque in vestræ unanimitatis habens fidutiam, et, licet corpore procul positus, animo tamen inter vos semper adsistens *a*), Domini Dei nostri Iesu Christi deprecans tota mentis alacritate clementissimam pietatem, quatinus vestram beatitudinem longeva custodiat prosperitate in augmentum suæ sanctæ ecclesiæ, ut per vestram doctrinam verbum vitæ æternæ crescat et currat, et multiplicetur numerus populi Christiani in laudem et gloriam Salvatoris nostri.

DCCCLXIX. Exstat h. f. part. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 86.

DCCCLXX. Exstat h. f. part. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 98.

a) Cette première partie reproduit textuellement le commencement de la XIIIe lettre d'Alcuin (ed. Froben, t. I, p. 21).

Digitized by Google

DCCCLXXI.

INCIPIT INDICULUM.

Epistolarum particulæ.

Hæterno mihi amore dulciter annexæ illæ abbatissæ, ille peccator. *Dicat reliqua quæ optat.*

DCCCLXXII.

[*Sine rubrica.*]

Hæterno nobis amoræ connexe illius abbatissæ, una cum omni contubernio ancillarum Dei vobiscum degentæ, ille peccator. Effectus sollicitudinis et pietatis has vobis apices distinaræ curavimus, ut nostri memoriam facientis in orationibus publicis vel privatis, quas ad Dominum dirigatis.

DCCCLXXIII.

INDICULUM AD ABBATISSAM.

Dilectissima nostra Deo consecrata illa abbatissa, quæ mundo dispexit, et religionem sanctam dilexit, et tuam virginitatem castam et pudicam reservabat invulsam, ego ille, amicus fidelis et bene cupiens vester in omnibus, plenissimam in Domino ac perennem mittimus salutem, et precamur de talia et talia iustitia vel causa.

DCCCLXXI. Exstat h. f. part. in cod. Lugd. Bat. B; nondum vulgata mihi videtur.

DCCCLXXII. Exstat h. f. part. in cod. Lugd. Bat. B; nondum vulgata mihi videtur.

DCCCLXXIII. Exstat h. f. part. in cod. Vatic. A; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

DCCCLXXIV.

AD GERMANAM *a*).

Domna Deo sacrata et mihi carnaliter germana et [in Domino] sorore et filia illa, illi peccator episcopus. Epistolarum particulæ.

DCCCLXXV.

IN FINE SCEDULÆ.

Omnipotens Deus beatitudinem vestram ad exultationem sanctæ Dei ecclesiæ longeva prosperitate custodire dignetur, domine pater.

DCCCLXXVI.

IN FINE.

Dei et proximi caritas in nobis omnibus iugiter crescat, quæ nos omnes pariter ad regnum cœlorum perducat.

DCCCLXXVII.

[*Sine rubrica.*]

Omnipotens itaque Deus in vobis gratiam suam quam

DCCCLXXIV. Exstat h. f. part. in cod. Paris. C; nondum vulgata mihi videtur.

DCCCLXXV. Exstat h. f. part. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 96.

DCCCLXXVI. Exstat h. f. part. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 100.

DCCCLXXVII. Exstat h. f. part. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 101.

a) Cf. *supra*, p. 618, note *a*.

Digitized by Google

Epistolarum particulæ.

cœpit perfitiat, atque vitam vestram et hic per multorum annorum curricula extendat, et post longa tempora in cœlestis vos patriæ congregatione suscipiat.

DCCCLXXVIII.

[*Sine rubrica.*]

Omnipotenti Deo gratias agite, et tanto ei vos debitores esse cognoscite, quanto inlesi ab huius morbi cogitatione, eo custodiente, mansistis.

DCCCLXXIX.

[*Sine rubrica.*]

Sancta itaque Trinitas orantes pro nobis sua vos protectione custodiat, vobisque in amore suo dona adhuc multipliciora concedat.

DCCCLXXX.

[*Sine rubrica.*]

Omnipotens Deus gratia Dei vos cœlesti custodiat, et salva Domini nostri pietate, piissime domine, tranquillitate pro parvulorum dominorum nutrimento vitam vestram longius extendat.

DCCCLXXVIII. Exstat h. f. part. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, n° 102.

DCCCLXXIX. Exstat h. f. part. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, n° 103.

DCCCLXXX. Exstat h. f. part. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, n° 104.

Digitized by Google

DCCCLXXXI.

[*Sine rubrica.*]

Omnipotens autem Deus sua vos protectione custodiat, honoremque perceptum vos in moribus servare concedat. Epistolarum particula.

DCCCLXXXII.

[*Sine rubrica.*]

Domino dilectissimo et honorabili fratri N., ille presbiter ecclesiæ catholicæ in Domino salutem. Priusquam ad rem veniam, de qua tuæ benivolentiæ scribere volui, tituli huius epistolæ, ne vel te vel alium quempiam moveat, rationem breviter reddam. *Domino* scripsi, quia scriptum est: *Vos in libertatem vocati estis, fratres; tantum ne in occasionem libertatem carnis detis, sed pro caritate servite invicem* a). Cum ergo vel hoc ipso officio litterarum per caritatem tibi serviam, non absurde te *dominum* voco, propter unum et verum Dominum nostrum, qui nobis ista præcepit. *Dilectissimo* autem quod scripsi, novit Deus quod non solum te diligam, sed ita diligam ut me ipsum, quandoquidem mihi bene sum conscius bona me tibi optare quæ mihi. *Honorabilem* igitur ex ea regula te libenter appello, qua novi te esse hominem, et novi hominem ad imaginem et similitudinem [Dei] factum, et in honore positum ipso ordine et iure naturæ, si tamen intellegendo Epistolarum themata

DCCCLXXXI. Exstat h. f. part. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 105.

DCCCLXXXII. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 110.

a) Cf. *Epist. B. Pauli ad Galat.*, V, 13.

Digitized by Google

Epistolarum themata.

que intellegenda sunt servat honorem suum. Nam ita scriptum est : *Homo in honore positus non intellexit ; conparatus est iumentis insensatis et similis factus est illis* a). Cur ergo te *honorabilem*, in quantum homo es, non appellem, cum præsertim de tua salute atque correctione, quamdiu in hac vita es, desperare non audeam? *Fratrem* vero ut vocem non te latet nobis præceptum esse divinitus, ut etiam eis qui negant se esse fratres nostros dicamus : *Fratres nostri estis*. Deus et Dominus tibi mentem pacatam inspirare dignetur, domine dilectissime frater.

DCCCLXXXIII.

AD AMICUM COETANEUM.

Domino insigni et desiderabili in Christo patri N., pio pastori et sanctæ sedis præsuli, benivolus alumnus humillimusque discipulus N., quasi pronus prostratus in præsentia vestra, enixe humiliterque petens benedictionis vestræ gratiam. Salve, pater sancte, simul cum fidelium tuorum salute. Nos psalmorum cum carmine precamur hic assidue, missarum eque iugibus oblationum ac precibus, ut salus vobis animæ sanitas fiat et corporis. Ego indignus servulus vester per vestram sanctitatem optimam habeo confidentiam, quando a primevo iuventutis flore semper mihi familiaris fuistis.

Cetera metrum :

Spiritus Paraclitus omni veritatis doctrina et perfecte caritatis scientia vestra resplendeat pectora, reverentissime

DCCCLXXXIII. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, n° 60.

a) Cf. *Psalm. XLVIII*, 13, 21.

Digitized by Google

Epistolarum themata.

præsul. Augeatur vobis salus vitaque perennis. Iam quondam fidelis mentem impatiens furor cum feracitatis obstinatione et procaci elatione conturbabat animum; propter multorum exprobationem aliqua valenti conatur exprimere stilo, aliqua diro edissere eologio. Ammiror multum cuiusdam nimiam mentis furentiam. Irascitur ei qui ab illo avertere iram Dei nititur propter humilitatis formam; minatur ei qui pro eo Domini misericordiam deprecatur, inmemor mitissimi vocem, qui, cum pateretur, non comminabatur, qui pro illo lacrimas fudit, quas forsan ipse non emittit; onerat adhuc crimen et cumulat, cum ipse sit inplicabilis. Quid surdę aures salutaria ammonita non audiunt, quid cęci oculi non vident penitentię iter? Quid perculsa et aliænata mens remedia vitalia non recipit? Non recordans beati sententiam Gregorii, qui in dialogis refert, qui duplicavit pœnam iunioribus, quomodo ipse constrictus postea in manicis ferreis detinebatur; ubi præcedebat disciplina, sequebatur et venia. Aliquando legebatur aliquod elencum, divina promente voce : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* a). Scimus creaturę Dei conpassionem debere, bellum conviciis de imagine Dei et interioris hominis; scimus quam plurima perlectu, quamvis intellectui et moribus non adheserint. De similitudine audiamus aliqua : summus conditor, qui hominem ad similitudinem suam creavit, est caritas, est bonus et iustus, patiens et mitis, mundus et misericors, et cetera virtutum insigna quæ de eo leguntur; ita homo creatus est ut caritatem haberet, ut bonus esset et iustus, ut patiens atque mitis sive mansuetus, mundus et misericors foret; quas virtutes quanto plus quisque in se ha-

a) Cf. *Genes.*, I, 26.

Digitized by Google

Epistolarum themata.

bet, tanto propius est Deo, et maiorem sui conditoris gerit similitudinem. An excedit menti quod commoti discipuli dixerunt ad Iesum : *Domine, vis ut ignis veniat de celo et consumat illos?* Et ipse misericorditer conversus conpescuit vecordiam eorum dicens : *Nescitis cuius spiritus estis* a). Quando omnipotentissimus in celo et in terra cum blanda ammonitione voluit suos mitigare sequaces, quid superbit terra et cinis, qui non vult cognoscere conditionem suæ naturę et originem prosapię suæ, et potius vult imitari servum nequam, qui conservos suos non desiit vapulare, quam propitium Deum, qui nos omnes suo pretioso sanguine redemit? Melius est bonis actibus sequi Deum quam malis consequi diabolum. Homo linguosus et temerarius in verbo suo odibilis est. Certe ille mansuetus est ad intelligendum Dei verbum, qui cum patientia et humilitate studet verum proferre responsum. Mansuetum diligit Deus, turbolentum repellit a se. Quantum enim quis in leni[tate] ac patientia cordis fuerit, tantum in corporis puritate et lucidior in anima coram Deo proficiendo solet esse.

DCCCLXXXIV.

[*Sine rubrica.*]

Erat quidam iudex in civitate, qui Deum non timebat nec hominem verebatur. Quamdiu Lucifer in humilitate stetit, in penetrabilibus celi permansit; quando per superbiam semet ipsum elevavit, de alto ad ima ruit, quia verba cum sensu illius erat iniquitas et dolor. Non imme-

DCCCLXXXIV. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formulae de Munich*, nº 75.

a) Cf. *Evang. sec. Luc.*, IX, 54, 55.

Digitized by Google

rito! *Cuius ma[le]dictione os plenum est, amaritudine et dolo* a), et reliqua. Quod flens et cum lacrimis aio, quod quidam plurimi imitatores eius adhuc sistunt in mundo, putantes se sanctiores ceteris et spernentes alios, nullum dignantes habere fidum et amicum; sed in protervo perdurantes animos, deteriores effitiuntur despicabilioribus. Cesset iactura verborum et cogitatio perfide iniquitatis! Sicut ariola preparata ad inrigandas odoriferas herbas, sic gratia divina inlustrare dignetur corda nostra, cum humilitate et patientia ea perficere quæ voluntati eius placita fiant. Epistolarum themata.

Spiritus effuget Sanctus nam pectora ficti.
Decipitur merito frustra quicumque superbit,
Et capitur falsis cariturus laudibus. Escis
Veris, non frivolis, satiet nos gratia Christi.

Læsa caritas solet aliquando irasci ea ratione ut non desinat esse quod antea fuit.

Hoc opus in melius restaurans archisacerdos
Illam donet cui mercedem Dominus almus.

DCCCLXXXV.

[*Sine rubrica.*]

O quam bona est caritas, quæ absentia per imaginem, præsentia semet ipsis exhibet per amorem! Divisa unit, confusa ordinat, inæqualia sociat, imperfecta continuat.

DCCCLXXXV. Exstat h. f. in cod. Monac. A; eam vulgavi in *Formules de Munich*, nº 106.

a) Cf. *Epist. B. Pauli ad Roman.*, III, 14.

Digitized by Google

Epistolarum themata.

Quam recte predicator egregius *vinculum perfectionis* a) vocat, quia virtutes quidem cetere perfectionem generant, sed tamen eas caritas etiam ligat, ut ab amantis mente dissolvi iam nequeant.

a) Cf. *Epist. B. Pauli ad Coloss.*, III, 14.

Digitized by Google

OMISSA.

DCCCLXXXVI.

INDICULUM DE COMITE AD VICARIUM.

Dilecto fidele nostro, ego ille comis. Cognoscas quia mandamus tibi de tuo ministerio quod tibi commandavimus; bonum certamen exinde habeas vel bona providentia. Denique cognoscas quod domnus rex ille nobis commendavit ut iustitias vel drictum in nostro ministerio facere debeamus. Propterea has litteras ad te dirigimus, ut in nostro comitatu vel in tuo ministerio pleniter ipsas iustitias [facias], que ante te veniunt, ut sic inquiras et facias, quasi ego ipse, sine ulla alia ratione vel sine impedimento, et nullum honorem nec nulla blandia propter hoc accipere non facias. Et bene provide ut nullum neclectum exinde habeas. Taliter exinde certamen age, qualiter gratia nostra vellis habere.

DCCCLXXXVII.

DE ILLO QUI DE ALIQUA HÆRESI INFAMATUR, QUOD IN SACRO CONVENTU FORMULAM ISTIUS PROFESSIONIS RECITARE DEBEAT.

Ego N. hac scriptura, quam manu mea perscripsi, profiteor sequens sanctum iudicium patrum Nicænæ synodi trecentorum decem et octo, vel Chalcedonensis synodi

DCCCLXXXVI. Exstat h. f. in cod. Vatic. A; nondum vulgata mihi videtur.

DCCCLXXXVII. Hanc formulam deprompsi ex *Decreto* Burchardi Wormaciensis, lib. I, cap. 232.

Digitized by Google

universale concilium, cuius definitionem sedes apostolica confirmavit, quod etiam beatissimi papæ Leonis epistola ad sanctæ memoriæ Flavianum Constantinopolitanæ urbis episcopum nostrum data prædicatione lucidissimæ veritatis exposuit. Confiteor unum eundemque Dominum nostrum Iesum Christum unigenitum Dei Patris, perfectum eundem in deitate, perfectum eundem in humanitate, Deum vere et hominem vere; ipsum eundemque ex anima rationali et carne, consubstantialem Patri secundum deitatem, consubstantialem nobis eundem secundum humanitatem, in omnibus similem nobis absque peccato; ante secula quidem de Patre genitum secundum deitatem, in novissimis vero diebus eundem propter nos et propter nostram salutem de virgine Maria, quæ eundem Deum peperit, secundum humanitatem; unum eundemque Christum filium Dei Dominum unigenitum in duabus naturis, inconfuse, inconvertibiliter, individue et inseparabiliter cognitum, nequaquam naturarum differentia sublata propter unitionem, sed potius salva manente proprietate utriusque naturæ, in unam, non in duas concurrisse personas, sed unum eundemque filium unigenitum Deum verum Dominum Iesum Christum, sicut olim prophetæ de eo vel ipse nos Christus per semet ipsum Dominus erudivit. Qui autem ita non sentiunt, cum Nestorio et Eutyche vel eorum sectatoribus æterno anathemate dignos esse pronuncio.

Digitized by Google

DCCCLXXXVIII.

TENOR MALEDICTIONIS AUCTORITATE APOSTOLICA, EXCOMMUNICACIONIS ET ANATHEMATIS, ADVERSUS EOS, QUI AUSU TEMERARIO IURA ARCHIEPISCOPI ARELATENSIS ET SUE ECCLESIE AUDENT CONTINGERE, SEU IN ALIQUO LEDERE, AUT EIDEM ET SUE ECCLESIE INIURIARUM INFERRE.

Auctoritate sancte et ineffabilis Trinitatis, id est Patris et Filii et Spiritus Sancti, sint excommunicati partemque habeant cum Datan et Abiron, quos terra vivos absorbuit, cum Iuda quoque, qui Dominum tradidit; eternis incendiis concrementur, domus quoque eorum vastentur, sintque cum diabolo in igne, cuius ignis non moritur, et vermibus, qui non moriuntur; in presenti seculo senciant eamdem penam quam senciit Herodes; qui consumptus a vermibus expiravit; adiungat eis Dominus pestilenciam, donec pereant de terra et de hiis qui sunt in ea; percutiat eos Dominus egestate, febre, frigore, ardore et estu, et persequantur eos omnia mala hec, donec evellantur a sedibus paradisi; feriat quoque eos Deus ulcere Egipti et parte corporis, per quam stercora digeruntur, scabie quoque et p[r]urigine, ita ut curari non possint; amencia et cecitate a Domino feriantur; habeant quoque consorcium cum Arrio, cuius intestina in secessum egesta sunt. Maledictione perpetua maledicat eos Pater eternus, nisi se ad emendacionem preparaverint, et sint sancte Dei ecclesie liminibus sequestrati et a consorcio fidelium Christianorum omnium segregati, et insuper perpetue anathematis

DCCCLXXXVIII. Exstat h. f. in veteri Arelatensis ecclesiæ chartulario; nondum vulgata mihi videtur.

Digitized by Google

vinculis innodati, ita ut non queant solvi, usque pervenerint ad emendacionem congruam. Maledicti sint dormientes et maledicti vigilantes, maledicti egredientes, maledicti regredientes, maledicti edentes et bibentes, et maledicti esurientes et sicientes. Maledicti sint operantes et maledicti in opere cessantes, maledicti in domo et maledicti extra domum. Maledicti sint in civitate, maledicti extra civitatem. Maledicti sint in villis, maledicti in montibus, maledicti in vallibus, maledicti in silvis, maledicti in pratis, maledicti in aquis, maledicti in omnibus locis, nisi se correxerint, et inferant partibus sancte Dei genitricis Marie omniumque sanctorum merita, reducanturque in barathro inferni. Ad postremum autem perhenniter excommunicacionis nostre et Romane ecclesie metropolis eos percutimus, et omnibus maledictionibus, que in veteri et novo continentur testamento eos iugulamus, perpetuali quoque gehenne incendio concremandos esse tradimus, nisi ad satisfactionem pervenerint. Volumus autem ut audientes hec prosequantur dicentes : *Fiat, fiat, fiat.* Qui autem sentencie nostre obedire noluerit, sit anathema maranatha, cuiusve ordinis sit. Idem enim dicitur : *Perdictio sit illis in adventum Domini.* Amen.

DCCCLXXXIX.

[*Sine rubrica.*]

Ego N., illius loci indignus abbas, promitto domino N., Frisingensis ecclesie venerabili episcopo, eiusque successoribus canonice substituendis, fidem et obedientiam se-

DCCCLXXXIX. Exstat h. f. in cod. Monac. F; eam vulgavit Ludwig Rockinger in *Drei Formelsammlungen aus der Zeit der Karolinger*, p. 333.

Digitized by Google

cundum regulam beati Benedicti coram Deo et sanctis eius.

DCCCXC.

[*Sine rubrica.*]

Ego frater N. promitto stabilitatem meam et conversionem morum meorum et obedientiam secundum regulam sancti Benedicti coram Deo et sanctis eius in hoc monasterio, quod est constructum in honore S. Petri apostoli, in præsentia domini N. abbatis.

DCCCXCI.

SURGENS NOVICIUS CARTAM SUAM OFFERAT HOC MODO:

Ego frater N. offerens trado me ipsum ecclesie sancti illius, et promitto conversionem morum et stabilitatem in loco secundum evangelium Christi et apostolicam institutionem et secundum canonicam regulam beati Augustini. Promitto etiam obedientiam perfectam in Christo domino N. prefate ecclesie patri et successoribus eius, quos sanior pars congregationis canonice elegerit.

DCCCXC. Exstat h. f. in cod. Monac. E; eam vulgavit Ludwig Rockinger in *Drei Formelsammlungen aus der Zeit der Karolinger*, p. 334.

DCCCXCI. Exstat h. f. in cod. Monac. H; eam vulgavit Ludwig Rockinger in *Drei Formelsammlungen aus der Zeit der Karolinger*, p. 331.

Digitized by Google

Digitized by Google

APPENDIX.

DCCCXCII.

INDICULUM.

Sanctorum meritis beatificando domno et fratri Inportune. Domne dulcissime et frater carissime Inportune, quod recepisti tam dura estimasti nos iam vicina morte de fame perire, quando talem annona voluisti largire. Nec ad pretium, nec ad donum, non cupimus tale annonæ. Fecimus inde commentum, si domnus imbolat formentum; a foris turpis est crusta, ab intus miga nimis est fusca; aspera est in palato, amara et fetius odoratus; mixta vetus apud novella faciunt inde oblata non bella. Semper habeas gratum, qui tam larga manu voluisti donatum, dum Deus servat tua potestate, in qua cognovimus tam grande largitatis. Vos vidistis in domo quod de fame nobiscum morimur. Homo, satis te præsumo salutare, et rogo ut pro nobis dignetis orare. Transmisimus tibi de illo pane; probato si inde potis manducare. Quamdiu vivimus, plane liberat nos Deus de tale pane. Congregatio puellare sancta refudat tale pasta. Nostra privata stultitia ad te in summa amicitia. Opto te semper valere et caritatis tue iuro tenere.

DCCCXCIII.

ITEM ALIUM.

Beatificando domno et fratre Frodeberto pape. Domne

DCCCXCII. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. inter Baluz. maj. nº 11.

DCCCXCIII. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. inter Baluz. maj. nº 12.

Digitized by Google

Frodeberto, audivimus quod noster fromentus vobis non fuit acceptus. De vestra gesta volumus intimare, ut de vestros pares nunquam delectet hoc iogo tale hoc referrere. Illud enim non fuit condignum, quod egisti in Segeberto regnum de Grimaldo maiorem domus, quem ei sustulisti sua unica ove sua uxore, unde postea in regno nunquam habuit honore, et cum gentes venientes Toronica regione misisti ipsa in sancta congregat[ione] ..... monasterio puellarum, qui est constructus in ..... Non ibidem lectiones divinis legistis, sed ..... nis inter vos habuistis. Oportet sat..... conlocutione, quem nec est a Deo ar..... ta, sic est ab hominibus vestra sa ..... dentiæ, sed qualem facult..... monasterio puella..... monasterio fuis..... perdidisti..... Inportunus de Parisiaga terra.

DCCCXCIV.

PARABOLA.

Domno meo Frodeberto, sine Deo, nec sancto, nec episcopo, nec sæculare clerico, ubi regnat antiquus hominum inimicus. Qui mihi minime credit, factu tuu vidit. Illum tibi necesse desidero, quare non amas Deo, nec credis Dei Filio. Semper fecisti malum. Contra adversarium consilio satis te putas sapiente, sed credimus quod mentis. Vere non times Christo, nec tibi consentit. Cui amas, per omnia eius facis opera. Nec genetoris tui diligebant Christum, quando in monasterio fecerunt temet ipsum. Tuos pater cum Domno non fecit sancta opera; propter Domnus digido relaxavit, te vivo docuit et nu-

DCCCXCIV. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. inter Baluz. maj. nº 13.

Digitized by Google

tri[vit], unde se postea penetivit. Non sequis scriptum, nec rendis..... iqua. Memores Grimaldo qualem fecisti damnum..... et Deo non oblituit de bona que tibi fecit. Quid inde..... muliere sua habuisti, conscientia mea nec. ..... norum peracta, sed contra canonica..... ea de sancta congregatione aput....., non ex devotione, sed cum gran..... cur nos scimus damnas nimis, tollis eis aurum et argentum et honoris ..... liberat per has regiones, cur te præsumis tantum damnare suum thesaurum. Quod ut alibi, ubi eum rogas per tua malefacta, quod non sunt apta, amas puella bella de qualibet terra, pro nulla bonitate nec sancta caritate. Bonus nunquam eris, dum tale via tenes. Per tua cauta longa satis est vel non est? Per omnia iube te castrare, ut non peccas per talis, quia fornicatoris Deus iudicabit. De culpas tuas alias te posso contristare, sed tu iubis mihi exinde aliquid remandare, ut in quale nobis retenit in tua caritate exeant istas exemplarias per multas patrias. Ipso Domino hoc reliquo. Se vidis amico, qui te hoc nuntiat et donet consilium verum, sed te placit, lege et pliga in pectore repone; sin autem non vis, inheret in dude.

DCCCXCV.

ITEM ALIA.

Incipiunt verba per similitudinem iuncta de fide vacua dolo pleno falsatore. Agino Salomon per sapientia bene scripsit hanc sententia, ut, ne similis fiat stulto, nunquam respondes ei in multo; et retractavi tam in multum, sic respondere iussi stulto, ut confundantur stultum grado

DCCCXCV. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. inter Baluz. maj. nº 14.

Digitized by Google

nunquam præsumat gloriare; respondi dixi de falsatore, nec ei parcas in sermone, qui se plantatum ex robore, qui non pepercit suo ore vaneloquio susorrone verborum vulnera murone, qui sui obli[tus] adiutoris, inmemores nutritoris, calcavit ....., qui f[id]ei date et prioris alodis sui reparatoris sordidas vomit pudoris, incredulas dicit loquellas et inprobas coinquinat et conscientias bonum merito conquisitas, mundas, sanctas et antiquas, pulchras, firmissimas et pulitas meas rumpit amititias. Verba dicit quæ nunquam vidit; ea scribit quæ fecit animus. Parcat qui eum credit. Et si loquestem non stringit furorem, latro fraudolentus homicidum est reus, certus adulter, raptor est manifestus. Innumerus fecit excessus. Errando vadit quasi cœcus. Fuscare temptat meum decus. A Deo dispectus et desertus, ab inimico est perventus, et per lingua et per pectus. Nolite, domne, nolite fortis, nolite credere tantas fortes. Per Deum iuro et sacras fontis, per Sion et Sinai montis, falsator est ille factus, excogitator est defamatus, deformatus vultu, et deformata sunt. Qualis est animus, talis est status. Non est homo! Hic miser talis latrat, sed [non] ut canis; psallat de trapa, ut linguaris dilator. Maior nullis talis falsator grunnit, post talone buccas inflat, in rotore crebat et currit in sudore, fleummas iactat in pudore, nullum vero facit pavere, qui non habet adiutorem super secundum meum tutorem, non meum ..... tale baronem, non ..... eo contra insontem, non cessat ..... ab exaperto sacco .... acco et salte detrascia..... non timere falco, non perdas illo loco, non vales uno coco, non simulas tuo patre vere nec tua matre, non gaudeas de dentes, deformas tuos parentes. Ad tua falsatura talis decet corona.

Digitized by Google

DCCCXCVI.

INDICULUM.

Nolite, domnæ, nolite, sanctæ, nolite credere fabulas falsas, quia multum habetis falsatores, qui vobis proferunt falsos sermónes, furi atque muronis, similis etiam et susuronis, et vobis, domne, non erunt protectoris. Latrat vulpis, sed non ut canis. Faltus mit semper inanis; cauta proferit, iam non fronte; cito decadet ante cano forte. Volat upua, et non arundo; isterco commedit in so frundo; humile facit capta dura, sicut dilatus in falsatura. Falsator vadit tamquam latro, ad aura psallit, ut Escotus mentit, semper vadit toritus, et occidit quod nunquam vidit. Nolite, domne atque prudentis, vestras non confrangat mentis, et non derelinquere serventes. Tempus quidem iam transactus, et hoc feci quod vobis fuit adaptum, iam modo per verba fallacia sexum deiactus de vestra gracia.

DCCCXCVII.

[*Sine rubrica.*]

Hanc quique devoti convenitis ad aulam
Poplitibusque flexis propiatis ad aram,
Cernite conspicuum sacris ædibus altar,
Geroltus quod condidit. Lamina nitent
Virgineo, quod condecet, almo podori,
Subque voto Mariæ intulit in aulam.

DCCCXCVI. Exstat h. f. in cod. Paris. A; vulgat. inter Baluz. maj. nº 15.

DCCCXCVII. Exstat hæc inscriptionis formula in cod. Augiensi; eam vulgavit Mone in *Reichenauer Formeln*, nº 4.

Digitized by Google

Hic Agni cruor caroque propinatur ex ara,
Cuius tactu huius sacrantur lamina axis.
Huc quicumque cum prece penetratis ad arcem,
Dicite, rogo : *Alme, miserere Gerolto!*
Titulo qui tali ornat virginis templum,
Ætherio fruatur sede felix in ævum.

Digitized by Google

Digitized by Google

OUVRAGES DU MÊME AUTEUR.

Numismatique des Rois Latins de Chypre, 1847, in-4°.

Cartulaire de l'Église du Saint-Sépulcre de Jérusalem, publié d'après les manuscrits du Vatican, 1849, in-4°.

Formules Wisigothiques, publiées d'après un manuscrit de la Bibliothèque royale de Madrid, 1854, in-8°.

Table générale et méthodique des Mémoires contenus dans les recueils de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres et de l'Académie des Sciences morales et politiques (en collaboration avec M. Eugène Chatel), 1856, in-4°.

Cours de droit commercial, par J. M. Pardessus; sixième édition, publiée par M. Eugène de Rozière, petit-fils de l'auteur, 1856-1857, 4 vol. in-8°.

Paris. Typographie de Henri Plon, rue Garancière, 8.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google